8. Ταύτῃ μὲν δὴ τῇ ἡμέρᾳ κατακλείσας αὐτοὺς ἐς τὴν πόλιν καὶ στρατοπεδευσάμενος πρὸς τῷ τείχει ἐγνώκει περιτειχισμῷ ἀποκλεῖσαι αὐτούς· τῇ δὲ ὑστεραίᾳ παρῆν μετὰ πολλῆς δυνάμεως Γλαυκίας ὁ τῶν Ταυλαντίων βασιλεύς. Ἔνθα δὴ Ἀλέξανδρος τὴν μὲν πόλιν ἀπέγνω ἑλεῖν ἂν ξὺν τῇ παρούσῃ δυνάμει, πολλῶν μὲν ἐς αὐτὴν καὶ μαχίμων ξυμπεφευγότων, πολλῶν δὲ ἅμα τῷ Γλαυκίᾳ προσκεισομένων, εἰ αὐτὸς τῷ τείχει προσμάχοιτο, (9) Φιλώταν δὲ ἀναλαβόντα τῶν ἱππέων ὅσους ἐς προφυλακὴν καὶ τὰ ὑποζύγια τὰ ἐκ τοῦ στρατοπέδου ἐς ἐπισιτισμὸν ἔπεμπεν. Καὶ ὁ Γλαυκίας μαθὼν τὴν ὁρμὴν τῶν ἀμφὶ Φιλώταν ἐξελαύνει ἐπ' αὐτούς, καὶ καταλαμβάνει τὰ κύκλῳ ὄρη τοῦ πεδίου, ὅθεν οἱ ξὺν Φιλώτᾳ ἐπισιτιεῖσθαι ἔμελλον. (10) Ἀλέξανδρος δέ, ἐπειδὴ ἀπηγγέλθη αὐτῷ ὅτι κινδυνεύουσιν οἵ τε ἱππεῖς καὶ τὰ ὑποζύγια, εἰ νὺξ αὐτοὺς καταλήψεται, αὐτὸς μὲν ἀναλαβὼν τούς τε ὑπασπιστὰς καὶ τοὺς τοξότας καὶ τοὺς Ἀγριᾶνας καὶ ἱππέας ἐς τετρακοσίους ἐβοήθει σπουδῇ· τὸ δὲ ἄλλο στράτευμα πρὸς τῇ πόλει ἀπέλιπεν, ὡς μὴ ἀποχωρήσαντος παντὸς τοῦ στρατοῦ καὶ οἱ ἐκ τῆς πόλεως ἐπιδραμόντες τοῖς ἀμφὶ Γλαυκίαν ξυμμίξειαν. (11) Ἔνθα δὴ Γλαυκίας προσάγοντα Ἀλέξανδρον αἰσθόμενος ἐκλείπει τὰ ὄρη· οἱ δὲ ξὺν Φιλώτᾳ ἀσφαλῶς ἐπὶ τὸ στρατόπεδον διεσώ-

drum sciscitantem, quinam illi et quot Autariatæ numero essent, monuit, Autariatas nihili faciendos esse, quod essent omnium illius regionis hominum minime bellicosi: seque ipsum in eorum ditionem irrupturum, ut domi potius haberent quod agerent. Jubente igitur Alexandro populabundus eorum agrum ingreditur et vastat

4. Ita Autariatæ suis rebus occupabantur; Langarus vero amplissimis honoribus ab Alexandro affectus, munera etiam accepit quæ apud Macedonum reges habentur summa. Sororem etiam suam, Cynam nomine, Alexander, ubi Pellam reversus esset, uxorem se illi daturum spondet.

5. Langarus autem domum reversus morbo obiit. Alexander igitur secus Erigonem fluvium iter faciens, Pelium venit: quam urbem Clitus occuparat, ut totius regionis munitissimam. Quo simulac venit Alexander, castris ad Eordaicum flumen positis postridie muros adoriri statuit. (6) Clitus cum suis copiis montes urbi circumjectos, qui alti et silvis densi erant, insederat, ut si Macedones urbem adorirentur, omni ex parte irruere in eos possent. Glaucias vero Taulantiorum rex necdum ad ipsum venerat. (7) Quum itaque jam Alexander urbi immineret, hostes, mactatis tribus pueris et totidem puellis tribusque nigris arietibus, erumpunt tanquam cum Macedonibus manus conserturi. Quumque jam propius convenissent, loca illa quæ occuparant, quantumvis aspera munitaque essent, deserunt, adeo ut etiam hostiæ ibidem relictæ sint repertæ.

8. Eo ipso die hostibus intra mœnia conclusis castrisque ad muros positis, statuerat Alexander alio in orbem muro ducto ipsos intercludere. Postridie vero quum Glaucias Taulantiorum rex cum ingenti exercitu eo pervenisset, nec speraret Alexander se iis quas adduxerat copiis urbem capere posse, quum et multi bellatores in urbem confugissent multique cum Glaucia irruituri essent, si ipse murum oppugnaret: (9) Philotam, sumpto equitatu qui præsidio sufficeret et jumentis castrensibus, frumentatum mittit. Glaucias, cognito motu Philotæ, in eum movit, et montes campo, in quem Philotas frumentatum iturus erat, circumjectos occupat. (10) Alexander, simulac ei renuntiatum est, equitatum et impedimenta in magno discrimine versari, si nox eos occupet, ipse confestim scutatis et sagittariis atque Agrianis equitibusque quadringentis secum sumptis, auxilio advolat, reliquo exercitu ad urbem relicto: ne, universo exercitu discedente, oppidani excurrentes cum Glaucia conjungerentur. (11) Glaucias, ut sensit Alexandrum adventare, montes deserit, atque ita Philotas tuto se in castra recepit. Existimabant adhæc Clitus et

θησαν. Ἐδόκουν δ᾽ ἔτι τὸν Ἀλέξανδρον ἐν δυσχωρίᾳ ἀπειληφέναι οἱ ἀμφὶ τὸν Κλεῖτον καὶ Γλαυκίαν· τά τε γὰρ ὄρη τὰ ὑπερδέξια κατεῖχον πολλοῖς μὲν ἱππεῦσι, πολλοῖς δὲ ἀκοντισταῖς καὶ σφενδονήταις, καὶ ὁπλίταις δὲ οὐκ ὀλίγοις, καὶ οἱ ἐν τῇ πόλει κατειλημμένοι προσκείσεσθαι ἀπαλλαττομένοις ἔμελλον· (12) τά τε χωρία δι᾽ ὧν ἡ πάροδος ἦν τῷ Ἀλεξάνδρῳ στενὰ καὶ ὑλώδη ἐφαίνετο, τῇ μὲν πρὸς τοῦ ποταμοῦ ἀπειργόμενα, τῇ δὲ ὄρος ὑπερύψηλον ἦν καὶ κρημνοὶ πρὸς τοῦ ὄρους, ὥστε οὐδὲ ἐπὶ τεσσάρων ἀσπίδων ἂν τῷ στρατεύματι ἡ πάροδος ἐγένετο.

ΚΕΦ. ϛʹ.

Ἔνθα δὴ ἐκτάσσει τὸν στρατὸν Ἀλέξανδρος ἐς ἑκατὸν καὶ εἴκοσι τὸ βάθος τῆς φάλαγγος. Ἐπὶ τὸ κέρας δὲ ἑκατέρωθεν διακοσίους ἱππέας ἐπιτάξας παρήγγελλε σιγῇ ἔχειν, τὸ παραγγελλόμενον ὀξέως δεχομένους. (2) Καὶ τὰ μὲν πρῶτα ἐσήμηνεν ὀρθὰ ἀνατεῖναι τὰ δόρατα τοὺς ὁπλίτας, ἔπειτα ἀπὸ ξυνθήματος ἀποτεῖναι ἐς προβολήν, καὶ νῦν μὲν ἐς τὸ δεξιὸν ἐγκλῖναι τῶν δοράτων τὴν σύγκλεισιν, αὖθις δὲ ἐπὶ τὰ ἀριστερά. Καὶ αὐτὴν δὲ τὴν φάλαγγα ἔς τε τὸ πρόσω ὀξέως ἐκίνησε καὶ ἐπὶ τὰ κέρατα ἄλλοτε ἄλλῃ παρήγαγε. (3) Καὶ οὕτω πολλὰς τάξεις τάξας τε καὶ μετακοσμήσας ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ, κατὰ τὸ εὐώνυμον οἷον ἔμβολον ποιήσας τῆς φάλαγγος ἐπῆγεν ἐπὶ τοὺς πολεμίους. Οἱ δὲ πάλαι μὲν ἐθαύμαζον τήν τε ὀξύτητα ὁρῶντες καὶ τὸν κόσμον τῶν δρωμένων· τότε δὲ προσάγοντας ἤδη τοὺς ἀμφὶ Ἀλέξανδρον οὐκ ἐδέξαντο, ἀλλὰ λείπουσι τοὺς πρώτους λόφους. (4) Ὁ δὲ καὶ ἐπαλαλάξαι ἐκέλευσε τοὺς Μακεδόνας καὶ τοῖς δόρασι δουπῆσαι πρὸς τὰς ἀσπίδας· οἱ δὲ Ταυλάντιοι ἔτι μᾶλλον ἐκπλαγέντες πρὸς τῆς βοῆς ὡς πρὸς τὴν πόλιν ἐπανήγαγον σπουδῇ τὸν στρατόν.

5. Ἀλέξανδρος δὲ λόφον τινὰς κατέχοντας ἰδὼν οὐ πολλοὺς τῶν πολεμίων, παρ᾽ ὃν αὐτῷ ἡ πάροδος ἐγίγνετο, παρήγγειλε τοῖς σωματοφύλαξι καὶ τοῖς ἀμφ᾽ αὐτὸν ἑταίροις, ἀναλαβόντας τὰς ἀσπίδας ἀναβαίνειν ἐπὶ τοὺς ἵππους καὶ ἐλαύνειν ἐπὶ τὸν γήλοφον· ἐκεῖσε δὲ ἐλθόντας, εἰ ὑπομένοιεν οἱ κατειληφότες τὸ χωρίον, τοὺς ἡμίσεας καταπηδῆσαι ἀπὸ τῶν ἵππων καὶ ἀναμιχθέντας τοῖς ἱππεῦσι πεζοὺς μάχεσθαι. (6) Οἱ δὲ πολέμιοι τὴν ὁρμὴν τοῦ Ἀλεξάνδρου ἰδόντες λείπουσι τὸν γήλοφον καὶ παρεκκλίνουσιν ἐφ᾽ ἑκάτερα τῶν ὀρῶν. Ἔνθα δὴ καταλαβὼν Ἀλέξανδρος τὸν γήλοφον σὺν τοῖς ἑταίροις τούς τε Ἀγριᾶνας μεταπέμπεται καὶ τοὺς τοξότας, ὄντας ἐς δισχιλίους· τοὺς δὲ ὑπασπιστὰς διαβαίνειν τὸν ποταμὸν ἐκέλευσε καὶ ἐπὶ τούτοις τὰς τάξεις τῶν Μακεδόνων· ὁπότε δὲ διαβάντες τύχοιεν, ἐπ᾽ ἀσπίδα ἐκτάσσεσθαι, ὡς πυκνὴν εὐθὺς διαβάντων φαίνεσθαι τὴν φάλαγγα· αὐτὸς δὲ ἐν προφυλακῇ ὢν ἀπὸ τοῦ λόφου ἀφεώρα τῶν πολεμίων τὴν ὁρμήν. (7) Οἱ δέ, ὁρῶντες διαβαίνουσαν τὴν δύναμιν, κατὰ τὰ ὄρη ἀντεπέσαν, ὡς τοῖς μετὰ Ἀλεξάνδρου ἐπιθησόμενοι τελευ-

Glaucias difficultate locorum interceptum esse Alexandrum. Nam et montes opportunos magno equitum, jaculatorum et funditorum numero occuparant, et armatis militibus non paucis, et oppidani in urbe conclusi in abeuntes irrupturi erant. (12) Præterea loca per quæ Alexandro eundum erat, angusta et silvosa erant: hinc flumine, illinc monte excelso atque prærupto viam adeo coarctantibus, ut ne quatuor quidem scutatis militibus conjunctim iter esset.

CAP. VI.

Alexander aciem ita instruit, ut centum viginti in spissitudine phalanx habeat : equitesque in utroque cornu ducentos locans, mandat, ut silentio habito mandata celeriter excipiant. (2) Ac primo imperat ut erigerent hastas; mox signo dato versus hostes tanquam impetum facturi, infestas protenderent, modo in dextrum, modo in sinistrum latus flexis hastarum cuspidibus. Ipsam interea phalangem celeriter promovit, et in cornua aliter atque aliter duxit : (3) atque ita immutata in varias formas brevi tempore aciei structura, a læva, tanquam in cuneum redacta phalange, hostes invadit. Hi vero quum jam mirati essent quanta celeritate quoque ordine res gererentur, ubi demum accedunt Macedones, impetum eorum haud sustinentes, primos colles deserunt. (4) Tum Alexander clamores edi hastisque scuta quati jubet. Quo clamore vehementius adhuc perculsi Taulantii exercitum celeriter urbem versus movere.

5. Alexander, animadvertens exiguam quandam hostium manum collem tenere, per quem ipsi transeundum erat, corporis custodibus et amicis, qui circa eum erant, imperat uti assumptis scutis equos conscendant et collem petant. Quo ubi ventum esset, si hostes qui locum illum occupabant eos opperirentur, dimidia pars illorum ex equis desiliat, et equitibus mista pedites confligant. (6) Hostes, adventantem Alexandrum conspicati, collem deserunt, et utrinque per montes diffugiunt. Occupato itaque colle, Alexander cum amicis Agrianos atque sagittarios, duo circiter millia, ad se arcessit; scutatos vero flumen trajicere jubet : postque hos, Macedonum cohortes. Ubi vero trajecerint, ad sinistram explicent aciem ut densa statim eorum qui transissent phalanx esse videretur. Ipse in procubiis quum esset, ex colle hostium motus spectabat. (7) Hostes, quum exercitum flumen transeuntem cernerent, montes versus sese contulere, veluti in eos qui postremi cum Alexandro dis-

ταίοις ἀποχωροῦσιν. Ὁ δὲ πελαζόντων ἤδη αὐτὸς ἐκθεῖ σὺν τοῖς ἀμφ' αὐτόν, καὶ ἡ φάλαγξ, ὡς διὰ τοῦ ποταμοῦ ἐπιοῦσα, ἐπηλάλαξεν· οἱ δὲ πολέμιοι πάντων ἐπὶ σφᾶς ἐλαυνόντων ἐγκλίναντες ἔφευγον· καὶ ἐν τούτῳ ἐπῆγεν Ἀλέξανδρος τούς τε Ἀγριᾶνας καὶ τοὺς τοξότας δρόμῳ ὡς ἐπὶ τὸν ποταμόν. (8) Καὶ πρῶτος μὲν αὐτὸς φθάσας διαβαίνει· τοῖς τελευταίοις δὲ ὡς εἶδεν ἐπικειμένους τοὺς πολεμίους, ἐπιστήσας ἐπὶ τῇ ὄχθῃ τὰς μηχανὰς ἐξακοντίζειν ὡς πορρωτάτω ἀπ' αὐτῶν ἐκέλευσεν ὅσα ἀπὸ μηχανῶν βέλη ἐξακοντίζεται· καὶ τοὺς τοξότας δὲ ἐκ μέσου τοῦ ποταμοῦ ἐκτοξεύειν ἐπιστάντας καὶ τούτους. Καὶ οἱ μὲν ἀμφὶ τὸν Γλαυκίαν εἴσω βέλους παρελθεῖν οὐκ ἐτόλμων· οἱ Μακεδόνες δὲ ἐν τούτῳ ἀσφαλῶς ἐπέρασαν τὸν ποταμόν, ὥστε οὐδεὶς ἀπέθανεν ἐν τῇ ἀποχωρήσει αὐτῶν.

9. Τρίτῃ δὲ ἀπ' ἐκείνης ἡμέρᾳ καταμαθὼν Ἀλέξανδρος κακῶς αὐλιζομένους τοὺς ἀμφὶ Κλεῖτον καὶ Γλαυκίαν, καὶ οὔτε φυλακὰς ἐν τῇ τάξει αὐτοῖς φυλαττομένας οὔτε χάρακα ἢ τάφρον προβεβλημένους, οἷα δὴ ξὺν φόβῳ ἀπηλλάχθαι οἰομένων Ἀλέξανδρον, ἐς μῆκος δὲ οὐκ ὠφέλιμον ἀποτεταγμένην αὐτοῖς τὴν τάξιν, ὑπὸ νύκτα ἔτι λαθὼν διαβαίνει τὸν ποταμόν, τούς τε ὑπασπιστὰς ἅμα οἷ ἄγων καὶ τοὺς Ἀγριᾶνας καὶ τοὺς τοξότας καὶ τὴν Περδίκκου καὶ Κοίνου τάξιν. (10) Καὶ προστέτακτο μὲν ἀκολουθεῖν τὴν ἄλλην στρατιάν· ὡς δὲ καιρὸν εἶδεν εἰς ἐπίθεσιν, οὐ προσμείνας ὁμοῦ γενέσθαι πάντας, ἐφῆκε τοὺς τοξότας καὶ τοὺς Ἀγριᾶνας· οἱ δὲ ἀπροσδόκητοί τε ἐπιπεσόντες καὶ φάλαγγι κατὰ κέρας, ᾗπερ ἀσθενεστάτοις αὐτοῖς καρτερωτάτῃ τῇ ἐμβολῇ προσμίξειν ἔμελλον, τοὺς μὲν ἔτι ἐν ταῖς εὐναῖς κατέκτεινον, τοὺς δὲ φεύγοντας εὐμαρῶς αἱροῦντες, ὥστε πολλοὶ μὲν αὐτοῦ ἐγκατελήφθησαν καὶ ἀπέθανον, πολλοὶ δὲ ἐν τῇ ἀποχωρήσει ἀτάκτῳ καὶ φοβερᾷ γενομένῃ· οὐκ ὀλίγοι δὲ καὶ ζῶντες ἐλήφθησαν. (11) Ἐγένετο δὲ ἡ δίωξις τοῖς ἀμφὶ Ἀλέξανδρον μέχρι πρὸς τὰ ὄρη τῶν Ταυλαντίων· ὅσοι δὲ καὶ ἀπέφυγον αὐτῶν, γυμνοὶ τῶν ὅπλων διεσώθησαν. Κλεῖτος δὲ ἐς τὴν πόλιν τὸ πρῶτον καταφυγών, ἐμπρήσας τὴν πόλιν ἀπηλλάγη παρὰ Γλαυκίαν ἐς Ταυλαντίους.

ΚΕΦ. Ζ'.

Ἐν τούτῳ δὲ τῶν φυγάδων τινὲς τῶν ἐκ Θηβῶν φευγόντων νύκτωρ ἐς τὰς Θήβας, ἐπαγομένων τινῶν αὐτοὺς ἐπὶ νεωτερισμῷ ἐκ τῆς πόλεως, Ἀμύνταν μὲν καὶ Τιμόλαον τῶν τὴν Καδμείαν ἐχόντων οὐδὲν ὑποτοπήσαντας πολέμιον ἔξω τῆς Καδμείας ἀπέκτειναν ξυλλαβόντες· (2) ἐς δὲ τὴν ἐκκλησίαν παρελθόντες ἐπῆραν τοὺς Θηβαίους ἀποστῆναι ἀπὸ Ἀλεξάνδρου, ἐλευθερίαν τε προϊσχόμενοι, παλαιὰ καὶ καλὰ ὀνόματα, καὶ τῆς βαρύτητος τῶν Μακεδόνων ἤδη ποτὲ ἀπαλλαγῆναι. Πιθανώτεροι δὲ ἐς τὸ πλῆθος ἐφαίνοντο, τεθνηκέναι Ἀλέξανδρον ἰσχυριζόμενοι ἐν Ἰλλυριοῖς· (3)

cessuri erant impetum facturi. In quos jam appropinquantes ipse rex cum suis excurrit, phalanx vero quasi transmisso (iterum) flumine subsidio ventura clamores edit. Tum hostes, tota Macedonum vi in eos irruente, in fugam vertuntur : interea Alexander Agrianos et sagittarios raptim ad flumen mittit : (8) atque ipse quidem primus transit, extremos vero quum ab hoste premi cerneret, machinis in ripa collocatis, quam longissime in eos tela, quæcunque machinis torqueri possunt, emitti jubet. Sagittariis etiam, ut in medio flumine consistentes hostem sagittis petant imperat. Glaucias intra teli jactum progredi non audebat. Interea Macedones incolumes trajiciunt, ita ut nemo eorum in discessu desideratus fuerit.

9. Triduo post Alexander, quum audisset Clitum et Glauciam negligenter in castris degere, et neque excubias agere neque vallo aut fossa sese cinxisse (quippe qui Alexandrum metu impulsum discessisse crederent) aciemque ipsorum in longum, parum ex eorum commodo, porrectam : luce nondum orta clam flumen transit, sumptis secum scutatis atque Agrianis sagittariisque et Perdiccæ ac Cœni copiis. (10) Jusseratque ut reliquus exercitus subsequeretur. Ut vero tempus illi commodum irruptioni faciendæ visum est, non exspectato reliquorum adventu, sagittarios et Agrianos immittit. Qui quum præter omnem exspectationem in illos irruerent, et phalanx ad cornu qua debiliores erant validiorem acrioremque impetum faceret, alios in lectis adhuc decumbentes interficiunt, alios fugientes facile capiunt, adeo ut multi in ipso illo loco oppressi, multi in inordinata trepidaque fuga cæsi sint, nec pauci etiam vivi in potestatem venerint. (11) Alexander fugientes ad Taulantiorum montes usque persequutus est. Quotquot vero tandem effugerunt, abjectis armis evaserunt. Clitus, qui in urbem primo confugerat, ea incensa, ad Glauciam in Taulantios abiit.

CAP. VII.

Dum hæc geruntur, profugorum qui ex Thebis fugerant nonnulli noctu urbem ingressi ac per cives aliquot ad novandas res sollicitati Amyntam et Timolaum, qui erant ex illis qui Cadmeam obtinebant, nihil hostile suspicantes, extra arcem comprehensos trucidant. (2) Deinde in concionem prodeuntes, Thebanos ad defectionem ab Alexandro moliendam concitarunt, libertatis vetustum speciosumque nomen allegantes : utque sese a gravi Macedonum imperio tandem aliquando assererent. Quod quidem eo facilius multitudini persuaserunt, quum Alexandrum apud Illyrios vita functum constanter affirmarent. (3) Nam et frequens

καὶ γὰρ καὶ πολὺς ὁ λόγος οὗτος καὶ παρὰ πολλῶν ἐφοίτα, ὅτι τε χρόνον ἀπῆν οὐκ ὀλίγον καὶ ὅτι οὐδεμία ἀγγελία παρ' αὐτοῦ ἀφῖκτο, ὥστε, ὅπερ φιλεῖ ἐν τοῖς τοιοῖσδε, οὐ γινώσκοντες τὰ ὄντα τὰ μάλιστα καθ' ἡδονήν σφισιν εἴκαζον.

4. Πυθομένῳ δὲ Ἀλεξάνδρῳ τὰ τῶν Θηβαίων οὐδαμῶς ἐδόκει ἀμελητέα εἶναι, τήν τε τῶν Ἀθηναίων πόλιν δι' ὑποψίας ἐκ πολλοῦ ἔχοντι καὶ τῶν Θηβαίων τὸ τόλμημα οὐ φαῦλον ποιουμένῳ, εἰ Λακεδαιμόνιοί τε πάλαι ἤδη ταῖς γνώμαις ἀφεστηκότες καί τινες καὶ ἄλλοι τῶν ἐν Πελοποννήσῳ καὶ Αἰτωλοὶ οὐ βέβαιοι ὄντες συνεπιλήψονται τοῦ νεωτερισμοῦ τοῖς Θηβαίοις. (5) Ἄγων δὴ παρὰ τὴν Ἑορδαίαν τε καὶ τὴν Ἐλιμιῶτιν καὶ παρὰ τὰ τῆς Στυμφαίας καὶ Παραυαίας ἄκρα, ἑβδομαῖος ἀφικνεῖται ἐς Πελλίναν τῆς Θετταλίας. Ἔνθεν δὲ ὁρμηθεὶς ἕκτῃ ἡμέρᾳ ἐσβάλλει ἐς τὴν Βοιωτίαν, ὥστε οὐ πρόσθεν οἱ Θηβαῖοι ἔμαθον εἴσω Πυλῶν παρεληλυθότα αὐτόν, πρὶν ἐν Ὀγχηστῷ γενέσθαι ξὺν τῇ στρατιᾷ πάσῃ. (6) Καὶ τότε δὲ οἱ πράξαντες τὴν ἀπόστασιν στράτευμα ἐκ Μακεδονίας Ἀντιπάτρου ἀφῖχθαι ἔφασκον, αὐτὸν δὲ Ἀλέξανδρον τεθνάναι διισχυρίζοντο, καὶ τοῖς ἀπαγγέλλουσιν ὅτι οὗτος αὐτὸς προσάγει Ἀλέξανδρος χαλεπῶς εἶχον· ἄλλον γάρ τινα ἥκειν Ἀλέξανδρον τὸν Ἀερόπου.

7. Ὁ δὲ Ἀλέξανδρος ἐξ Ὀγχηστοῦ ἄρας τῇ ὑστεραίᾳ προσῆγε πρὸς τὴν πόλιν τῶν Θηβαίων κατὰ τὸ τοῦ Ἰολάου τέμενος· οὗ δὴ καὶ ἐστρατοπέδευσεν, ἐνδιδοὺς ἔτι τοῖς Θηβαίοις τριβήν, εἰ μεταγνόντες ἐπὶ τοῖς κακῶς ἐγνωσμένοις πρεσβεύσαιντο παρ' αὐτόν. (8) Οἱ δὲ τοσούτου ἐδέησαν ἐνδόσιμόν τι παρασχεῖν ἐς ξύμβασιν, ὥστ' ἐκθέοντες ἐκ τῆς πόλεως οἵ τε ἱππεῖς καὶ τῶν ψιλῶν οὐκ ὀλίγοι ἔστε ἐπὶ τὸ στρατόπεδον ἠκροβολίζοντο ἐς τὰς προφυλακάς, καί τινας καὶ ἀπέκτειναν οὐ πολλοὺς τῶν Μακεδόνων. (9) Καὶ Ἀλέξανδρος ἐκπέμπει τῶν ψιλῶν καὶ τοξοτῶν, ὥστ' αὐτῶν ἀναστεῖλαι τὴν ἐκδρομήν· καὶ οὗτοι οὐ χαλεπῶς ἀνέστειλαν, ἤδη τῷ στρατοπέδῳ αὐτῷ προσφερομένους. Τῇ δὲ ὑστεραίᾳ ἀναλαβὼν τὴν στρατιὰν πᾶσαν καὶ περιελθὼν κατὰ τὰς πύλας τὰς φερούσας ἐπ' Ἐλευθεράς τε καὶ τὴν Ἀττικήν, οὐδὲ τότε προσέμιξε τοῖς τείχεσιν αὐτοῖς, ἀλλ' ἐστρατοπέδευσεν οὐ πολὺ ἀπέχων τῆς Καδμείας, ὥστ' ἐγγὺς εἶναι ὠφέλειαν τῶν Μακεδόνων τοῖς τὴν Καδμείαν ἔχουσιν. (10) Οἱ γὰρ Θηβαῖοι τὴν Καδμείαν διπλῷ χάρακι ἐφρούρουν ἀποτειχίσαντες, ὡς μήτε ἔξωθέν τινα τοῖς ἐγκατειλημμένοις δύνασθαι ἐπωφελεῖν, μήτε αὐτοὺς ἐκθέοντας βλάπτειν τι σφᾶς, ὁπότε τοῖς ἔξω πολεμίοις προσφέροιντο. Ἀλέξανδρος δέ (ἔτι γὰρ τοῖς Θηβαίοις διὰ φιλίας ἐλθεῖν μᾶλλόν τι ἢ διὰ κινδύνου ἤθελε) διέτριβε πρὸς τῇ Καδμείᾳ κατεστρατοπεδευκώς. (11) Ἔνθα δὴ τῶν Θηβαίων οἱ μὲν τὰ βέλτιστα ἐς τὸ κοινὸν γιγνώσκοντες ἐξελθεῖν ὥρμηντο παρ' Ἀλέξανδρον καὶ εὑρέσθαι συγγνώμην τῷ πλήθει τῶν Θηβαίων τῆς ἀποστάσεως· οἱ φυγάδες δὲ καὶ ὅσοι τοὺς φυγάδας ἐπικεκλημένοι ἦσαν, οὐδενὸς φιλανθρώπου τυ-

erat ea de re sermo et late spargebatur, si quidem et multo jam tempore abfuerat et nullus nuntius ab eo venerat. Quapropter, (ut in ejusmodi rebus fere fit) quum nihil certi haberent, id quod gratius ipsis esset, fingebant.

4. Alexander de Thebanorum rebus certior factus, nulla ratione negligendas eas putavit: tum quod Atheniensium urbem a multo tempore suspectam habebat, tum quod Thebanorum audaciam non levis momenti esse judicabat, si Lacedæmonii, quorum animi jampridem erant alienati, aliique nonnulli ex Peloponnesiis atque Ætoli, utpote parum constantes, Thebanorum seditioni sese conjungerent. (5) Eordæam itaque et Elimiotin rupesque Stymphæas et Parauæas cum exercitu prætergressus, septimo die Pellinam Thessaliæ urbem pervenit. Inde profectus, sexto post die Bœotiam ingressus est. Neque prius Thebani cognovere Alexandrum Pylas transiisse, quam Onchestum cum universo exercitu pervenit. (6) Ac tunc quoque, qui defectionis auctores fuerant, venisse ex Macedonia Antipatri exercitum fingebant; ipsum vero Alexandrum obiisse contendebant. Quumque nonnulli referrent quod idem ipse Alexander adventaret, indigne ferebant, alium quempiam Alexandrum Aeropi filium venire dicentes.

7. Alexander motis ab Onchesto castris, postero die propius ad Thebanam urbem juxta Iolai lucum venit. Eo loci castra fixit, Thebanis mora concessa, si forte facinoris sui pœnitentia ducti legatos ad eum mitterent. (8) Illi vero tantum abfuit ut aliquod compositionis invitamentum præberent, ut ex urbe proruentes equites et velites non pauci in ipsas usque exercitus procubias tela mitterent ac nonnullos Macedonum interficerent. (9) Alexander vicissim sagittarios levisque armaturæ milites emittit, qui illorum excursionem reprimant: parvoque negotio eos jam exercitum ipsum lacessentes represserunt. Postero die universum exercitum ad portas, quæ Eleutheras atque Atticam petunt, ducens, ne tum quidem ad muros promovit, sed haud procul a Cadmea arce locat, ut illis Macedonibus, qui Cadmeam tenebant, præsto esset. (10) Thebani enim arcem illam duplici vallo in orbem jacto sepserant ita ut neque extrinsecus quisquam subsidio venire obsessis posset, neque ipsi excurrentes, suos lædere, quando cum hostibus qui foris erant congrederentur. Alexander, qui adhuc amice rem componi, quam in discrimen adduci Thebanos malebat, in castris ad Cadmeam arcem moram trahebat. (11) Tum Thebanorum nonnulli, qui quid maxime e re publica esset norant, ad Alexandrum eundum esse censebant, et veniam defectionis multitudini implorandam. Exules vero quique illos advocarant, Alexandri benignitatem experturos se non putantes, et præ ceteris

χεῖν ἂν παρ' Ἀλεξάνδρου ἀξιοῦντες, ἄλλως τε καὶ βοιωταρχοῦντες ἔστιν οἳ αὐτῶν, παντάπασιν ἐνῆγον τὸ πλῆθος ἐς τὸν πόλεμον. Ἀλέξανδρος δὲ οὐδ' ὣς τῇ πόλει προσέβαλεν.

ΚΕΦ. Η'.

Ἀλλὰ λέγει Πτολεμαῖος ὁ Λάγου ὅτι Περδίκκας, προτεταγμένος τῆς φυλακῆς τοῦ στρατοπέδου σὺν τῇ αὐτοῦ τάξει καὶ τοῦ χάρακος τῶν πολεμίων οὐ πολὺ ἀφεστηκώς, οὐ προσμείνας παρ' Ἀλεξάνδρου τὸ ἐς τὴν μάχην ξύνθημα, αὐτὸς πρῶτος προσέμιξε τῷ χάρακι καὶ διασπάσας αὐτὸν ἐνέβαλεν ἐς τῶν Θηβαίων τὴν προφυλακήν. (2) Τούτῳ δὲ ἑπόμενος Ἀμύντας ὁ Ἀνδρομένους, ὅτι καὶ ξυντεταγμένος τῷ Περδίκκᾳ ἦν, ἐπήγαγε καὶ αὐτὸς τὴν αὑτοῦ τάξιν, ὡς εἶδε τὸν Περδίκκαν προεληλυθότα εἴσω τοῦ χάρακος. Ταῦτα δὲ ἰδὼν Ἀλέξανδρος, ὡς μὴ μόνοι ἀποληφθέντες πρὸς τῶν Θηβαίων κινδυνεύσειαν, ἐπῆγε τὴν ἄλλην στρατιάν, (3) καὶ τοὺς μὲν τοξότας καὶ τοὺς Ἀγριᾶνας ἐκδραμεῖν ἐσήμηνεν εἴσω τοῦ χάρακος, τὰ δὲ ἀγήματα καὶ τοὺς ὑπασπιστὰς ἔτι ἔξω κατεῖχεν. Ἔνθα δὴ Περδίκκας μὲν τοῦ δευτέρου χάρακος εἴσω παρελθεῖν βιαζόμενος αὐτὸς μὲν βληθεὶς πίπτει αὐτοῦ, καὶ ἀποκομίζεται κακῶς ἔχων ἐπὶ τὸ στρατόπεδον, καὶ χαλεπῶς διεσώθη ἀπὸ τοῦ τραύματος· τοὺς μέντοι Θηβαίους ἐς τὴν κοίλην ὁδὸν τὴν κατὰ τὸ Ἡράκλειον φέρουσαν οἱ ἅμα αὐτῷ εἰσπεσόντες ὁμοῦ τοῖς παρ' Ἀλεξάνδρῳ τοξόταις συνέκλεισαν. (4) Καὶ ἔστε μὲν ἐπὶ τὸ Ἡράκλειον ἀναχωροῦσιν, εἵποντο τοῖς Θηβαίοις· ἐντεῦθεν δὲ ἐπιστρεψάντων αὖθις σὺν βοῇ τῶν Θηβαίων, φυγὴ τῶν Μακεδόνων γίγνεται· καὶ Εὐρυβώτας τε ὁ Κρὴς πίπτει ὁ τοξάρχης καὶ αὐτῶν τῶν τοξοτῶν ἐς ἑβδομήκοντα· οἱ δὲ λοιποὶ κατέφυγον πρὸς τὸ ἄγημα τὸ τῶν Μακεδόνων καὶ τοὺς ὑπασπιστὰς τοὺς βασιλικούς. (5) Κἀν τούτῳ Ἀλέξανδρος τοὺς μὲν αὑτοῦ φεύγοντας κατιδών, τοὺς Θηβαίους δὲ λελυκότας ἐν τῇ διώξει τὴν τάξιν, ἐμβάλλει ἐς αὐτοὺς συντεταγμένῃ τῇ φάλαγγι· οἱ δὲ ὠθοῦσι τοὺς Θηβαίους εἴσω τῶν πυλῶν· καὶ τοῖς Θηβαίοις ἐς τοσόνδε φοβερὰ ἡ φυγὴ ἐγίγνετο, ὥστε διὰ τῶν πυλῶν ὠθούμενοι ἐς τὴν πόλιν οὐκ ἔφθησαν συγκλεῖσαι τὰς πύλας· ἀλλὰ συνεισπίπτουσι γὰρ αὐτοῖς εἴσω τοῦ τείχους ὅσοι τῶν Μακεδόνων ἐγγὺς φευγόντων εἴχοντο, ἅτε καὶ τῶν τειχῶν διὰ τὰς προφυλακὰς τὰς πολλὰς ἐρήμων ὄντων. (6) Καὶ παρελθόντες εἰς τὴν Καδμείαν οἱ μὲν ἐκεῖθεν κατὰ τὸ Ἀμφεῖον σὺν τοῖς κατέχουσι τὴν Καδμείαν ἐξέβαινον ἐς τὴν ἄλλην πόλιν, οἱ δὲ κατὰ τὰ τείχη, ἐχόμενα ἤδη πρὸς τῶν συνεισπεσόντων τοῖς φεύγουσιν, ὑπερβάντες ἐς τὴν ἀγορὰν δρόμῳ ἐφέροντο. (7) Καὶ ὀλίγον μέν τινα χρόνον ἔμειναν οἱ τεταγμένοι τῶν Θηβαίων κατὰ τὸ Ἀμφεῖον· ὡς δὲ πανταχόθεν αὐτοῖς οἱ Μακεδόνες καὶ Ἀλέξανδρος ἄλλοτε ἄλλῃ ἐπιφαινόμενος προσέκειντο, οἱ μὲν ἱππεῖς τῶν Θηβαίων διεκπε-

ii, qui prætores Bœotorum erant, plebem omnibus rationibus ad bellum incitabant. Sed ne sic quidem Alexander urbem oppugnare cœpit.

CAP. VIII.

At Ptolemæus Lagi filius scribit, Perdiccam præsidii castrensis præfectum, quum ab hostium vallo non multum cum suis copiis abesset, non exspectato signo conflictus, primum in vallum impetum fecisse, eoque subverso in Thebanorum præsidium irruisse. (2) Hunc sequutum Amyntam Andromenis filium, qui conjunctas cum Perdicca copias suas habebat, simulac Perdiccam intra vallum progressum videret, suam etiam cohortem immisisse. Alexander id conspicatus, ne sui soli relicti a Thebanis circumvenirentur, reliquum exercitum invexit: (3) et sagittariis quidem atque Agrianis intra vallum ire jussis, agema etiamnum et scutatos extra vallum continet. Ibi Perdiccas, dum interius alterum vallum penetrare conatur, telo ictus procidit, et graviter saucius in castra defertur: atque ægre ex eo vulnere curatus est. Ac Thebanos quidem ii qui cum Perdicca vallum perruperant, una cum Alexandri sagittariis, in cavam viam, quæ ad Herculis templum fert, concludunt: (4) et quamdiu templum versus se recipiunt, persequuntur: sed inde conversis rursum cum clamore Thebanis, Macedones se in fugam conjiciunt; atque Eurybotas Cretensis sagittariorum præfectus cadit, et ipsorum sagittariorum circiter septuaginta; reliqui ad agema Macedonum et scutatos regios confugerunt. (5) Alexander suos fugientes, Thebanos vero solutis ordinibus persequentes videns, instructa phalange in eos fertur, eosque intra portas præcipites agit. Tantus autem fugientium metus ac perturbatio erat, ut quum per portas in urbem repellerentur, ne de claudendis quidem portis cogitarent: sed quotquot Macedones fugientibus imminebant, una cum ipsis intra muros sese conjicerent: quippe quod muri, ob frequentia præsidia, propugnatoribus vacui erant. (6) Quumque ad Cadmeam arcem progrederentur, alii quidem inde, secus Amphionis templum, una cum iis qui Cadmeam arcem occupabant, in aliam urbis partem exierunt; alii secus mœnia quæ jam ab iis qui una cum fugientibus illapsi in urbem erant, tenebantur, transcendentes cursim ad forum ferebantur. (7) Ac Thebani quidem qui ad Amphionis templum in statione erant, aliquamdiu substitere: postremo quum ex omni parte Alexander cum Macedonibus superveniens premeret, equi-

σόντες διὰ τῆς πόλεως ἐς τὸ πεδίον ἐξέπιπτον, οἱ δὲ πεζοὶ ὡς ἑκάστοις προὐχώρει ἐσώζοντο. (8) Ἔνθα δὴ ὀργῇ οὐχ οὕτως τι οἱ Μακεδόνες, ἀλλὰ Φωκεῖς τε καὶ Πλαταιεῖς καὶ οἱ ἄλλοι δὲ Βοιωτοὶ οὐδὲ ἀμυνομένους ἔτι τοὺς Θηβαίους οὐδενὶ κόσμῳ ἔκτεινον, τοὺς μὲν ἐν ταῖς οἰκίαις ἐπεισπίπτοντες, οὓς δὲ καὶ ἐς ἀλκὴν τετραμμένους, τοὺς δὲ καὶ πρὸς ἱεροῖς ἱκετεύοντας, οὔτε γυναικῶν οὔτε παίδων φειδόμενοι.

ΚΕΦ. Θ΄.

Καὶ πάθος τοῦτο Ἑλληνικὸν μεγέθει τε τῆς ἁλούσης πόλεως καὶ ὀξύτητι τοῦ ἔργου, οὐχ ἥκιστα δὲ καὶ τῷ παραλόγῳ ἔς τε τοὺς παθόντας καὶ τοὺς δράσαντας, οὐ μεῖόν τι τοὺς ἄλλους Ἕλληνας ἢ καὶ αὐτοὺς τοὺς μετασχόντας τοῦ ἔργου ἐξέπληξε. (2) Τὰ μὲν γὰρ περὶ Σικελίαν Ἀθηναίοις ξυνενεχθέντα, εἰ καὶ πλήθει τῶν ἀπολομένων οὐ μείονα τὴν ξυμφορὰν τῇ πόλει ἤνεγκεν, ἀλλὰ τῷ τε πόῤῥω ἀπὸ τῆς οἰκείας διαφθαρῆναι αὐτοῖς τὸν στρατόν, καὶ τὸν πολὺν ξυμμαχικὸν μᾶλλον ἢ οἰκεῖον ὄντα, καὶ τῷ τὴν πόλιν αὐτοῖς περιλειφθῆναι, ὡς καὶ ἐς ὕστερον ἐπὶ πολὺ τῷ πολέμῳ ἀντισχεῖν Λακεδαιμονίοις τε καὶ τοῖς ξυμμάχοις καὶ μεγάλῳ βασιλεῖ πολεμοῦντας, οὔτε αὐτοῖς τοῖς παθοῦσιν ἴσην τὴν αἴσθησιν τῆς ξυμφορᾶς προσέθηκεν, οὔτε τοῖς ἄλλοις Ἕλλησι τὴν ἐπὶ τῷ πάθει ἔκπληξιν ὁμοίαν παρέσχε. (3) Καὶ τὸ ἐν Αἰγὸς ποταμοῖς αὖθις Ἀθηναίων πταῖσμα ναυτικόν τε ἦν καὶ ἡ πόλις οὐδὲν ἄλλο ὅτι μὴ τῶν μακρῶν τειχῶν καθαιρέσει καὶ νεῶν τῶν πολλῶν παραδόσει καὶ στερήσει τῆς ἀρχῆς ἐς ταπεινότητα ἀφικομένη, τό τε σχῆμα τὸ πάτριον ὅμως ἐφύλαξε καὶ τὴν δύναμιν οὐ διὰ μακροῦ τὴν πάλαι ἀνέλαβεν, ὡς τά τε μακρὰ τείχη ἐκτειχίσαι καὶ τῆς θαλάσσης αὖθις ἐπικρατῆσαι καὶ τοὺς τότε φοβερούς σφισι Λακεδαιμονίους καὶ παρ' ὀλίγον ἐλθόντας ἀφανίσαι τὴν πόλιν αὐτοὺς ἐν τῷ μέρει ἐκ τῶν ἐσχάτων κινδύνων διασώσασθαι. (4) Λακεδαιμονίων τε αὖ τὸ κατὰ Λεῦκτρα καὶ Μαντίνειαν πταῖσμα τῷ παραλόγῳ μᾶλλόν τι τῆς ξυμφορᾶς ἢ τῷ πλήθει τῶν γε ἀπολομένων τοὺς Λακεδαιμονίους ἐξέπληξεν· ἥ τε ξὺν Ἐπαμεινώνδᾳ Βοιωτῶν καὶ Ἀρκάδων γενομένη προσβολὴ πρὸς τὴν Σπάρτην καὶ αὐτὴ τῷ ἀήθει τῆς ὄψεως μᾶλλον ἢ τῇ ἀκριβείᾳ τῶν κινδύνων αὐτούς τε τοὺς Λακεδαιμονίους καὶ τοὺς ξυμμετασχόντας αὐτοῖς τῶν τότε πραγμάτων ἐφόβησεν. (5) Ἡ δὲ δὴ Πλαταιέων ἅλωσις τῆς πόλεως τῇ σμικρότητι τῶν ἐγκαταληφθέντων, ὅτι οἱ πολλοὶ αὐτῶν διαπεφεύγεσαν πάλαι ἐς τὰς Ἀθήνας, οὐ μέγα πάθημα ἐγένετο, καὶ ἡ Μήλου καὶ Σκιώνης ἅλωσις, νησιωτικά τε πολίσματα ἦν καὶ τοῖς δράσασιν αἰσχύνην μᾶλλόν τι προσέβαλεν ἢ ἐς τὸ ξύμπαν Ἑλληνικὸν μέγαν τὸν παράλογον παρέσχε.

6. Θηβαίοις δὲ τὰ τῆς ἀποστάσεως ὀξέα καὶ ξὺν οὐδενὶ λογισμῷ γενόμενα, καὶ ἡ ἅλωσις δι' ὀλίγου τε

tes Thebani evadentes per urbem in campos procurrerunt : peditum, ut quisque potuit, salutem sibi quæsivit. (8) At vero ira perciti non tam Macedones, quam Phocenses et Platæenses et reliqui Bœoti Thebanos non jam resistentes, nullo modo adhibito, trucidant : alios, irruptione in eorum ædes facta : alios ad vim conversos, alios in locis sacris supplices : neque mulieribus neque pueris parcentes.

CAP. IX.

Clades ista Græcanica, cum magnitudine urbis captæ, tum celeritate rei, quodque adeo præter opinionem tam eorum qui passi eam erant quam qui intulerant, accidisset, non minus alios Græcos, quam eos qui rei gestæ interfuerant, perculsos tenuit. (2) Namque Atheniensium clades apud Siciliam accepta, tametsi interfectorum numero non minorem calamitatem urbi attulit : tamen quoniam procul a domo exercitus perierat; isque potius ex auxiliaribus quam domesticis copiis conscriptus fuerat; quodque urbs illis salva relicta erat, qua in posterum cum Lacedæmoniis eorumque sociis et magno rege bellum gerentes diu resistere poterant : neque ipsis tantum calamitatis sensum inflixit, neque reliquis Græcis parem cladis admirationem consternationemque incussit. (3) Rursus alia Atheniensium ad Ægos potamos clades navalis fuit : at urbs nulla alia calamitate accepta, præterquam quod longi muri diruti pleræque naves traditæ et adempto imperio civitas in humilem statum redacta est, formam tamen reipublicæ patriam retinuit, pristinamque potestatem exiguo tempore post recepit, ita ut et longos muros instaurarit, et maris imperium recuperarit, utque Lacedæmonios, qui tum temporis maxime formidabiles ipsis erant et parum aberat quin urbem everterent, ipsi vicissim e summis periculis conservarint. (4) At Lacedæmoniorum ad Leuctra ac Mantineam clades inopinato potius calamitatis eventu, quam cæsorum multitudine Lacedæmonios perterruit. Sed et Bœotorum et Arcadum sub Epaminonda duce in Spartam urbem impetus insolentia spectaculi potius, quam magnitudine periculi et Lacedæmonios et alios, ad quos infortunium illud communiter pertinebat, perculit. (5) Platæensium denique urbis expugnatio ob paucitatem captorum (plerique enim multo ante Athenas profugerant) minus calamitosa fuit. Porro Melus et Scione insularia oppidula capta dedecus potius victoribus quam Græcis universis magnam admirationem attulere.

6. At Thebanorum repentina atque inconsiderata defectio ejusque adeo brevis ac facilis expugnatio, strages etiam

καὶ οὐ ξὺν πόνῳ τῶν ἑλόντων ξυνενεχθεῖσα, καὶ ὁ φόνος πολύς, οἷα δὴ ἐξ ὁμοφύλων τε καὶ παλαιᾶς ἀπεχθείας ἐπεξιόντων, καὶ ὁ τῆς πόλεως παντελὴς ἀνδραποδισμός, δυνάμει τε καὶ δόξῃ ἐς τὰ πολέμια τῶν τότε προεχούσης ἐν τοῖς Ἕλλησιν, οὐκ ἔξω τοῦ εἰκότος ἐς μῆνιν τὴν ἀπὸ τοῦ θείου ἀνηνέχθη, (7) ὡς τῆς τε ἐν τῷ Μηδικῷ πολέμῳ προδοσίας τῶν Ἑλλήνων διὰ μακροῦ ταύτην δίκην ἐκτίσαντας Θηβαίους, καὶ τῆς Πλαταιέων ἔν τε ταῖς σπονδαῖς καταλήψεως καὶ τοῦ παντελοῦς ἀνδραποδισμοῦ τῆς πόλεως, καὶ τῆς τῶν παραδόντων σφᾶς αὐτοὺς Λακεδαιμονίοις οὐχ Ἑλληνικῆς γενομένης διὰ Θηβαίους σφαγῆς, καὶ τοῦ χωρίου τῆς ἐρημώσεως ἐν ὅτῳ οἱ Ἕλληνες παραταξάμενοι Μήδοις ἀπώσαντο τῆς Ἑλλάδος τὸν κίνδυνον, καὶ ὅτι Ἀθηναίους αὐτοὶ τῇ ψήφῳ ἀπώλλυον, ὅτε ὑπὲρ ἀνδραποδισμοῦ τῆς πόλεως γνώμη προὐτέθη ἐν τοῖς Λακεδαιμονίων ξυμμάχοις· (8) ἐπεὶ καὶ πρὸ τῆς ξυμφορᾶς πολλὰ ἀπὸ τοῦ θείου ἐπισημῆναι ἐλέγετο, ἃ δὴ ἐν μὲν τῷ παραυτίκα ἠμελήθη, ὕστερον δὲ ἡ μνήμη αὐτὰ ἐς λογισμὸν τοῦ ἐκπάλαι ἐπὶ τοῖς ξυνενεχθεῖσι προσημανθῆναι ἀνήνεγκε.

9. Τοῖς δὲ μετασχοῦσι τοῦ ἔργου ξυμμάχοις, οἷς δὴ καὶ ἐπέτρεψεν Ἀλέξανδρος τὰ κατὰ τὰς Θήβας διαθεῖναι, τὴν μὲν Καδμείαν φρουρᾷ κατέχειν ἔδοξε, τὴν πόλιν δὲ κατασκάψαι εἰς ἔδαφος, καὶ τὴν χώραν κατανεῖμαι τοῖς ξυμμάχοις ὅση μὴ ἱερὰ αὐτῆς· παῖδας δὲ καὶ γυναῖκας καὶ ὅσοι ὑπελείποντο Θηβαίων, πλὴν τῶν ἱερέων τε καὶ ἱερειῶν καὶ ὅσοι ξένοι Φιλίππου ἢ Ἀλεξάνδρου ἢ ὅσοι πρόξενοι Μακεδόνων ἐγένοντο, ἀνδραποδίσαι. (10) Καὶ τὴν Πινδάρου δὲ τοῦ ποιητοῦ οἰκίαν καὶ τοὺς ἀπογόνους τοῦ Πινδάρου λέγουσιν ὅτι διεφύλαξεν Ἀλέξανδρος αἰδοῖ τῇ Πινδάρου. Ἐπὶ τούτοις Ὀρχομενόν τε καὶ Πλαταιὰς ἀναστῆσαί τε καὶ τειχίσαι οἱ ξύμμαχοι ἔγνωσαν.

ΚΕΦ. Ι'.

Ἐς δὲ τοὺς ἄλλους Ἕλληνας ὡς ἐξηγγέλθη τῶν Θηβαίων τὸ πάθος, Ἀρκάδες μέν, ὅσοι βοηθήσοντες Θηβαίοις ἀπὸ τῆς οἰκείας ὡρμήθησαν, θάνατον κατεψηφίσαντο τῶν ἐπαράντων σφᾶς ἐς τὴν βοήθειαν· Ἠλεῖοι δὲ τοὺς φυγάδας σφῶν κατεδέξαντο, ὅτι ἐπιτήδειοι Ἀλεξάνδρῳ ἦσαν· (2) Αἰτωλοὶ δὲ πρεσβείας σφῶν κατὰ ἔθνη πέμψαντες ξυγγνώμης τυχεῖν ἐδέοντο, ὅτι καὶ αὐτοί τι πρὸς τὰ παρὰ τῶν Θηβαίων ἀπαγγελθέντα ἐνεωτέρισαν. Ἀθηναῖοι δέ, μυστηρίων τῶν μεγάλων ἀγομένων ὡς ἧκόν τινες τῶν Θηβαίων ἐξ αὐτοῦ τοῦ ἔργου, τὰ μὲν μυστήρια ἐκπλαγέντες ἐξέλιπον, ἐκ δὲ τῶν ἀγρῶν ἐσκευαγώγουν ἐς τὴν πόλιν. (3) Ὁ δῆμος δὲ ἐς ἐκκλησίαν συνελθὼν Δημάδου γράψαντος δέκα πρέσβεις ἐκ πάντων τῶν Ἀθηναίων ἐπιλεξάμενος πέμπει παρὰ Ἀλέξανδρον οὕστινας ἐπιτηδειοτάτους Ἀλεξάνδρῳ ἐγίγνωσκον, ὅτι τε σῶος ἐξ Ἰλλυριῶν καὶ Τριβαλλῶν ἐπανῆλθε χαίρειν τὸν δῆμον τῶν Ἀθηναίων οὐκ ἐν καιρῷ ἀπαγ-

multa, utpote a tribulibus, et quidem iis veteres inimicitias persequentibus, edita, totius denique urbis direptio, quæ potentia bellicaque gloria inter Græciæ civitates eminebat, haud immerito ad divini numinis iram referebatur: (7) nimirum, sero ta dem pœnas exigentis de Thebanis, quod Medico bello Græcos prodidissent: quod Platæenses violatis induciis oppressissent urbemque eorum penitus diripuissent: quod eos qui se Lacedæmoniis dedissent, præter Græcorum morem trucidassent: quodque eam civitatem vastassent, ad quam Græci in Medos aciem instruentes, periculum a Græcia avertissent: quodque Athenienses suo suffragio perdidissent, quum inter Lacedæmoniorum confœderatos de diripienda urbe consultaretur. (8) Ac sane etiam ante illam urbis calamitatem multis prodigiis divinitus editis monitos eos fuisse ferunt, quæ quidem tum temporis negligebantur: postea vero recordatio ea retulit ad opinionem, illa quæ tunc evenissent, iis prodigiis olim significata fuisse.

9. Auxiliaribus copiis, quibus Alexander ob præstitam in ea expugnatione operam, de rebus urbis pro suo arbitratu statuere permiserat, Cadmeam arcem præsidio firmandam et urbem solo æquandam esse visum est; ad hæc agros, nisi qui sacri essent, inter socios distribuendos; pueros et fœminas, ac quotquot Thebanorum superstites essent, exceptis sacerdotibus utriusque sexus, atque privatis Philippi aut Alexandri et publicis Macedonum hospitibus, in servitutem redigendos. (10) Pindari vero poetæ domum ejusque stirpem ab Alexandro, Pindari reverentia ducto, conservatam ferunt. Orchomenum et Platæas socii Alexandri instaurandas et muro cingendas decreverunt.

CAP. X.

Postquam ad reliquos Græcos Thebanorum clades perlata est, Arcades, quotquot Thebanis suppetias laturi domo profecti erant, in eos qui subsidii mittendi auctores ipsis fuerant, mortis sententiam ferunt. Elei exules suos, quod Alexandro cari essent, recipiunt. (2) Ætolorum urbes sigillatim legatos ad Alexandrum mittunt, veniam deprecantes, quod et ipsi nuntiata Thebanorum defectione novis rebus studuissent. Athenienses vero quum per id tempus magna mysteria celebrarent et Thebanorum nonnulli ex recenti clade eo venissent, attoniti mysteria intermittunt et sarcinas ex agris in urbem convehunt. (3) Deinde populo in concionem vocato, Demadis rogatu decem legatos ex omnibus Atheniensibus selectos, quoscunque maxime gratos ei fore putabant, ad Alexandrum mittunt: qui quod ab Illyriis et Triballis incolumis rediisset, publicam ei Atheniensium lætitiam quamvis non tem-

γελοῦντας, καὶ ὅτι Θηβαίους τοῦ νεωτερισμοῦ ἐτιμωρήσατο. (4) Ὁ δὲ τὰ μὲν ἄλλα φιλανθρώπως πρὸς τὴν πρεσβείαν ἀπεκρίνατο, ἐπιστολὴν δὲ γράψας πρὸς τὸν δῆμον ἐξῄτει τοὺς ἀμφὶ Δημοσθένην καὶ Λυκοῦργον· καὶ Ὑπερείδην δὲ ἐξῄτει καὶ Πολύευκτον καὶ Χάρητα καὶ Χαρίδημον καὶ Ἐφιάλτην καὶ Διότιμον καὶ Μοιροκλέα· (5) τούτους γὰρ αἰτίους εἶναι τῆς τε ἐν Χαιρωνείᾳ ξυμφορᾶς τῇ πόλει γενομένης καὶ τῶν ὕστερον ἐπὶ τῇ Φιλίππου τελευτῇ πλημμεληθέντων ἔς τε αὐτὸν καὶ ἐς Φίλιππον· καὶ Θηβαίοις δὲ τῆς ἀποστάσεως ἀπέφαινεν αἰτίους οὐ μεῖον ἢ τοὺς αὐτῶν Θηβαίων νεωτερίσαντας. (6) Ἀθηναῖοι δὲ τοὺς μὲν ἄνδρας οὐκ ἐξέδοσαν, πρεσβεύονται δὲ αὖθις παρὰ Ἀλέξανδρον, ἀφεῖναι δεόμενοι τὴν ὀργὴν τοῖς ἐξαιτηθεῖσι· καὶ Ἀλέξανδρος ἀφῆκε, τυχὸν μὲν αἰδοῖ τῆς πόλεως, τυχὸν δὲ σπουδῇ τοῦ ἐς τὴν Ἀσίαν στόλου, οὐκ ἐθέλων οὐδὲν ὕποπτον ἐν τοῖς Ἕλλησιν ὑπολείπεσθαι. Χαρίδημον μέντοι, μόνον τῶν ἐξαιτηθέντων τε καὶ οὐ δοθέντων, φεύγειν ἐκέλευσε· καὶ φεύγει Χαρίδημος ἐς τὴν Ἀσίαν παρὰ βασιλέα Δαρεῖον.

pestive significarent : quodque Thebanorum seditionem ultus esset. (4) Alexander, quoad cetera humaniter ad eorum legationem respondens, epistolam ad populum Atheniensem scripsit, qua Demosthenem, Lycurgum, Hyperidem, Polyeuctum, Charetem, Charidemum, Ephialtem, Diotimum et Mœroclem sibi tradi postulabat. (5) Hos enim auctores cladis Chæronensis esse statuebat, omniumque facinorum quæ deinceps sub Philippi obitum adversus se pariter et illum tentata fuissent : Thebanos denique non minus ab hisce, quam ab iis qui in urbe res novas moliti essent, ad defectionem sollicitatos esse. (6) Athenienses eos quos poscebat non dederunt, sed alios rursum legatos ad eum mittunt, iram adversus eos quos ad supplicium deposcebat ut remittat orantes. Quod quidem fecit, sive reverentia urbis, sive studio trajiciendi in Asiam, nihil suspectum in Græcia relinquere volens. Unum Charidemum ex omnibus quos poposcerat et qui dediti non erant exulare jussit. Charidemus in Asiam ad Darium regem profugit.

ΚΕΦ. ΙΑʹ.

Ταῦτα δὲ διαπραξάμενος ἐπανῆλθεν εἰς Μακεδονίαν· καὶ τῷ τε Διὶ τῷ Ὀλυμπίῳ τὴν θυσίαν τὴν ἀπ' Ἀρχελάου ἔτι καθεστῶσαν ἔθυσε καὶ τὸν ἀγῶνα ἐν Αἰγαῖς διέθηκε τὰ Ὀλύμπια· οἱ δὲ καὶ ταῖς Μούσαις λέγουσιν ὅτι ἀγῶνα ἐποίησε. (2) Καὶ ἐν τούτῳ ἀγγέλλεται τὸ Ὀρφέως τοῦ Οἰάγρου τοῦ Θρᾳκὸς ἄγαλμα τὸ ἐν Πιερίδι ἱδρῶσαι ξυνεχῶς· καὶ ἄλλοι ἄλλα ἐπεθείαζον τῶν μάντεων. Ἀρίστανδρος δὲ, ἀνὴρ Τελμισσεύς, μάντις, θαῤῥεῖν ἐκέλευσεν Ἀλέξανδρον· δηλοῦσθαι γὰρ ὅτι ποιηταῖς ἐπῶν τε καὶ μελῶν καὶ ὅσοι ἀμφὶ ᾠδὴν ἔχουσι πολὺς πόνος ἔσται ποιεῖν τε καὶ ᾄδειν Ἀλέξανδρον καὶ τὰ Ἀλεξάνδρου ἔργα.

3. Ἅμα δὲ τῷ ἦρι ἀρχομένῳ ἐξελαύνει ἐφ' Ἑλλησπόντου, τὰ μὲν κατὰ Μακεδονίαν τε καὶ τοὺς Ἕλληνας Ἀντιπάτρῳ ἐπιτρέψας, αὐτὸς δὲ ἄγων πεζοὺς μὲν σὺν ψιλοῖς τε καὶ τοξόταις οὐ πολλῷ πλείους τῶν τρισμυρίων, ἱππέας δὲ ὑπὲρ τοὺς πεντακισχιλίους. Ἦν δὲ αὐτῷ ὁ στόλος παρὰ τὴν λίμνην τὴν Κερκινῖτιν ὡς ἐπ' Ἀμφίπολιν καὶ τοῦ Στρυμόνος ποταμοῦ τὰς ἐκβολάς. (4) Διαβὰς δὲ τὸν Στρυμόνα παρήμειβε τὸ Πάγγαιον ὄρος τὴν ὡς ἐπ' Ἄβδηρα καὶ Μαρώνειαν, πόλεις Ἑλληνίδας ἐπὶ θαλάσσῃ ᾠκισμένας. Ἔνθεν δὲ ἐπὶ τὸν Ἕβρον ποταμὸν ἀφικόμενος, διαβαίνει καὶ τὸν Ἕβρον εὐπετῶς. Ἐκεῖθεν δὲ διὰ τῆς Παιτικῆς ἐπὶ τὸν Μέλανα ποταμὸν ἔρχεται. (5) Διαβὰς δὲ καὶ τὸν Μέλανα ἐς Σηστὸν ἀφικνεῖται ἐν εἴκοσι ταῖς πάσαις ἡμέραις ἀπὸ τῆς οἴκοθεν ἐξορμήσεως. Ἐλθὼν δὲ ἐς Ἐλαιοῦντα θύει Πρωτεσιλάῳ ἐπὶ τῷ τάφῳ τοῦ Πρωτεσιλάου, ὅτι καὶ Πρωτεσίλαος πρῶτος ἐδόκει ἐκβῆναι ἐς τὴν Ἀσίαν τῶν Ἑλλήνων τῶν ἅμα Ἀγαμέμνονι ἐς Ἴλιον στρατευσάν-

CAP. XI.

His rebus gestis in Macedoniam reversus, Jovi Olympico sacrum fecit jam antea ab Archelao institutum, et certamen Olympicum apud Ægas fieri curavit. Sunt qui et Musis ludos fecisse dicant. (2) Per id tempus nuntiatum est Orphei, Œagri filii, Thracis, statuam in Pieria continue sudasse. Varia fuit vatum de hoc prodigio sententia : Aristander vero Telmisseus, vates, Alexandrum bono animo esse jubet ; significari enim, poetas epicos et lyricos et quotquot carmina tractent magnopere laboraturos in Alexandro ejusque rebus gestis describendis atque decantandis.

3. Dehinc ineunte vere ad Hellespontum movit, Macedoniæ et Græciæ administratione Antipatro commissa. Ipse peditum, una cum militibus levis armaturæ et sagittariis non multo plures quam triginta millia, equitum ultra quinque millia secum ducit. Iter ei fuit juxta lacum Cercinitem Amphipolin versus, deinde ad Strymonis fluvii ostia. (4) Trajecto Strymone, Pangæum montem præteriit via, quæ Abderam et Maroneam, Græcas urbes ad mare sitas, ducit. Inde ad Hebrum flumen profectus : quo haud difficulter transmisso, per Pæticam regionem ad Melana fluvium venit : (5) eoque etiam trajecto, vigesimo postquam domo discesserat die Sestum attigit. Inde Elæunta profectus, Protesilao super ipsius tumulum sacrificat : quod Protesilaus creditur Græcorum, qui cum Agamemnone adversus Ilium militarunt, primus

των· καὶ ὁ νοῦς τῆς θυσίας ἦν ἐπιτυχεστέραν οἷ γενέσθαι ἢ Πρωτεσιλάῳ τὴν ἀπόϐασιν.

6. Παρμενίων μὲν δὴ τῶν πεζῶν τοὺς πολλοὺς καὶ τὴν ἵππον διαϐιϐάσαι ἐτάχθη ἐκ Σηστοῦ ἐς Ἄϐυδον· καὶ διέϐησαν ἐν τριήρεσι μὲν ἑκατὸν καὶ ἑξήκοντα, πλοίοις δὲ ἄλλοις πολλοῖς στρογγύλοις. Ἀλέξανδρον δὲ ἐξ Ἐλαιοῦντος ἐς τὸν Ἀχαιῶν λιμένα κατᾶραι ὁ πλείων λόγος κατέχει, καὶ αὐτόν τε κυϐερνῶντα τὴν στρατηγίδα ναῦν διαϐάλλειν, καὶ ἐπειδὴ κατὰ μέσον τὸν πόρον τοῦ Ἑλλησπόντου ἐγένετο, σφάξαντα ταῦρον τῷ Ποσειδῶνι καὶ Νηρηΐσι σπένδειν ἐκ χρυσῆς φιάλης ἐς τὸν πόντον. (7) Λέγουσι δὲ καὶ πρῶτον ἐκ τῆς νεὼς σὺν τοῖς ὅπλοις ἐκϐῆναι αὐτὸν ἐς τὴν γῆν τὴν Ἀσίαν, καὶ βωμοὺς ἱδρύσασθαι, ὅθεν τε ἐστάλη ἐκ τῆς Εὐρώπης καὶ ὅπου ἐξέϐη τῆς Ἀσίας, Διὸς ἀποϐατηρίου καὶ Ἀθηνᾶς καὶ Ἡρακλέους· ἀνελθόντα δὲ ἐς Ἴλιον τῇ τε Ἀθηνᾷ θῦσαι τῇ Ἰλιάδι, καὶ τὴν πανοπλίαν τὴν αὐτοῦ ἀναθεῖναι ἐς τὸν νεών, καὶ καθελεῖν ἀντὶ ταύτης τῶν ἱερῶν τινα ὅπλων ἔτι ἐκ τοῦ Τρωϊκοῦ ἔργου σωζόμενα. (8) Καὶ ταῦτα λέγουσιν ὅτι οἱ ὑπασπισταὶ ἔφερον πρὸ αὐτοῦ ἐς τὰς μάχας. Θῦσαι δὲ αὐτὸν καὶ Πριάμῳ ἐπὶ τοῦ βωμοῦ τοῦ Διὸς τοῦ Ἑρκείου λόγος κατέχει, μῆνιν Πριάμου παραιτούμενον τῷ Νεοπτολέμου γένει, ὃ δὴ ἐς αὐτὸν καθῆκεν.

ΚΕΦ. ΙΒ′.

Ἀνιόντα δ' αὐτὸν ἐς Ἴλιον Μενοίτιός τε ὁ κυϐερνήτης χρυσῷ στεφάνῳ ἐστεφάνωσε καὶ ἐπὶ τούτῳ Χάρης ὁ Ἀθηναῖος ἐκ Σιγείου ἐλθὼν καί τινες καὶ ἄλλοι, οἱ μὲν Ἕλληνες, οἱ δὲ ἐπιχώριοι. Ἡφαιστίωνα δὲ λέγουσιν ὅτι τοῦ Πατρόκλου τὸν τάφον ἐστεφάνωσεν· οἱ δέ, ὅτι καὶ τὸν Ἀχιλλέως [ἄρα] τάφον ἐστεφάνωσε· καὶ εὐδαιμόνισεν ἄρα, ὡς ὁ λόγος, Ἀλέξανδρος Ἀχιλλέα, ὅτι Ὁμήρου κήρυκος ἐς τὴν ἔπειτα μνήμην ἔτυχε. (2) Καὶ μέντοι καὶ ἦν Ἀλεξάνδρῳ οὐχ ἥκιστα τούτου ἕνεκα εὐδαιμονιστέος Ἀχιλλεύς, ὅτι αὐτῷ γε Ἀλεξάνδρῳ, οὐ κατὰ τὴν ἄλλην ἐπιτυχίαν, τὸ χωρίον τοῦτο ἐκλιπὲς ξυνέϐη οὐδὲ ἐξηνέχθη ἐς ἀνθρώπους τὰ Ἀλεξάνδρου ἔργα ἐπαξίως· οὔτ' οὖν καταλογάδην οὔτε τις ἐν μέτρῳ ἐποίησεν, ἀλλ' οὐδὲ ἐν μέλει ᾔσθη Ἀλέξανδρος, ἐν ὅτῳ Ἱέρων τε καὶ Γέλων καὶ Θήρων καὶ πολλοὶ ἄλλοι οὐδέν τι Ἀλεξάνδρῳ ἐπεοικότες, ὥστε πολὺ μεῖον γιγνώσκεται τὰ Ἀλεξάνδρου ἢ τὰ φαυλότατα τῶν πάλαι ἔργων· (3) ὁπότε καὶ ἡ τῶν μυρίων σὺν Κύρῳ ἄνοδος ἐπὶ βασιλέα Ἀρταξέρξην καὶ τὰ Κλεάρχου τε καὶ τῶν ἅμα αὐτῷ ἁλόντων παθήματα καὶ ἡ κατάϐασις αὐτῶν ἐκείνων, ἣν Ξενοφῶν αὐτοὺς κατήγαγε, πολύ τι ἐπιφανέστερα ἐς ἀνθρώπους Ξενοφῶντος ἕνεκά ἐστιν ἢ Ἀλέξανδρός τε καὶ τὰ Ἀλεξάνδρου ἔργα. (4) Καίτοι Ἀλέξανδρος οὔτε ξὺν ἄλλῳ ἐστράτευσεν, οὔτε φεύγων μέγαν βασιλέα τοὺς τῇ καθόδῳ τῇ ἐπὶ θάλατταν ἐμποδὼν γιγνομένους ἐκράτησεν· ἀλλ' οὐκ ἔστιν ὅστις ἄλλος εἷς ἀνὴρ

in Asiam pedem intulisse. Sacrificii vero sensus hic erat, ut felicior ipsi quam Protesilao descensus in Asiam esset.

6. Parmenioni Alexander peditatus magnam partem et equitatum ex Sesto in Abydum trajiciendi negotium dat: qui quidem triremibus centum et sexaginta, aliisque navibus onerariis quamplurimis transvecti sunt. Alexandrum ex Elæunte in Achæorum portum navigasse plurimi scribunt, et ipsummet navis prætoriæ gubernatorem fuisse: quumque in medio Hellesponto versaretur, taurum Neptuno ac Nereidibus mactasse, et ex aurea phiala in mare libasse. (7) Ferunt etiam, primum ex nave cum armis in Asiæ terram descendisse, altariaque struxisse ibi unde ex Europa solvit, et in eo Asiæ loco in quem descendit Jovi descensori, Minervæ et Herculi. Quumque in Ilium venisset, Palladi Iliacæ sacrificasse: universisque armis, quibus uti soleret, in ejus templo fixis, sumpsisse eorum loco sacra quædam arma, quæ ex Trojano bello adhuc salva erant: (8) quæ quidem arma scutatos ante ipsum in prælium gestare solitos narrant. Sacrificasse etiam eum Priamo ad Jovis Hercii aram fama est, ut Priami iram adversus Neoptolemi progeniem, quæ ad ipsum pertinebat, deprecaretur.

CAP. XII.

Porro Alexandro Ilium versus adscendenti Menœtius gubernator auream coronam imposuit: post hunc Chares Atheniensis, qui ex Sigeo venerat, atque alii nonnulli, partim Græci, partim indigenæ. Ab Hephæstione vero Patrocli tumulum coronatum esse narrant. Sunt qui Alexandrum etiam Achillis tumulum coronasse dicant: et felicem quidem, ut fama est, nominavit Achillem quod Homerum præconem ad perpetuandam suam memoriam nactus esset. (2) Neque vero immerito hac de causa Alexandro felix censendus Achilles visus est: quum hoc unum ad reliquam Alexandri felicitatem deesse contigerit. Neque enim ejus gesta pro dignitate memoriæ prodita sunt, neque quisquam ea aut soluta oratione aut versu conscripsit, aut lyrico carmine cecinit, quemadmodum Hieronis, Gelonis, Theronis aliorumque multorum qui Alexandro comparandi non sunt. Quo factum est ut minus notæ sint Alexandri res præclare gestæ, quam aliorum veterum vulgaria facta. (3) Siquidem illa decem millium cum Cyro adversus Artaxerxem expeditio, et Clearchi atque eorum qui cum eo capti fuerunt clades, et eorundem Xenophonte duce reditus, illustriora apud homines Xenophontis opera sunt effecta, quam Alexander ejusque res gestæ. (4) Attamen Alexander neque cum altero expeditionem fecit, neque magnum regem fugiens, eos qui descensui ad mare impedimento erant vicit: neque quisquam est mortalium qui solus tam præ-

τοσαῦτα ἢ τηλικαῦτα ἔργα κατὰ πλῆθος ἢ μέγεθος ἐν Ἕλλησιν ἢ βαρβάροις ἀπεδείξατο. Ἔνθεν καὶ αὐτὸς ὁρμηθῆναί φημι ἐς τήνδε τὴν ξυγγραφήν, οὐκ ἀπαξιώσας ἐμαυτὸν φανερὰ καταστήσειν ἐς ἀνθρώπους τὰ Ἀλεξάνδρου ἔργα. (5) Ὅστις δὲ ὢν ταῦτα ὑπὲρ ἐμαυτοῦ γιγνώσκω, τὸ μὲν ὄνομα οὐδὲν δέομαι ἀναγράψαι, οὐδὲ γὰρ οὐδὲ ἄγνωστον ἐς ἀνθρώπους ἐστίν, οὐδὲ πατρίδα ἥτις μοί ἐστιν οὐδὲ γένος τὸ ἐμόν, οὐδὲ εἰ δή τινα ἀρχὴν ἐν τῇ ἐμαυτοῦ ἦρξα· ἀλλ' ἐκεῖνο ἀναγράφω, ὅτι ἐμοὶ πατρίς τε καὶ γένος καὶ ἀρχαὶ οἵδε οἱ λόγοι εἰσί τε καὶ ἀπὸ νέου ἔτι ἐγένοντο. Καὶ ἐπὶ τῷδε οὐκ ἀπαξιῶ ἐμαυτὸν τῶν πρώτων ἐν τῇ φωνῇ τῇ Ἑλλάδι, εἴπερ οὖν καὶ Ἀλέξανδρος τῶν ἐν τοῖς ὅπλοις.

6. Ἐξ Ἰλίου δὲ ἐς Ἀρίσβην ἧκεν, οὗ πᾶσα ἡ δύναμις αὐτῷ διαβεβηκυῖα τὸν Ἑλλήσποντον ἐστρατοπεδεύκει, καὶ τῇ ὑστεραίᾳ ἐς Περκώτην· τῇ δὲ ἄλλῃ Λάμψακον παραμείψας πρὸς τῷ Πρακτίῳ ποταμῷ ἐστρατοπέδευσεν, ὃς ῥέων ἐκ τῶν ὀρῶν Ἰδαίων ἐκδιδοῖ ἐς θάλασσαν τὴν μεταξὺ τοῦ Ἑλλησπόντου τε καὶ τοῦ Εὐξείνου πόντου. Ἔνθεν δὲ ἐς Ἕρμωτον ἀφίκετο, Κολωνὰς πόλιν παραμείψας. (7) Σκοποὶ δὲ αὐτῷ ἐπέμποντο πρὸ τοῦ στρατεύματος· καὶ τούτων ἡγεμὼν ἦν Ἀμύντας ὁ Ἀρραβαίου, ἔχων τῶν τε ἑταίρων τὴν ἴλην τὴν ἐξ Ἀπολλωνίας, ἧς ἰλάρχης ἦν Σωκράτης ὁ Σάθωνος, καὶ τῶν προδρόμων καλουμένων ἴλας τέσσαρας· κατὰ δὲ τὴν πάροδον Πρίαπον πόλιν ἐνδοθεῖσαν πρὸς τῶν ἐνοικούντων τοὺς παραληψομένους ἀπέστειλε σὺν Πανηγόρῳ τῷ Λυκαγόρου, ἑνὶ τῶν ἑταίρων.

8. Περσῶν δὲ στρατηγοὶ ἦσαν Ἀρσάμης καὶ Ῥεομίθρης καὶ Πετίνης καὶ Νιφάτης καὶ ξὺν τούτοις Σπιθριδάτης ὁ Λυδίας καὶ Ἰωνίας σατράπης καὶ Ἀρσίτης ὁ τῆς πρὸς Ἑλλησπόντῳ Φρυγίας ὕπαρχος. Οὗτοι δὲ πρὸς Ζελείᾳ τῇ πόλει κατεστρατοπεδευκότες ἦσαν ξὺν τῇ ἵππῳ τε τῇ βαρβαρικῇ καὶ τοῖς Ἕλλησι τοῖς μισθοφόροις. (9) Βουλευομένοις δὲ αὐτοῖς ὑπὲρ τῶν παρόντων, ἐπειδὴ Ἀλέξανδρος διαβεβηκὼς ἠγγέλλετο, Μέμνων ὁ Ῥόδιος παρῄνει μὴ διὰ κινδύνου ἰέναι πρὸς τοὺς Μακεδόνας, τῷ τε πεζῷ πολὺ περιόντας σφῶν καὶ αὐτοῦ Ἀλεξάνδρου παρόντος, αὐτοῖς δὲ ἀπόντος Δαρείου· προϊόντας δὲ τόν τε χιλὸν ἀφανίζειν καταπατοῦντας τῇ ἵππῳ καὶ τὸν ἐν τῇ γῇ καρπὸν ἐμπιπράναι, μηδὲ τῶν πόλεων αὐτῶν φειδομένους· οὐ γὰρ μενεῖν ἐν τῇ χώρᾳ Ἀλέξανδρον ἀπορίᾳ τῶν ἐπιτηδείων. (10) Ἀρσίτην δὲ λέγεται εἰπεῖν ἐν τῷ συλλόγῳ τῶν Περσῶν ὅτι οὐκ ἂν περιίδοι μίαν οἰκίαν ἐμπρησθεῖσαν τῶν ὑπὸ οἷ τεταγμένων ἀνθρώπων· καὶ τοὺς Πέρσας Ἀρσίτῃ προσθέσθαι, ὅτι καὶ ὕποπτόν τι αὐτοῖς ἦν ἐς τὸν Μέμνονα, τριβὰς ἐμποιεῖν ἑκόντα τῷ πολέμῳ τῆς ἐκ βασιλέως τιμῆς ἕνεκα.

clara et numero et magnitudine aut inter Græcos aut inter barbaros facinora ediderit. Atque hac quidem de causa me ad hanc historiam conscribendam impulsum fuisse profiteor, non indignum me censens per quem Alexandri res gestæ apud homines notæ celebresque efficerentur. (5) Quisquis vero sim qui ita de me sentiam, nomen quidem adscribere nihil attinet, neque enim obscurum inter mortales est, nec patriam, nec genus meum, neque an aliquem in civitate mea magistratum gesserim. Illud dixisse satis fuerit, mihi et patriam et genus et honores esse has literas atque a pueris jam fuisse. Propterea non indignum me judicaverim, qui inter primos Græcæ linguæ scriptores, ut Alexander inter eos qui in re militari præstiterunt, collocer.

6. Ex Ilio Alexander ad Arisben movit, quo in loco universus exercitus trajecto Hellesponto castra fixerat. Postridie Percoten; deinde Lampsacum prætergressus ad Practium flumen consedit, qui ex Idæis montibus fluens, inter Hellespontum et Euxinum pontum in mare fertur. Inde Hermotum venit, Colonas urbem prætergressus. (7) Speculatores porro ante exercitum miserat, quorum dux erat Amyntas Arrhabæi filius, cum turma amicorum ex Apolloniatis conscripta, cui præfectus erat Socrates Sathonis filius, et cum quatuor turmis præcursorum, quos vocant. In transitu Panegorum Lycagoræ filium, unum ex amicis, cum aliquo comitatu mittit, qui Priapum oppidum, quod incolæ dediderant, recipiat.

8. Persarum autem duces erant Arsames, Rheomithres, Petines, Niphates, et cum his Spithridates Lydiæ et Ioniæ satrapa, et Arsites, Phrygiæ quæ ad Hellespontum vergit præses. Hi omnes ad Zeliam urbem cum equitatu barbarico et Græcis mercenariis constiterant. (9) Consultantibus porro iis de re præsenti, quum Alexander transisse nuntiaretur, Memnon Rhodius monuit non esse prœlio cum Macedonibus contendendum, qui et peditatu superiores essent, et præsentem haberent Alexandrum, ipsi vero Darium absentem. Omne autem frumentum herbidum equitatu proculcandum destruendumque esse, omnemque terræ fructum exurendum, ac ne ipsis quidem oppidis parcendum : ita enim Alexandrum commeatu destitutum moram in ea regione non facturum. (10) Ad ea Arsiten in conventu Persarum dixisse ferunt, se ne unam quidem eorum qui ipsi subditi essent domum incendi passurum : atque in ejus sententiam a Persis itum esse, suspicantibus Memnonem, honoris a rege tributi causa, belli moram protractionemque quærere.

ΚΕΦ. ΙΓ'.

beris ab ortu insitam esse. (4) Quumque ad eorum vicum quendam venisset, virgini cupiam ad fontem eunti obviam venisse, eique, quid sibi evenisset, narrasse. Hanc vero, quum et ipsa ex vatum progenie esset, ut locum istum repetens Jovi regi sacrificaret jussisse. Gordium contra ut ipsum comitaretur et sacrificii modum rationemque doceret, eam rogasse. Illum sacrificasse a puella edoctum, eamque conjugem sibi cepisse, puerumque ex iis procreatum, Midam nomine. (5) Qui quum jam vir forma virtuteque praestans evasisset, Phrygas interea gravi inter se seditione laborasse, eosque oraculo monitos esse, currum iis regem allaturum qui seditionem tolleret. His vero adhuc hisce de rebus inter se consultantibus, venisse Midam una cum patre ac matre, ipsumque currui insidentem concilium adiisse. (6) Illos vaticinium interpretatos, hunc nimirum esse illum quem deus monuerat curru advehendum esse, extemplo Midam regem creasse. Hunc itaque seditionem sedasse, paternumque currum Jovi regi, pro aquila missa, gratiarum loco in arce suspensum consecrasse. Adhæc illud etiam de curru ferebatur: quicumque jugi nodum quod in curru erat nexum solvisset, illum Asiæ imperio potiturum. (7) Erat autem is nexus ex corni arboris libro, qui unde inciperet, quove se conderet, percipi non poterat. Alexander quum nullam plane solvendi nexus rationem inveniret, insolutum tamen prætermittere nollet, ne id motum aliquem in multitudinis animis excitaret, sunt qui dicant illum ensis ictu vinculum discidisse, et solutum esse dixisse. Aristobulus vero auctor est, Alexandrum exemto paxillo temonis (erat is clavus ligneus per medium temonem trajectus, cui vinculum adstrictum erat) jugum temoni detraxisse. (8) Equidem, quomodo nodus ille ab Alexandro solutus fuerit, affirmare non ausim. Ipse certe et qui cum eo erant ita a curru discesserunt, perinde ac si vaticinium de solutione nexus impletum esset. Quod quidem et tonitrua et fulgura ea nocte excitata satis declararunt: eaque de causa postero die diis sacrificavit, tum ob prodigia edita, tum ob rationem solvendi nodi ostensam.

CAP. IV.

Alexander postridie Ancyram Galatiæ urbem profectus est. Eo loci Paphlagonum legati ad eum venerunt, qui provinciam dedant et fœdus ineant: unum hoc orantes ne exercitus fines suos intret. (2) His Alexander, ut Calæ Phrygiorum satrapæ pareant, jubet. Inde in Cappadociam movens, omnem quæ cis Halyn fluvium est regionem et partem aliquam multam ejus quæ trans Halyn est, subegit. Sabictam Cappadociæ satrapam statuit, ipse ad angustias aditus qui

προῆγεν ἐπὶ τὰς πύλας τὰς Κιλικίας. (3) Καὶ ἀφικόμενος ἐπὶ τὸ Κύρου τοῦ ξὺν Ξενοφῶντι στρατόπεδον, ὡς κατεχομένας τὰς πύλας φυλακαῖς ἰσχυραῖς εἶδε, Παρμενίωνα μὲν αὐτοῦ καταλείπει σὺν ταῖς τάξεσι τῶν πεζῶν ὅσοι βαρύτερον ὡπλισμένοι ἦσαν· αὐτὸς δὲ ἀμφὶ πρώτην φυλακὴν ἀναλαβὼν τούς τε ὑπασπιστὰς καὶ τοὺς Ἀγριᾶνας, προῆγε τῆς νυκτὸς ἐπὶ τὰς πύλας, ὡς οὐ προσδεχομένοις τοῖς φύλαξιν ἐπιπεσεῖν. (4) Καὶ προσάγων μὲν οὐκ ἔλαθεν, ἐς ἴσον δὲ αὐτῷ κατέστη ἡ τόλμα. Οἱ γὰρ φύλακες αἰσθόμενοι Ἀλέξανδρον αὐτὸν προσάγοντα, λιπόντες τὴν φυλακὴν ᾤχοντο φεύγοντες. Τῇ δὲ ὑστεραίᾳ ἅμα τῇ ἕῳ ξὺν τῇ δυνάμει πάσῃ ὑπερβαλὼν τὰς πύλας κατέβαινεν ἐς τὴν Κιλικίαν. (5) Καὶ ἐνταῦθα ἀγγέλλεται αὐτῷ Ἀρσάμης ὅτι πρόσθεν μὲν ἐπενόει διασώζειν Πέρσαις τὴν Ταρσόν, ὡς δὲ ὑπερβεβληκότα ἤδη τὰς πύλας ἐπύθετο Ἀλέξανδρον, ἐκλιπεῖν ἐν νῷ εἶχε τὴν πόλιν· δεδιέναι οὖν τοὺς Ταρσέας μὴ ἐφ' ἁρπαγὴν τραπεὶς οὕτω τὴν ἀπόλειψιν τῆς Ταρσοῦ ποιήσηται. (6) Ταῦτα ἀκούσας δρόμῳ ἦγεν ἐπὶ τὴν Ταρσὸν τούς τε ἱππέας καὶ τῶν ψιλῶν ὅσοι κουφότατοι, ὥστε ὁ Ἀρσάμης μαθὼν αὐτοῦ τὴν ὁρμὴν σπουδῇ φεύγει ἐκ τῆς Ταρσοῦ παρὰ βασιλέα Δαρεῖον, οὐδὲν βλάψας τὴν πόλιν.

7. Ἀλέξανδρος δέ, ὡς μὲν Ἀριστοβούλῳ λέλεκται, ὑπὸ καμάτου ἐνόσησεν· οἱ δὲ εἰς τὸν Κύδνον ποταμὸν λέγουσι ῥίψαντα νήξασθαι, ἐπιθυμήσαντα τοῦ ὕδατος, ἱδροῦντα καὶ καύματι ἐχόμενον. Ὁ δὲ Κύδνος ῥεῖ διὰ μέσης τῆς πόλεως· οἷα δὲ ἐκ τοῦ Ταύρου ὄρους τῶν πηγῶν οἱ ἀνισχουσῶν καὶ διὰ χώρου καθαροῦ ῥέων, ψυχρός τέ ἐστι καὶ τὸ ὕδωρ καθαρός. (8) Σπασμῷ τε οὖν ἔχεσθαι Ἀλέξανδρον καὶ θέρμαις ἰσχυραῖς καὶ ἀγρυπνίᾳ ξυνεχεῖ. Καὶ τοὺς μὲν ἄλλους ἰατροὺς οὐκ οἴεσθαι εἶναι βιώσιμον, Φίλιππον δὲ Ἀκαρνᾶνα, ἰατρόν, ξυνόντα Ἀλεξάνδρῳ καὶ τά τε ἀμφὶ ἰατρικὴν ἐς τὰ μάλιστα πιστευόμενον καὶ τὰ ἄλλα οὐκ ἀδόκιμον ἐν τῷ στρατῷ ὄντα, καθῆραι ἐθέλειν Ἀλέξανδρον φαρμάκῳ· καὶ τὸν κελεύειν καθῆραι. (9) Τὸν μὲν δὴ παρασκευάζειν τὴν κύλικα· ἐν τούτῳ δὲ Ἀλεξάνδρῳ δοθῆναι ἐπιστολὴν παρὰ Παρμενίωνος φυλάξασθαι Φίλιππον· ἀκούειν γὰρ διεφθάρθαι ὑπὸ Δαρείου χρήμασιν, ὥστε φαρμάκῳ ἀποκτεῖναι Ἀλέξανδρον. Τὸν δέ, ἀναγνόντα τὴν ἐπιστολὴν καὶ ἔτι μετὰ χεῖρας ἔχοντα, αὐτὸν μὲν λαβεῖν τὴν κύλικα ἐν ᾗ ἦν τὸ φάρμακον· τὴν ἐπιστολὴν δὲ τῷ Φιλίππῳ δοῦναι ἀναγνῶναι. (10) Καὶ ὁμοῦ τόν τε Ἀλέξανδρον πίνειν καὶ τὸν Φίλιππον ἀναγινώσκειν τὰ παρὰ τοῦ Παρμενίωνος. Φίλιππον δὲ εὐθὺς ἔνδηλον γενέσθαι ὅτι καλῶς οἱ ἔχει τὰ τοῦ φαρμάκου· οὐ γὰρ ἐκπλαγῆναι πρὸς τὴν ἐπιστολήν, ἀλλὰ τοσόνδε μόνον παρακαλέσαι Ἀλέξανδρον, καὶ ἐς τὰ ἄλλα οἱ πείθεσθαι ὅσα ἐπαγγέλλοιτο· σωθήσεσθαι γὰρ πειθόμενον. (11) Καὶ τὸν μὲν καθαρθῆναί τε καὶ ῥαῖσαι αὐτῷ τὸ νόσημα, Φιλίππῳ δὲ ἐπιδεῖξαι ὅτι πιστός ἐστιν αὐτῷ φίλος, καὶ τοῖς ἄλλοις δὲ τοῖς ἀμφ' αὐτὸν ὅτι αὐτοῖς τε τοῖς φίλοις βέβαιος εἰς τὸ ἀνύποπτον τυγχάνει ὢν καὶ πρὸς τὸ ἀποθανεῖν ἐρρωμένος.

Ciliciam aperit contendit. (3) Quumque ad castra Cyri, qui cum Xenophonte erat, venisset, ut Portas valido præsidio insessas vidit, Parmenionem ibi cum cohortibus peditum, qui gravioris armaturæ erant, reliquit. Ipse sub primam noctis vigiliam sumptis secum scutatis et sagittariis atque Agrianis, noctu ad Portas movit, ut ex improviso præsidium invadat. (4) Neque tamen ita clam ac putabat, hostes adoriri potuit : sed æque feliciter ipsi cessit audacia. Præsidiarii enim cognito Alexandri adventu, deserto præsidio in fugam se conjecerunt. Postero die sub auroram Portas cum universo exercitu transgressus, in Ciliciam descendit. (5) Hic ei nuntiatum est, Arsamen qui initio Tarsum in Persarum potestate conservare statuerat, postquam audisset Alexandrum jam Portas transgressum esse, de urbe deserenda cogitare; Tarsenses autem vereri, ne direpta urbe demum Tarsum desereret. (6) Quo cognito, Alexander summa festinatione Tarsum petit, equites et levis expeditæque armaturæ pedites secum ducens. De cujus adventu Arsames certior factus confestim ex Tarso ad Darium regem fugit, nullo damno urbi illato.

7. Alexander, ut Aristobulus refert, præ nimio labore in morbum incidit. Alii tradunt illum, sudantem ac æstuantem, aquæ cupidum natandi caussa sese in Cydnum flumen, quod mediam urbem secat, conjecisse. Ejus fontes quum ex Tauro monte oriantur et puro solo excipiantur, fit ut unda ejus incorruptissima simulque frigidissima sit : (8) atque hinc Alexandrum spasmo acutaque febri et insomnia correptum fuisse. Ac ceteros quidem medicos de vita ejus desperasse, Philippum vero Acarnanem medicum, Alexandri comitem, cui in re medica potissimum fidebat, quique in exercitu etiam alioquin magno in honore habebatur, medicata potione purgare eum voluisse. (9) Atque interea dum hic adhiberi potionem juberet, ille poculum pararet, literas Alexandro a Parmenione allatas, quibus denuntiabat ut sibi a Philippo caveret. Audisse enim se, Philippum a Dario pecunia corruptum ut regem pharmaco interficeret. Alexandrum, perlectis literis, quum adhuc eas manu teneret, poculum in quo erat potio accepisse; epistolam vero Philippo legendam dedisse : (10) unoque tempore Alexandrum potionem hausisse, et Philippum Parmenionis literas legisse. Philippum vero vultu statim declarasse, bene se sibi de pharmaco conscium esse. Neque enim lectione epistolæ ullam animi perturbationem præ se tulisse : hortatum solummodo fuisse Alexandrum, ut in reliquis quoque quæ præscriberet, suo consilio acquiesceret. Salutem enim, si pareret, recuperaturum. (11) Atque Alexandrum quidem purgatum et vi morbi levatum esse et Philippo declarasse, quam fidum amicum illum haberet : ceteris etiam qui ipsi aderant, testatum fuisse quam constantem de ipsorum amicitia opinionem, omni suspicione remota, concepisset, simulque quam fortiter mortem ferret.

ΚΕΦ. Ε'.

Ἐκ δὲ τούτου Παρμενίωνα μὲν πέμπει ἐπὶ τὰς ἄλλας πύλας, αἳ δὴ ὁρίζουσι τὴν Κιλίκων τε καὶ Ἀσσυρίων χώραν, προκαταλαβεῖν καὶ φυλάσσειν τὴν πάροδον, δοὺς αὐτῷ τῶν τε ξυμμάχων τοὺς πεζοὺς καὶ τοὺς Ἕλληνας τοὺς μισθοφόρους καὶ τοὺς Θρᾷκας, ὧν Σιτάλκης ἡγεῖτο, καὶ τοὺς ἱππέας δὲ τοὺς Θεσσαλούς. (2) Αὐτὸς δὲ ὕστερος ἄρας ἐκ Ταρσοῦ τῇ μὲν πρώτῃ ἐς Ἀγχίαλον πόλιν ἀφικνεῖται. Ταύτην δὲ Σαρδανάπαλον κτίσαι τὸν Ἀσσύριον λόγος· καὶ τῷ περιβόλῳ δὲ καὶ τοῖς θεμελίοις τῶν τειχῶν δήλη ἐστὶ μεγάλη τε πόλις κτισθεῖσα καὶ ἐπὶ μέγα ἐλθοῦσα δυνάμεως. (3) Καὶ τὸ μνῆμα τοῦ Σαρδαναπάλου ἐγγὺς ἦν τῶν τειχῶν τῆς Ἀγχιάλου· καὶ αὐτὸς ἐφειστήκει ἐπ' αὐτῷ Σαρδανάπαλος συμβεβληκὼς τὰς χεῖρας ἀλλήλαις ὡς μάλιστα ἐς κρότον συμβάλλονται, καὶ ἐπίγραμμα ἐπεγέγραπτο αὐτῷ Ἀσσύρια γράμματα· οἱ μὲν Ἀσσύριοι καὶ μέτρον ἔφασκον ἐπεῖναι τῷ ἐπιγράμματι, (4) ὁ δὲ νοῦς ἦν αὐτῷ ὃν ἔφραζε τὰ ἔπη, ὅτι Σαρδανάπαλος ὁ Ἀνακυνδαράξου παῖς Ἀγχίαλον καὶ Ταρσὸν ἐν ἡμέρᾳ μιᾷ ἐδείματο. Σὺ δέ, ὦ ξένε, ἔσθιε καὶ πῖνε καὶ παῖζε, ὡς τἆλλα τὰ ἀνθρώπινα οὐκ ὄντα τούτου ἄξια· τὸν ψόφον αἰνισσόμενος ὅνπερ αἱ χεῖρες ἐπὶ τῷ κρότῳ ποιοῦσι· καὶ τὸ παῖζε ῥᾳδιουργότερον ἐγγεγράφθαι ἔφασαν τῷ Ἀσσυρίῳ ὀνόματι.

5. Ἐκ δὲ τῆς Ἀγχιάλου ἐς Σόλους ἀφίκετο· καὶ φρουρὰν ἐπήγαγεν ἐς Σόλους καὶ ἐπέβαλεν αὐτοῖς τάλαντα διακόσια ἀργυρίου ζημίαν, ὅτι πρὸς τοὺς Πέρσας μᾶλλόν τι τὸν νοῦν εἶχον. (6) Ἔνθεν δὲ ἀναλαβὼν τῶν μὲν πεζῶν τῶν Μακεδόνων τρεῖς τάξεις, τοὺς τοξότας δὲ πάντας καὶ τοὺς Ἀγριᾶνας ἐξελαύνει ἐπὶ τοὺς τὰ ὄρη κατέχοντας Κίλικας. Καὶ ἐν ἑπτὰ ταῖς πάσαις ἡμέραις τοὺς μὲν βίᾳ ἐξελών, τοὺς δὲ ὁμολογίᾳ παραστησάμενος, ἐπανῆκεν ἐς τοὺς Σόλους. (7) Καὶ ἐνταῦθα μανθάνει Πτολεμαῖον καὶ Ἄσανδρον ὅτι ἐκράτησαν Ὀροντοβάτου τοῦ Πέρσου, ὃς τήν τε ἄκραν τῆς Ἁλικαρνασσοῦ ἐφύλασσε καὶ Μύνδον καὶ Καῦνον καὶ Θήραν καὶ Καλλίπολιν κατεῖχε· προσῆκτο δὲ καὶ Κῶ καὶ Τριόπιον. Τοῦτον ἡττῆσθαι ἔγραφον μάχῃ μεγάλῃ· καὶ ἀποθανεῖν μὲν τῶν ἀμφ' αὐτὸν πεζοὺς ἐς ἑπτακοσίους καὶ ἱππέας ἐς πεντήκοντα, ἁλῶναι δὲ οὐκ ἐλάττους τῶν χιλίων. (8) Ἀλέξανδρος δὲ ἐν Σόλοις θύσας τε τῷ Ἀσκληπιῷ καὶ πομπεύσας αὐτός τε καὶ ἡ στρατιὰ πᾶσα, καὶ λαμπάδα ἐπιτελέσας καὶ ἀγῶνα διαθεὶς γυμνικὸν καὶ μουσικὸν Σολεῦσι μὲν δημοκρατεῖσθαι ἔδωκεν· αὐτὸς δὲ ἀναζεύξας ἐς Ταρσὸν τοὺς μὲν ἱππέας ἀπέστειλε Φιλώτᾳ δοὺς ἄγειν διὰ τοῦ Ἀληΐου πεδίου ἐπὶ τὸν ποταμὸν τὸν Πύραμον, (9) αὐτὸς δὲ σὺν τοῖς πεζοῖς καὶ τῇ ἴλῃ τῇ βασιλικῇ ἐς Μαγαρσὸν ἧκε καὶ τῇ Ἀθηνᾷ τῇ Μαγαρσίδι ἔθυσεν. Ἔνθεν δὲ ἐς Μαλλὸν ἀφίκετο καὶ Ἀμφιλόχῳ ὅσα ἥρωι ἐνήγισε· καὶ στασιάζοντας καταλαβὼν τὴν στάσιν αὐτοῖς κατέπαυσε· καὶ τοὺς φόρους οὓς βασιλεῖ Δαρείῳ ἀπέφερον ἀνῆκεν, ὅτι

CAP. V.

Post hæc Parmenionem ad præoccupandas alias angustias mittit, quæ Ciliciam ab Assyria dividunt, ut transitum tueatur, peditibus auxiliariis ei adjunctis Græcisque mercenariis ac Thracibus, quibus Sitalces præerat, atque equitibus Thessalis. (2) Ipse postea ex Tarso movens, primo die ad Anchialum oppidum pervenit. Hoc ferunt Sardanapalum Assyriorum regem condidisse; ac sane circuitus ipse et murorum fundamenta argumento sunt magnam urbem conditam, et ad summam potentiam pervenisse. (3) Sardanapali sepulcrum ad ipsa Anchiali mœnia exstabat, cui innitebatur Sardanapalus manus (*digitos*) collidens, ut crepitum edituri facere solent. Inscriptio statuæ addita erat Assyriis literis, cui metrum subesse Assyrii dicebant. (4) Versuum sententia hæc erat, SARDANAPALUS ANACYNDARAXÆ F. ANCHIALUM ET TARSUM UNO DIE CONDIDIT. TU VERO HOSPES EDE, BIBE, LUDE, QUUM CETERÆ RES HUMANÆ TANTI NON SINT; crepitum significans quem manus faciunt. Illud vero Lude molliore quodam lascivioreque Assyrio vocabulo expressum aiebant.

5. Ex Anchialo ad Solos pervenit, præsidioque urbi imposito, ducenta argenti talenta nomine mulctæ iis imperat, quod propensiore erga Persas animo fuissent. (6) Inde cum tribus Macedonum agminibus, sagittariis omnibus atque Agrianis Cilices qui montes occupaverant adortus, iisque intra septem in universum dies partim vi partim pactionibus in potestatem suam redactis, Solos rediit. (7) Hic Orontobatem Persam qui Halicarnassi arcem et Myndum et Caunum ac Theram et Callipolim tenebat, a Ptolemæo et Asandro victum cognovit. Accesserat ad victoriam et Cos et Triopium. Hunc magno prælio victum perscribebant, cæsis peditum circiter septingentis, equitum quinquaginta, vivis non infra mille captis. (8) Alexander quum apud Solos Æsculapio sacrificasset, ipseque pariter ac totus exercitus pompam facibus circumgestatis peregisset, ludis etiam gymnicis ac musicis editis, Solensibus democratiam concessit. Ipse Tarsum versus movens, negotio Philotæ dato ut equitatum per Aleium campum ad Pyramum flumen ducat, (9) cum peditatu et turma regia Magarsum venit, et Minervæ Magarsidi sacrificavit. Inde Mallum profectus: Amphilocho ut heroi parentavit, quumque cives seditione laborantes offendisset, ea sedata, tributa quæ Dario regi pendere soliti erant, iis remisit, quum

Ἀργείων μὲν Μαλλωταὶ ἄποικοι ἦσαν, αὐτὸς δὲ ἀπ' Ἄργους τῶν Ἡρακλειδῶν εἶναι ἠξίου.

ΚΕΦ. Ϛ'.

Ἔτι δὲ ἐν Μαλλῷ ὄντι αὐτῷ ἀγγέλλεται Δαρεῖον ἐν Σώχοις ξὺν τῇ πάσῃ δυνάμει στρατοπεδεύειν. Ὁ δὲ χῶρος οὗτος ἔστι μὲν τῆς Ἀσσυρίας γῆς, ἀπέχει δὲ τῶν πυλῶν τῶν Ἀσσυρίων ἐς δύο μάλιστα σταθμούς. Ἔνθα δὴ ξυναγαγὼν τοὺς ἑταίρους φράζει αὐτοῖς τὰ ἐξηγγελμένα ὑπὲρ Δαρείου τε καὶ τῆς στρατιᾶς τῆς Δαρείου. Οἱ δὲ αὐτόθεν ὡς εἶχον ἄγειν ἐκέλευον. (2) Ὁ δὲ τότε μὲν ἐπαινέσας αὐτοὺς διέλυσε τὸν ξύλλογον, τῇ δὲ ὑστεραίᾳ προῆγεν ὡς ἐπὶ Δαρεῖόν τε καὶ τοὺς Πέρσας. Δευτεραῖος δὲ ὑπερβαλὼν τὰς πύλας ἐστρατοπέδευσε πρὸς Μυριάνδρῳ πόλει· καὶ τῆς νυκτὸς χειμὼν ἐπιγίγνεται σκληρὸς καὶ ὕδωρ τε ἐξ οὐρανοῦ καὶ πνεῦμα βίαιον· τοῦτο κατέσχεν ἐν τῷ στρατοπέδῳ Ἀλέξανδρον.

3. Δαρεῖος δὲ τέως μὲν ξὺν τῇ στρατιᾷ διέτριβεν, ἐπιλεξάμενος τῆς Ἀσσυρίας γῆς πεδίον πάντῃ ἀναπεπταμένον καὶ τῷ τε πλήθει τῆς στρατιᾶς ἐπιτήδειον καὶ ἐνιππάσασθαι τῇ ἵππῳ ξύμφορον. Καὶ τοῦτο τὸ χωρίον ξυνεβούλευσεν αὐτῷ μὴ ἀπολιπεῖν Ἀμύντας ὁ τοῦ Ἀντιόχου, ὁ παρ' Ἀλεξάνδρου αὐτόμολος· εἶναι γὰρ τὴν εὐρυχωρίαν πρὸς τοῦ πλήθους τε καὶ τῆς σκευῆς τῶν Περσῶν. Καὶ ἔμενε Δαρεῖος. (4) Ὡς δὲ Ἀλεξάνδρῳ πολλὴ μὲν ἐν Ταρσῷ τριβὴ ἐπὶ τῇ νόσῳ ἐγίγνετο, οὐκ ὀλίγη δὲ ἐν Σόλοις, ἵνα ἔθυέ τε καὶ ἐπόμπευε, καὶ ἐπὶ τοὺς ὀρεινοὺς Κίλικας διέτριψεν ἐξελάσας, τοῦτο ἔσφηλε Δαρεῖον τῆς γνώμης· καὶ αὐτός τε ὅ τιπερ ἥδιστον ἦν δοξασθέν, ἐς τοῦτο οὐκ ἀκουσίως ὑπήχθη, καὶ ὑπὸ τῶν καθ' ἡδονὴν ξυνόντων τε καὶ ξυνεσομένων ἐπὶ κακῷ τοῖς ἀεὶ βασιλεύουσιν ἐπαιρόμενος ἔγνω μηκέτι Ἀλέξανδρον ἐθέλειν προϊέναι τοῦ πρόσω· (5) ἀλλ' ὀκνεῖν γὰρ πυνθανόμενον ὅτι αὐτὸς προσάγοι· καταπατήσειν τε τῇ ἵππῳ τῶν Μακεδόνων τὴν στρατιὰν ἄλλος ἄλλοθεν αὐτῷ ἐπαίροντες ἐπέλεγον· καίτοι γε Ἀμύντας ἥξειν τε Ἀλέξανδρον ἰσχυρίζετο ὅπου ἂν πύθηται Δαρεῖον ὄντα, καὶ αὐτοῦ προσμένειν ἐκέλευεν. (6) Ἀλλὰ τὰ χείρω μᾶλλον, ὅτι καὶ ἐν τῷ παραυτίκα ἡδίω ἀκοῦσαι ἦν, ἔπειθε· καί τι καὶ δαιμόνιον τυχὸν ἦγεν αὐτὸν εἰς ἐκεῖνον τὸν χῶρον, οὗ μήτε ἐκ τῆς ἵππου πολλὴ ὠφέλεια αὐτῷ ἐγένετο, μήτε ἐκ τοῦ πλήθους αὐτοῦ τῶν τε ἀνθρώπων καὶ τῶν ἀκοντίων τε καὶ τοξευμάτων, μηδὲ τὴν λαμπρότητα αὐτὴν τῆς στρατιᾶς ἐπιδεῖξαι ἠδυνήθη, ἀλλὰ Ἀλεξάνδρῳ τε καὶ τοῖς ἀμφ' αὐτὸν εὐμαρῶς τὴν νίκην παρέδωκεν. (7) Ἐχρῆν γὰρ ἤδη καὶ Πέρσας πρὸς Μακεδόνων ἀφαιρεθῆναι τῆς Ἀσίας τὴν ἀρχήν, καθάπερ οὖν Μῆδοι μὲν πρὸς Περσῶν ἀνῃρέθησαν, πρὸς Μήδων δὲ ἔτι ἔμπροσθεν Ἀσσύριοι.

Malli Argivorum coloni essent, ipseque ab Heraclidis Argivis oriundum se perhiberet.

CAP. VI.

Quum adhuc apud Mallos esset Alexander, nuntii ad eum veniunt, Darium cum universo exercitu ad Sochos castra fixisse. Est is Assyriæ locus ab angustiis quæ Assyriam aperiunt bidui fere itinere dissitus. Convocatis itaque amicis, quæ sibi de Dario ejusque exercitu nuntiata erant exponit : qui quidem confestim in eos duci postulabant. (2) Alexander, collaudata eorum virtute, tum quidem concilium dimisit : postero vero die exercitum in Darium et Persas duxit : quumque secundis castris Pylarum angustias superasset, ad Myriandrum urbem castra posuit : eaque nocte ingens orta tempestas magnaque imbrium ac ventorum vis cælo effusa Alexandrum in castris continuit.

3. Darius interea cum exercitu morabatur et castris locum delegerat Assyriæ campum planum omnique ex parte apertum, qui et magnitudini exercitus maxime commodus esset, et ad ducendum equitatum peropportunus visus fuerat. A quo quidem loco ne recederet, Amyntas Antiochi filius, ab Alexandro transfuga, suaserat. Loci enim amplitudinem et multitudini Persarum et impedimentis percommodam esse. Et mansit quidem eo loci Darius. (4) Cæterum quum Alexander longiorem moram Tarsi ob ægritudinem faceret, neque minorem Solis, ubi et sacrificarat et pompam duxerat : multum etiam temporis in expeditione adversus Cilices montanos posuisset : Darium a sententia sua abduxit, neque invitus ad id quod jucundissimum erat credendum pertractus est. Siquidem ab iis qui ad voluptatem tantum loquentes aderant, semperque aderunt regibus eorum damno, impulsus, Alexandrum ulterius progredi nolle sibi persuaserat, nuntio sui adventus perculsum. (5) Hoc etiam modo ejus animum commoverant, quod Darii equitatum facile universas Macedonum copias proculcaturum dicebant : quantumvis Amyntas Alexandrum, ubicunque is Darium esse audiret, venturum affirmasset, ibique eum opperiri suasisset. (6) Cæterum deterior sententia, quum primo accessu gratior auribus accideret, vicit. Ac fortasse deus illum eo loci adduxit, ubi nec equitatus magno usui esse posset, ut nec infinita hominum pariter et jaculorum ac telorum multitudo, sed ne ipsam quidem exercitus magnificentiam ostendere poterat : Alexandro vero facilem omnino victoriam præbebat. (7) Oportebat enim Asiæ imperium Persis a Macedonibus adimi, quemadmodum Persæ Medis ac prius Medi Assyriis ademerant.

ΚΕΦ. Ζʹ.

Ὑπερβαλὼν δὴ τὸ ὄρος Δαρεῖος τὸ κατὰ τὰς πύλας τὰς Ἀμανικὰς καλουμένας ὡς ἐπὶ Ἰσσὸν προῆγε· καὶ ἐγένετο κατόπιν Ἀλεξάνδρου λαθών. Τὴν δὲ Ἰσσὸν κατασχών, ὅσους διὰ νόσον ὑπολελειμμένους αὐτοῦ τῶν Μακεδόνων κατέλαβε, τούτους χαλεπῶς αἰκισάμενος ἀπέκτεινεν· ἐς δὲ τὴν ὑστεραίαν προὐχώρει ἐπὶ τὸν ποταμὸν τὸν Πίναρον. (2) Καὶ Ἀλέξανδρος ὡς ἤκουσεν ἐν τῷ ὄπισθεν αὐτοῦ ὄντα [τὸν] Δαρεῖον, ἐπεὶ οὐ πιστὸς αὐτῷ ὁ λόγος ἐφαίνετο, ἀναβιβάσας ἐς τριακόντορον τῶν ἑταίρων τινὰς ἀποπέμπει ὀπίσω ἐπὶ Ἰσσόν, κατασκεψομένους εἰ τὰ ὄντα ἐξαγγέλλεται. Οἱ δέ, ἀναπλεύσαντες τῇ τριακοντόρῳ, ὅτι κολπώδης ἦν ἡ ταύτῃ θάλασσα, μᾶλλόν τι εὐπετῶς κατέμαθον αὐτοῦ στρατοπεδεύοντας τοὺς Πέρσας· καὶ ἀπαγγέλλουσιν Ἀλεξάνδρῳ ἐν χερσὶν εἶναι Δαρεῖον.

3. Ὁ δὲ συγκαλέσας στρατηγούς τε καὶ ἰλάρχας καὶ τῶν ξυμμάχων τοὺς ἡγεμόνας παρεκάλει θαῤῥεῖν μὲν ἐκ τῶν ἤδη σφίσι καλῶς κεκινδυνευμένων καὶ ὅτι πρὸς νενικημένους ὁ ἀγὼν νενικηκόσιν αὐτοῖς ἔσται καὶ ὅτι ὁ θεὸς ὑπὲρ σφῶν στρατηγεῖ ἄμεινον, ἐπὶ νοῦν Δαρείῳ ἀγαγὼν καθεῖρξαι τὴν δύναμιν ἐκ τῆς εὐρυχωρίας ἐς τὰ στενόπορα, ἵνα σφίσι μὲν ξύμμετρον τὸ χωρίον ἀναπτύξαι τὴν φάλαγγα, τοῖς δὲ ἀχρεῖον τὸ πλῆθος ὅτι ἔσται τῇ μάχῃ, οὔτε τὰ σώματα οὔτε τὰς γνώμας παραπλησίοις. (4) Μακεδόνας τε γὰρ Πέρσαις καὶ Μήδοις, ἐκ πάνυ πολλοῦ τρυφῶσιν, αὐτοὺς ἐν τοῖς πόνοις τοῖς πολεμικοῖς πάλαι ἤδη μετὰ κινδύνων ἀσκουμένους, ἄλλως τε καὶ δούλοις ἀνθρώποις ἐλευθέρους, ἐς χεῖρας ἥξειν· ὅσοι τε Ἕλληνες Ἕλλησιν, οὐχ ὑπὲρ τῶν αὐτῶν μαχεῖσθαι, ἀλλὰ τοὺς μὲν ξὺν Δαρείῳ ἐπὶ μισθῷ καὶ οὐδὲ τούτῳ πολλῷ κινδυνεύοντας, τοὺς δὲ ξὺν σφίσιν, ὑπὲρ τῆς Ἑλλάδος ἑκόντας ἀμυνομένους. (5) Βαρβάρων τε αὖ Θρᾷκας καὶ Παίονας καὶ Ἰλλυριοὺς καὶ Ἀγριᾶνας τοὺς εὐρωστοτάτους τε τῶν κατὰ τὴν Εὐρώπην καὶ μαχιμωτάτους πρὸς τὰ ἀπονώτατά τε καὶ μαλακώτατα τῆς Ἀσίας γένη ἀντιτάξασθαι· ἐπὶ δὲ Ἀλέξανδρον ἀντιστρατηγεῖν Δαρείῳ. (6) Ταῦτα μὲν οὖν ἐς πλεονεξίαν τοῦ ἀγῶνος ἐπεξῄει· τὰ δὲ ἆθλα ὅτι μεγάλα ἔσται σφίσι τοῦ κινδύνου ἐπεδείκνυεν. Οὐ γὰρ τοὺς σατράπας τοὺς Δαρείου ἐν τῷ τότε κρατήσειν, οὐδὲ τὴν ἵππον τὴν ἐπὶ Γρανικῷ ταχθεῖσαν, οὐδὲ τοὺς δισμυρίους ξένους τοὺς μισθοφόρους, ἀλλὰ Περσῶν τε ὅ τιπερ ὄφελος καὶ Μήδων καὶ ὅσα ἄλλα ἔθνη Πέρσαις καὶ Μήδοις ὑπήκοα ἐποικεῖ τὴν Ἀσίαν καὶ αὐτὸν μέγαν βασιλέα παρόντα, καὶ ὡς οὐδὲν ὑπολειφθήσεταί σφισιν ἐπὶ τῷδε τῷ ἀγῶνι ὅτι μὴ κρατεῖν τῆς Ἀσίας ξυμπάσης καὶ πέρας τοῖς πολλοῖς πόνοις ἐπιθεῖναι. (7) Ἐπὶ τούτοις δὲ τῶν τε ἐς τὸ κοινὸν ξὺν λαμπρότητι ἤδη πεπραγμένων ὑπεμίμνησκε καὶ εἰ δή τῳ ἰδίᾳ τι διαπρεπὲς ἐς κάλλος τετολμημένον, ὀνομαστὶ ἕκαστον ἐπὶ τῷ ἔργῳ ἀνακαλῶν. Καὶ τὸ αὐτοῦ οὐκ ἀκίνδυνον ἐν ταῖς μάχαις ὡς ἀνεπαχθέστατα

CAP. VII.

Darius, superato monte qui prope Portas Amanicas est, Issum versus movit, Alexandrum imprudens a tergo relinquens. Capta Isso, quotquot Macedones ibi propter invaletudinem relictos comprehendit, crudeliter excruciatos interficit. Postero die ad Pinarum amnem processit. (2) Alexander, simulac audivit Darium a tergo relictum, quoniam illi parum certum hoc nuntium videbatur, quosdam ex amicis navi quæ XXX remis agitur impositos, Issum remittit, exploraturos an quæ nuntiabantur vera essent. Qui triacontoro conscensa, quum mare illud sinuosum sit, facile cognoverunt Persas ibi castra posuisse : atque Alexandro renuntiant, Darium in manibus esse.

3. Ipse, convocatis cohortium turmarumque ductoribus et auxiliariorum præfectis, hortatur bono ut animo sint ob ea quæ præclare antea fortiterque gessissent, et quod victoribus ipsis contra victos pugna immineret. Deum pro ipsis potius pugnare, qui Darium impulerit ut exercitum ex spatiosissimo campo in illas angustias adduceret, ut Macedonibus commodus ad explicandam phalangem locus esset : hostibus vero tanta multitudo ad pugnandum inutilis. Adhæc neque corporum neque animorum viribus pares esse. (4) Macedones enim cum Persis et Medis, qui multo jam tempore otio ac deliciis enervati essent, congressuros : ipsos bellicis laboribus jamdudum ad pericula subeunda exercitatos : præterea liberos homines cum servis conflicturos. Græcos qui in utraque acie essent, non iisdem conditionibus pugnaturos. Qui enim a Darii partibus essent, mercede eaque exigua conductos pugnare : eos qui a Macedonibus essent, pro Græcia sponte sua adductos dimicare. (5) Ex barbaris autem Thraces, Pæones, Illyrios et Agrianos, fortissimos totius Europæ et bellicosissimos, adversus molles effœminatasque Asiæ gentes in aciem ire. Denique Alexandrum adversus Darium exercitum ducere. (6) Atque hæc quidem ad prælii prærogativam significandam commemoravit. Adhæc præmiorum quæ huic prælio proposita essent magnitudinem exponit. Neque enim eos satrapas Darii illo prælio victuros, neque equitatum qualis ad Granicum amnem constiterat, neque viginti millia exterorum mercenariorum, sed summam imperii Persici ac Medici, et quotquot usquam nationes Persis ac Medis parentes Asiam inhabitant, ipsumque adeo magnum regem debellaturos, nihilque ex eo prælio reliquum futurum, quam ut universæ Asiæ imperent, ut optatum laboribus suis finem imponant. (7) Adhæc quæ splendide ab iis collatis viribus gesta essent recensebat. Si quis vero audax aliquod et laudabile facinus privatim edidisset, nominatim singulos evocabat. Suum quoque periculorum in prœliis contentum, quamminima poterat cum invidia

ἐπεξῄει. (8) Λέγεται δὲ καὶ Ξενοφῶντος καὶ τῶν ἅμα Ξενοφῶντι μυρίων ἐς μνήμην ἐλθεῖν, ὡς οὐδέν τι οὔτε κατὰ τὸ πλῆθος οὔτε κατὰ τὴν ἄλλην ἀξίωσιν σφίσιν ἐπεοικότες, οὐδὲ ἱππέων αὐτοῖς παρόντων Θεσσαλῶν, οὐδὲ Βοιωτῶν ἢ Πελοποννησίων, οὐδὲ Μακεδόνων ἢ Θρακῶν, οὐδ' ὅση ἄλλη σφίσιν ἵππος ξυντέτακται, οὐδὲ τοξοτῶν ἢ σφενδονητῶν, ὅτι μὴ Κρητῶν ἢ Ῥοδίων ὀλίγων, καὶ τούτων ἐν τῷ κινδύνῳ ὑπὸ Ξενοφῶντος αὐτοσχεδιασθέντων, (9) οἱ δὲ βασιλέα τε ξὺν πάσῃ τῇ δυνάμει πρὸς Βαβυλῶνι αὐτῇ ἐτρέψαντο καὶ ἔθνη ὅσα ἄλλα κατιόντων εἰς τὸν Εὔξεινον πόντον καθ' ὁδόν σφισιν ἐπεγένετο νικῶντες ἐπῆλθον· ὅσα τε ἄλλα ἐν τῷ τοιῷδε πρὸ τῶν κινδύνων ἐς παράκλησιν ἀνδράσιν ἀγαθοῖς ἐξ ἀγαθοῦ ἡγεμόνος παραινεῖσθαι εἰκός. Οἱ δὲ ἄλλος ἄλλοθεν δεξιούμενοί τε τὸν βασιλέα καὶ τῷ λόγῳ ἐπαίροντες ἄγειν ἤδη ἐκέλευον.

ΚΕΦ. Η'.

Ὁ δὲ τότε μὲν δειπνοποιεῖσθαι παραγγέλλει· προπέμπει δὲ ὡς ἐπὶ τὰς πύλας τῶν τε ἱππέων ὀλίγους καὶ τῶν τοξοτῶν προκατασκεψομένους τὴν ὁδὸν τὴν ὀπίσω· καὶ αὐτὸς τῆς νυκτὸς ἀναλαβὼν τὴν στρατιὰν πᾶσαν ᾔει, ὡς κατασχεῖν αὖθις τὰς πύλας. (2) Ὡς δὲ ἀμφὶ μέσας νύκτας ἐκράτησεν αὖθις τῶν παρόδων, ἀνέπαυε τὴν στρατιὰν τὸ λοιπὸν τῆς νυκτὸς αὐτοῦ ἐπὶ τῶν πετρῶν, προφυλακὰς ἀκριβεῖς καταστησάμενος. Ὑπὸ δὲ τὴν ἕω κατῄει ἀπὸ τῶν πυλῶν κατὰ τὴν ὁδόν· καὶ ἕως μὲν πάντῃ στενόπορα ἦν τὰ χωρία, ἐπὶ κέρως ἦγεν· ὡς δὲ διεχώρει ἐς πλάτος, ἀνέπτυσσεν ἀεὶ τὸ κέρας ἐς φάλαγγα, ἄλλην καὶ ἄλλην τῶν ὁπλιτῶν τάξιν παράγων, τῇ μὲν ὡς ἐπὶ τὸ ὄρος, ἐν ἀριστερᾷ δὲ ὡς ἐπὶ τὴν θάλασσαν. (3) Οἱ δὲ ἱππεῖς αὐτῷ τέως μὲν κατόπιν τῶν πεζῶν τεταγμένοι ἦσαν. Ὡς δὲ ἐς τὴν εὐρυχωρίαν προῄεσαν, συνέτασσεν ἤδη τὴν στρατιὰν ὡς ἐς μάχην, πρώτους μὲν ἐπὶ τοῦ δεξιοῦ κέρως πρὸς τῷ ὄρει τῶν πεζῶν τό τε ἄγημα καὶ τοὺς ὑπασπιστάς, ὧν ἡγεῖτο Νικάνωρ ὁ Παρμενίωνος, ἐχομένην δὲ τούτων τὴν Κοίνου τάξιν, ἐπὶ δὲ τούτοις τὴν Περδίκκου. Οὗτοι μὲν ἔστε ἐπὶ τὸ μέσον τῶν ὁπλιτῶν ἀπὸ τοῦ δεξιοῦ ἀρξαμένῳ τεταγμένοι ἦσαν. (4) Ἐπὶ δὲ τοῦ εὐωνύμου πρώτη μὲν ἡ Ἀμύντου τάξις ἦν, ἐπὶ δὲ ἡ Πτολεμαίου, ἐχομένη δὲ ταύτης ἡ Μελεάγρου. Τοῦ δὲ εὐωνύμου τοῖς πεζοῖς μὲν Κράτερος ἐπετέτακτο ἄρχειν, τοῦ δὲ ξύμπαντος εὐωνύμου Παρμενίων ἡγεῖτο· καὶ παρήγγελτο αὐτῷ μὴ ἀπολείπειν τὴν θάλασσαν, ὡς μὴ κυκλωθεῖεν ἐκ τῶν βαρβάρων, ὅτι πάντῃ ὑπερφαλαγγήσειν αὐτῶν διὰ πλῆθος ἤμελλον.

5. Δαρεῖος δέ, ἐπειδὴ ἐξηγγέλθη αὐτῷ προσάγων ἤδη Ἀλέξανδρος ὡς ἐς μάχην, τῶν μὲν ἱππέων διαβιβάζει πέραν τοῦ ποταμοῦ τοῦ Πινάρου ἐς τρισμυρίους μάλιστα τὸν ἀριθμόν, καὶ μετὰ τούτων τῶν ψιλῶν ἐς δισμυρίους, ὅπως τὴν λοιπὴν δύναμιν καθ' ἡσυχίαν

memorabat. (8) Fertur autem etiam Xenophontis et decem millium qui cum eo fuerant meminisse, quippe quod ipsis neque numero, neque ulla alia æstimatione comparandi fuerint: quod neque Thessalos equites, neque Bœotios aut Peloponnesios, neque Macedones aut Thraces, neque alium ullum equitatum qui ipsis accensus erat, habuissent, neque sagittarios aut funditores, præter Cretenses et Rhodios nonnullos, quos Xenophon in ipso discrimine festinanter conscripserat: (9) hos tamen regem cum universo exercitu ante Babylonem in fugam vertisse, gentesque omnes, quotquot iis Euxinum pontum petentibus in itinere restiterunt, domuisse. Alia præterea adjecit, quibus bonos imperatores ante prœlia ad bonos ac strenuos milites exhortandos uti par est. Illi certatim regem complexi et verbis efferentes e vestigio in aciem duci postulant.

CAP. VIII.

Tum Alexander corpora curare jubet, equitesque nonnullos et sagittarios ad Portas præmittit, qui viam, quam jam transierat, explorent. Ipseque noctu cum universo exercitu movit, ut angustias illas denuo occupare posset. (2) Ut vero sub medium noctis rursus Portas insedit, reliquum noctis exercitui ad quietem ibi in rupibus dedit, excubiis summa diligentia dispositis, sub auroram ex Portis in viam descendit. Et quamdiu magna erat viarum angustia, angustam etiam aciem ducebat: ubi vero laxare se sinus montium cœperunt, explicuit subinde cornu, alium atque alium ordinem armatorum in phalangem adducens, dextra quidem montem versus, læva autem ad mare. (3) Equites porro interea peditibus a tergo constituti erant. At postquam in aperta loca ventum est, exercitum statim ad prœlium committendum instruit. In dextro cornu montem versus peditum agema locat et scutatos, quibus præerat Nicanor Parmenionis filius; proximum his, Cœni; mox Perdiccæ agmen. Hi quidem usque ad medios gravis armaturæ ordines, si quis a dextro aciei latere numerare incipiat, constituti erant. (4) A sinistro vero primæ erant Amyntæ copiæ, inde Ptolemæi: proximæ huic Meleagri. Et quidem ad lævam Craterus peditibus præfectus erat: totum autem sinistrum cornu Parmenio ducebat. Huic imperatum erat ne a mari recederet, ne videlicet a barbaris circum veniretur. Nam alioqui Persæ facile multitudine copiarum phalangem Macedonum omni ex parte cinxissent.

5. Darius, postquam ei nuntiatum est Alexandrum instructa acie adventare, triginta millia equitum, expeditorum viginti millia Pinarum flumen transire jubet, ut reliquum exercitum securius instruat. (6) Ac primos quidem ex ar-

συντάξειε. (6) Καὶ πρώτους μὲν τοῦ ὁπλιτικοῦ τοὺς Ἕλληνας τοὺς μισθοφόρους ἔταξεν ἐς τρισμυρίους κατὰ τὴν φάλαγγα τῶν Μακεδόνων· ἐπὶ δὲ τούτοις τῶν Καρδάκων καλουμένων ἔνθεν καὶ ἔνθεν ἐς ἑξακισμυρίους· ὁπλῖται δὲ ἦσαν καὶ οὗτοι. Τοσούτους γὰρ ἐπὶ φάλαγγος ἁπλῆς ἐδέχετο τὸ χωρίον ἵνα ἐτάσσοντο. (7) Ἐπέταξε δὲ καὶ τῷ ὄρει τῷ ἐν ἀριστερᾷ σφῶν κατὰ τὸ Ἀλεξάνδρου δεξιὸν ἐς δισμυρίους· καὶ τούτων ἔστιν οἳ κατὰ νώτου ἐγένοντο τῆς Ἀλεξάνδρου στρατιᾶς. Τὸ γὰρ ὄρος ἵνα ἐπετάχθησαν πῇ μὲν διεχώρει ἐς βάθος καὶ κολπῶδές τι αὐτοῦ ὥσπερ ἐν θαλάσσῃ ἐγίγνετο· ἔπειτα ἐς ἐπικαμπὴν προϊὸν τοὺς ἐπὶ ταῖς ὑπωρείαις τεταγμένους κατόπιν τοῦ δεξιοῦ κέρως τοῦ Ἀλεξάνδρου ἐποίει. (8) Τὸ δὲ ἄλλο πλῆθος αὐτοῦ ψιλῶν τε καὶ ὁπλιτῶν, κατὰ ἔθνη συντεταγμένον ἐς βάθος οὐκ ὠφέλιμον, ὄπισθεν ἦν τῶν Ἑλλήνων τῶν μισθοφόρων καὶ τοῦ ἐπὶ φάλαγγος τεταγμένου βαρβαρικοῦ. Ἐλέγετο γὰρ ἡ πᾶσα ἡ ξὺν Δαρείῳ στρατιὰ μάλιστα ἐς ἑξήκοντα μυριάδας μαχίμους εἶναι.

9. Ἀλέξανδρος δέ, ὡς αὐτῷ πρόσω ἰόντι τὸ χωρίον διέσχεν ὀλίγον ἐς πλάτος, παρήγαγε τοὺς ἱππέας, τούς τε ἑταίρους καλουμένους καὶ τοὺς Θεσσαλοὺς καὶ τοὺς Μακεδόνας. Καὶ τούτους μὲν ἐπὶ τῷ δεξιῷ κέρᾳ ἅμα οἷ ἔταξε· τοὺς δὲ ἐκ Πελοποννήσου καὶ τὸ ἄλλο τὸ συμμαχικὸν ἐπὶ τὸ εὐώνυμον πέμπει ὡς Παρμενίωνα.

10. Δαρεῖος δέ, ὡς συντεταγμένη ἤδη ἦν αὐτῷ ἡ φάλαγξ, τοὺς ἱππέας οὕστινας πρὸ τοῦ ποταμοῦ ἐπὶ τῷδε προτετάχει ὅπως ἀσφαλῶς αὐτῷ ἡ ἔκταξις τῆς στρατιᾶς γένοιτο, ἀνεκάλεσεν ἀπὸ ξυνθήματος. Καὶ τούτων τοὺς μὲν πολλοὺς ἐπὶ τῷ δεξιῷ κέρατι πρὸς τῇ θαλάσσῃ κατὰ Παρμενίωνα ἔταξεν, ὅτι ταύτῃ μᾶλλόν τι ἱππάσιμα ἦν· μέρος δέ τι αὐτῶν καὶ ἐπὶ τὸ εὐώνυμον πρὸς τὰ ὄρη παρήγαγεν. (11) Ὡς δὲ ἀχρεῖοι ἐνταῦθα διὰ στενότητα τῶν χωρίων ἐφαίνοντο, καὶ τούτων τοὺς πολλοὺς παριππεῦσαι ἐπὶ τὸ δεξιὸν κέρας σφῶν ἐκέλευσεν. Αὐτὸς δὲ Δαρεῖος τὸ μέσον τῆς πάσης τάξεως ἐπεῖχε, καθάπερ νόμος τοῖς Περσῶν βασιλεῦσι τετάχθαι· καὶ τὸν νοῦν τῆς τάξεως ταύτης Ξενοφῶν ὁ τοῦ Γρύλλου ἀναγέγραφεν.

migeris Græcos mercede conductos numero triginta millium adversus Macedonum phalangem constituit. Ab utroque horum latere Cardacas, qui et ipsi armigeri erant, ad sexaginta millia collocat. Neque enim plures in simplici phalange constitui, locus in quo exercitus instruebatur, patiebatur. (7) Porro ad montem, qui ipsis ad sinistram erat, adversus Alexandri dextrum cornu viginti millia statuit. Atque horum quidem nonnulli a tergo Alexandri exercitus oppositi erant. Mons enim, in quo acies instructa erat, aliqua ex parte introrsum recedens, sinum quemdam veluti in mari faciebat : deinde in anfractum porrectus efficiebat ut qui ad radicem montis constituti erant, dextrum Alexandri cornu aversum cernerent. (8) Reliqua vero expeditorum atque armigerorum multitudo pro gentium varietate in confertos inutilesque ordines redacta post Græcos mercenarios et barbaros in phalangem compositos stabat. Sexcenta enim bellatorum millia in Darii exercitu esse ferebantur.

9. Alexander vero, postquam progredienti sibi majus spatium aperiri cœperat, equitatum amicorum Thessalosque et Macedonas adducit. Atque hos quidem in dextro cornu juxta se locat. Peloponnesios reliquosque socios ad lævum cornu Parmenioni mittit.

10. Darius postquam aciem instruxit, equites quos ad flumen eam ob causam locarat ut tuto exercitum ordinare posset, dato signo revocat. Horum plerosque ad dextrum cornu mare versus adversus Parmenionem statuit, quod ab ea parte major equorum esset usus : reliquam partem in sinistrum cornu ad montem traducit. (11) Quum vero propter angustiam locorum inutiles eo in loco sibi viderentur, plerosque ut in dextrum ipsorum cornu sese recipiant jubet. Ipse Darius medium aciei tenebat, Persarum regum in exercitus ordinatione veteri more observato; cujus quidem rei rationem Xenophon Grylli filius conscripsit.

ΚΕΦ. Θ΄.

Ἐν τούτῳ δὲ Ἀλέξανδρος κατιδὼν ὀλίγου πᾶσαν τὴν τῶν Περσῶν ἵππον μετακεχωρηκυῖαν ἐπὶ τὸ εὐώνυμον τὸ ἑαυτοῦ ὡς πρὸς τὴν θάλασσαν, αὐτῷ δὲ τοὺς Πελοποννησίους μόνους καὶ τοὺς ἄλλους τῶν ξυμμάχων ἱππέας ταύτῃ τεταγμένους, πέμπει κατὰ τάχος τοὺς Θεσσαλοὺς ἱππέας ἐπὶ τὸ εὐώνυμον, κελεύσας μὴ πρὸ τοῦ μετώπου τῆς πάσης τάξεως παριππεῦσαι, τοῦ μὴ καταφανεῖς τοῖς πολεμίοις γενέσθαι μεταχωροῦντας, ἀλλὰ κατόπιν τῆς φάλαγγος ἀφανῶς διελθεῖν. (2) Προέταξε δὲ τῶν μὲν ἱππέων κατὰ τὸ δεξιὸν τοὺς προδρόμους, ὧν ἡγεῖτο Πρωτόμαχος, καὶ τοὺς Παίονας, ὧν

CAP. IX.

Inter hæc Alexander animadvertens universum ferme Persarum equitatum contra lævum suum cornu mare versus traductum, solosque Peloponnesios cum reliquo sociorum equitatu eam ad partem collocatos esse, Thessalos etiam equites confestim eo mittit ; imperans ne ex adverso totius aciei equitent, ne ab hostibus eo se transferentes cernantur, sed a tergo phalangis non conspecti ab hoste transeant. (2) Præstituit autem equitibus ad dextrum cornu antecursores, quibus præfectus erat Protomachus, et Pæo-

ἡγεῖτο Ἀρίστων· τῶν δὲ πεζῶν τοὺς τοξότας, ὧν ἦρχεν Ἀντίοχος· τοὺς δὲ Ἀγριᾶνας, ὧν ἦρχεν Ἄτταλος, καὶ τῶν ἱππέων τινὰς καὶ τῶν τοξοτῶν ἐς ἐπικαμπὴν πρὸς τὸ ὄρος τὸ κατὰ νώτου ἔταξεν, ὥστε κατὰ τὸ δεξιὸν αὐτῷ τὴν φάλαγγα ἐς δύο κέρατα διέχουσαν τετάχθαι, τὸ μὲν ὡς πρὸς Δαρεῖόν τε καὶ τοὺς πέραν τοῦ ποταμοῦ τοὺς πάντας Πέρσας, τὸ δὲ ὡς πρὸς τοὺς ἐπὶ τῷ ὄρει κατὰ νώτου σφῶν τεταγμένους. (3) Τοῦ δὲ εὐωνύμου προετάχθησαν τῶν μὲν πεζῶν οἵ τε Κρῆτες τοξόται καὶ οἱ Θρᾷκες, ὧν ἡγεῖτο Σιτάλκης· πρὸ τούτων δὲ ἡ ἵππος ἡ κατὰ τὸ εὐώνυμον. Οἱ δὲ μισθοφόροι ξένοι πᾶσιν ἐπετάχθησαν. Ἐπεὶ δὲ οὔτε πυκνὴ αὐτῷ ἡ φάλαγξ κατὰ τὸ δεξιὸν τὸ ἑαυτοῦ ἐφαίνετο, πολύ τε ταύτῃ ὑπερφαλαγγήσειν οἱ Πέρσαι ἐδόκουν, ἐκ τοῦ μέσου ἐκέλευσε δύο ἴλας τῶν ἑταίρων, τήν τε Ἀνθεμουσίαν, ἧς ἰλάρχης ἦν Περοίδας ὁ Μενεσθέως, καὶ τὴν Λευγαίαν καλουμένην, ἧς ἡγεῖτο Παντόρδανος ὁ Κλεάνδρου, ἐπὶ τὸ δεξιὸν ἀφανῶς παρελθεῖν. (4) Καὶ τοὺς τοξότας δὲ καὶ μέρος τῶν Ἀγριάνων καὶ τῶν Ἑλλήνων μισθοφόρων ἔστιν οὓς κατὰ τὸ δεξιὸν τὸ αὑτοῦ ἐπὶ μετώπου παραγαγὼν ἐξέτεινεν ὑπὲρ τὸ τῶν Περσῶν κέρας τὴν φάλαγγα. Ἐπεὶ γὰρ οἱ ὑπὲρ τοῦ ὄρους τεταγμένοι οὔτε κατῄεσαν, ἐκδρομῆς τε ἐπ' αὐτοὺς τῶν Ἀγριάνων καὶ τῶν τοξοτῶν ὀλίγων κατὰ πρόσταξιν Ἀλεξάνδρου γενομένης ῥᾳδίως ἀπὸ τῆς ὑπωρείας ἀνασταλέντες ἐς τὸ ἄκρον ἀνέφυγον, ἔγνω καὶ τοῖς κατ' αὐτοὺς τεταγμένοις δυνατὸς ὢν χρήσασθαι ἐς ἀναπλήρωσιν τῆς φάλαγγος, ἐκείνοις δὲ ἱππέας τριακοσίους ἐπιτάξαι ἐξήρκεσεν.

nes, quibus præerat Ariston; peditibus vero sagittarios, quos Antiochus ducebat. Agrianos autem, quorum dux erat Attalus, et nonnullos equitum ac sagittariorum in obliquum ad montem a tergo locat: ita ut ad eam partem quæ ipsi dextra erat, phalanx in duo cornua divisa cerneretur, alterum quidem adversus Darium, eosque qui trans flumen stabant, Persas omnes: alterum adversus eos qui ad montem a tergo imminebant. (3) Ante sinistrum latus ex peditibus Cretenses sagittarios et Thraces, quos ducebat Sitalces, ponit: ante hos equitatum, qui ad sinistrum cornu pertinebat. Exteri vero mercenarii omnibus præstituti erant. Ceterum quum eorum phalanx in dextro cornu non satis conferta videretur, atque ex ea parte potissimum Persas phalangem circumvenire posse judicaret, ex medio agmine duas amicorum turmas, Anthemusiam, cui Perœdas Menesthei filius, et Leugæam, cui Pantordanus Cleandri filius præerant, ut ad dextrum latus clam hostibus se recipiant jubet. (4) Sagittariis etiam ac parte Agrianorum et Græcorum mercede conductorum nonnullis ad dextrum suum cornu ad frontem traductis, phalangem ultra Persarum cornu extendit. Quum enim ii qui in monte dispositi erant non descenderent, excursione Agrianorum ac nonnullorum sagittariorum Alexandri jussu in ipsos facta, facile a radice montis propulsi ad cacumen confugerunt. Visum etiam ipsi est, eos quos illis ea ex parte opposuerat, ad corroborandam phalangem usui esse posse, satisque esse si trecenti equites illis opponerentur.

ΚΕΦ. Ι'.

Οὕτω δὴ τεταγμένους χρόνον μέν τινα προῆγεν ἀναπαύων, ὥστε καὶ πάνυ ἔδοξε σχολαία γενέσθαι αὐτῷ ἡ πρόσοδος. Τοὺς γὰρ βαρβάρους, ὅπως τὰ πρῶτα ἐτάχθησαν, οὐκέτι ἀντεπῆγε Δαρεῖος, ἀλλ' ἐπὶ τοῦ ποταμοῦ ταῖς ὄχθαις, πολλαχῇ μὲν ἀποκρήμνοις οὔσαις, ἔστι δὲ ὅπου καὶ χάρακα παρατείνας αὐταῖς, ἵνα εὐεφοδώτερα ἐφαίνετο, οὕτως ἔμενεν. Καὶ ταύτῃ εὐθὺς δῆλος ἐγένετο τοῖς ἀμφ' Ἀλέξανδρον τῇ γνώμῃ δεδουλωμένος. (2) Ὡς δὲ ὁμοῦ ἤδη ἦν τὰ στρατόπεδα, ἐνταῦθα παριππεύων πάντῃ Ἀλέξανδρος παρεκάλει ἄνδρας ἀγαθοὺς γίγνεσθαι, οὐ τῶν ἡγεμόνων μόνον τὰ ὀνόματα ξὺν τῷ πρέποντι κόσμῳ ἀνακαλῶν, ἀλλὰ καὶ ἰλάρχας καὶ λοχαγοὺς ὀνομαστὶ καὶ τῶν ξένων τῶν μισθοφόρων ὅσοι κατ' ἀξίωσιν ἤ τινα ἀρετὴν γνωριμώτεροι ἦσαν· καὶ αὐτῷ πανταχόθεν βοὴ ἐγίνετο μὴ διατρίβειν, ἀλλὰ ἐσβάλλειν ἐς τοὺς πολεμίους. (3) Ὁ δὲ ἦγεν ἐν τάξει ἔτι, τὰ μὲν πρῶτα, καίπερ ἐν ἀπόπτῳ ἤδη ἔχων τὴν Δαρείου δύναμιν, βάδην, τοῦ μὴ διασπασθῆναί τι ἐν τῇ ξυντονωτέρᾳ πορείᾳ κυμῆναν τῆς φάλαγγος· ὡς δὲ ἐντὸς βέλους ἐγίγνοντο, πρῶτοι δὴ οἱ κατ' Ἀλέξανδρον καὶ αὐτὸς Ἀλέξανδρος ἐπὶ τοῦ δεξιοῦ τεταγμένος δρόμῳ ἐς τὸν ποταμὸν ἐνέβαλον, ὡς

CAP. X.

Hoc modo dispositis militibus, Alexander aliquamdiu tarde aciem promovebat, ut omnino tardus eorum congressus fore videretur. Neque enim Darius barbaros ut primum eos constituerat jam in adversum ducebat, sed in ripis fluminis, quæ magna ex parte præruptæ erant, et qua facilior in illas conscensus visus fuerat, vallo ducto munitæ, sese continebat. Quod quidem statim Macedonibus argumento fuit, Darium jam servitutem animo concepisse. (2) Postquam vero acies conjunctæ sunt, Alexander in omnem exercitus partem obequitans, ut strenuos fortesque viros sese præbeant, hortatur, neque præcipuos solum copiarum duces suis nominibus, addita ut par erat laude, verum etiam tribunos et manipulares nominatim compellabat, et ex mercenariis qui aut titulo aut rerum gestarum gloria illustriores essent. Hic clamor undique sublatus est, abrumpendam moram, in hostes ruendum. (3) Alexander tametsi jam Darii exercitum in conspectu haberet, sensim tamen initio acies suas duxit, ne nimia contentione festinationeque incessus fluctuans phalanx dissiparetur. Posteaquam vero intra teli jactum ventum est, primi qui circa Alexandrum erant, ipseque Alexander in dextro cornu subsistens, cursu in flumen feruntur: ut et ipsa im-

τῇ τε ὀξύτητι τῆς ἐφόδου ἐκπλῆξαι τοὺς Πέρσας καὶ τοῦ θᾶσσον ἐς χεῖρας ἐλθόντας ὀλίγα πρὸς τῶν τοξοτῶν βλάπτεσθαι. (4) Καὶ ξυνέβη ὅπως εἴκασεν Ἀλέξανδρος· εὐθὺς γὰρ ὡς ἐν χερσὶν ἡ μάχη ἐγένετο, τρέπονται τοῦ Περσικοῦ στρατεύματος οἱ τῷ ἀριστερῷ κέρᾳ ἐπιτεταγμένοι· καὶ ταύτῃ μὲν λαμπρῶς ἐνίκα Ἀλέξανδρός τε καὶ οἱ ἀμφ' αὐτόν· οἱ δὲ Ἕλληνες οἱ μισθοφόροι οἱ ξὺν Δαρείῳ, ᾗ διέσχε τῶν Μακεδόνων ἡ φάλαγξ ὡς ἐπὶ τὸ δεξιὸν κέρας παραῤῥαγεῖσα, (5) ὅτι Ἀλέξανδρος μὲν σπουδῇ ἐς τὸν ποταμὸν ἐμβαλὼν καὶ ἐν χερσὶ τὴν μάχην ποιήσας ἐξώθει ἤδη τοὺς ταύτῃ τεταγμένους τῶν Περσῶν, οἱ δὲ κατὰ μέσον τῶν Μακεδόνων οὔτε τῇ ἴσῃ σπουδῇ ἥψαντο τοῦ ἔργου καὶ πολλαχῇ κρημνώδεσι ταῖς ὄχθαις ἐντυγχάνοντες τὸ μέτωπον τῆς φάλαγγος οὐ δυνατοὶ ἐγένοντο ἐν τῇ αὐτῇ τάξει διασώσασθαι, ταύτῃ ἐμβάλλουσιν οἱ Ἕλληνες τοῖς Μακεδόσιν ᾗ μάλιστα διεσπασμένην αὐτοῖς τὴν φάλαγγα κατεῖδον. (6) Καὶ τὸ ἔργον ἐνταῦθα καρτερὸν ἦν, τῶν μὲν ἐς τὸν ποταμὸν ἀπώσασθαι τοὺς Μακεδόνας καὶ τὴν νίκην τοῖς ἤδη φεύγουσι σφῶν ἀνασώσασθαι· τῶν Μακεδόνων δὲ τῆς τε Ἀλεξάνδρου ἤδη φαινομένης εὐπραγίας μὴ λειφθῆναι καὶ τὴν δόξαν τῆς φάλαγγος, ὡς ἀμάχου δὴ ἐς τὸ τότε διαβεβοημένης, μὴ ἀφανίσαι. (7) Καί τι καὶ τοῖς γένεσι τῷ τε Ἑλληνικῷ καὶ τῷ Μακεδονικῷ φιλοτιμίας ἐνέπεσεν ἐς ἀλλήλους. Καὶ ἐνταῦθα πίπτει Πτολεμαῖός τε ὁ Σελεύκου, ἀνὴρ ἀγαθὸς γενόμενος, καὶ ἄλλοι ἐς εἴκοσι μάλιστα καὶ ἑκατὸν τῶν οὐκ ἠμελημένων Μακεδόνων.

ΚΕΦ. ΙΑ'.

Ἐν τούτῳ δὲ αἱ ἀπὸ τοῦ δεξιοῦ κέρως τάξεις, τετραμμένους ἤδη τοὺς κατὰ σφᾶς τῶν Περσῶν ὁρῶντες, ἐπὶ τοὺς ξένους τε τοὺς μισθοφόρους τοὺς Δαρείου καὶ τὸ πονούμενον σφῶν ἐπικάμψαντες, ἀπό τε τοῦ ποταμοῦ ἀπώσαντο αὐτούς, καὶ κατὰ τὸ παρεῤῥωγὸς τοῦ Περσικοῦ στρατεύματος ὑπερφαλαγγήσαντες ἐς τὰ πλάγια ἐμβεβληκότες ἤδη ἔκοπτον τοὺς ξένους· (2) καὶ οἱ ἱππεῖς δὲ οἱ τῶν Περσῶν κατὰ τοὺς Θεσσαλοὺς τεταγμένοι οὐκ ἔμειναν ἐντὸς τοῦ ποταμοῦ ἐν αὐτῷ τῷ ἔργῳ, ἀλλ' ἐπιδιαβάντες εὐρώστως ἐνέβαλλον εἰς τὰς ἴλας τῶν Θεσσαλῶν· καὶ ταύτῃ ξυνέστη ἱππομαχία καρτερά· οὐδὲ πρόσθεν ἐνέκλιναν οἱ Πέρσαι, πρὶν Δαρεῖόν τε πεφευγότα ᾔσθοντο καὶ πρὶν ἀποῤῥαγῆναι σφῶν τοὺς μισθοφόρους συγκοπέντας ὑπὸ τῆς φάλαγγος. (3) Τότε δὲ ἤδη λαμπρά τε καὶ ἐκ πάντων ἡ φυγὴ ἐγίγνετο· καὶ οἵ τε τῶν Περσῶν ἵπποι ἐν τῇ ἀναχωρήσει ἐκακοπάθουν, βαρέως ὡπλισμένους τοὺς ἀμβάτας σφῶν φέροντες, καὶ αὐτοὶ οἱ ἱππεῖς, κατὰ στενὰς ὁδοὺς πλήθει τε πολλοὶ καὶ πεφοβημένως σὺν ἀταξίᾳ ἀποχωροῦντες, οὐ μεῖον ἀπ' ἀλλήλων καταπατούμενοι ἢ πρὸς τῆς διώξεως τῶν πολεμίων ἐβλάπτοντο. Καὶ οἱ Θεσσαλοὶ εὐρώστως αὐτοῖς ἐπέκειντο, ὥστε οὐ μεῖον ἢ ὡς πεζῶν φόνος ἐν τῇ φυγῇ τῶν ἱππέων ἐγίγνετο.

petus celeritate Persas percellerent, et celerius ad manus venientes minus damni a sagittariis acciperent. (4) Quod quidem ita ut Alexander cogitarat evenit. Statim enim atque ad manus ventum est, Persæ qui ad sinistrum cornu collocati erant, terga vertunt. In eo conflictu Alexander cum suo comitatu illustrem minimeque dubiam victoriam est consecutus. Græci vero mercenarii, qui a Darii partibus erant, qua Macedonum phalanx divisa erat, utpote in dextrum cornu flexa (5) (Alexander enim celeriter amnem ingressus et cominus cum hoste congressus facile Persas ex ea parte positos propulsarat; Macedones vero in medio positi non pari diligentia erant usi, sed editis ac præruptis passim ripis impediti, aciei frontem eodem ordine servare non potuerant), ea parte qua maxime convulsam phalangem sunt conspicati, impetum in Macedones faciunt. (6) Acris ibi pugna miscetur, illis quidem Macedones in flumen repellere et victoriam fugientibus jam suis recuperare nitentibus: Macedonibus contra, ne manifestæ Alexandri victoriæ deessent, aut phalangis gloriam, quæ ut invicta tum temporis omnium ore celebrabatur, imminuerent. (7) Adhæc æmulatio quædam contentioque de honore Græcanicæ nationi cum Macedonibus intercedebat. In eo conflictu Ptolemæus Seleuci filius re fortiter gesta, aliique non obscuri nominis Macedones centum fere et viginti numero ceciderunt.

CAP. XI.

Dum hæc geruntur, cohortes, quæ ad dextrum cornu erant, quum jam Persas sibi oppositos in fugam versos viderent, in exteros Darii mercede conductos et invalidos maleque affectos conversi, eos a flumine propellunt. Atque eam Persici exercitus partem quæ divulsa erat phalange circumvenientes, e transverso in eos feruntur stragemque exterorum edunt. (2) Porro equites Persæ qui Thessalis oppositi erant, nequaquam se in hoc conflictu citra flumen continebant, sed eo fortiter transmisso, in Thessalicas turmas invehuntur. Atrox ibi equestre prælium commissum est. Neque prius Persæ terga verterunt, quam Darium fugisse cognoscerent, aut antequam mercenarios suos a phalange dissipatos cæsosque esse intelligerent. (3) Tum vero manifesta, et quidem totius exercitus fuga fit. Persarum equi, quum sessores graviter armatos ferrent, in receptu multum incommodi acceperunt: ipsique equites, quum per angusta viarum confertim, metu exagitati, nullo ordine ruerent, non minore damno protriti a suis quam ab hostibus insequentibus sunt affecti. Thessali enim acriter a tergo premebant, adeo ut haud minor equitum quam peditum strages in fuga edita sit.

4. Δαρεῖος δέ, ὡς αὐτῷ τὸ πρῶτον ὑπ' Ἀλεξάνδρου ἐφοβήθη τὸ κέρας τὸ εὐώνυμον καὶ ταύτῃ ἀποῤῥηγνύμενον κατεῖδε τοῦ ἄλλου στρατοπέδου, εὐθὺς ὡς εἶχεν ἐπὶ τοῦ ἅρματος ξὺν τοῖς πρώτοις ἔφευγε. (5) Καὶ ἔστε μὲν ὁμαλοῖς χωρίοις ἐν τῇ φυγῇ ἐπετύγχανεν, ἐπὶ τοῦ ἅρματος διεσώζετο· ὡς δὲ φάραγξί τε καὶ ἄλλαις δυσχωρίαις ἐνέκυρσε, τὸ μὲν ἅρμα ἀπολείπει αὐτοῦ καὶ τὴν ἀσπίδα καὶ τὸν κάνδυν ἐκδύς· ὁ δὲ καὶ τὸ τόξον ἀπολείπει ἐπὶ τοῦ ἅρματος· αὐτὸς δὲ ἵππου ἐπιβὰς ἔφευγε· καὶ ἡ νὺξ οὐ διὰ μακροῦ ἐπιγενομένη ἀφείλετο αὐτὸν τὸ πρὸς Ἀλεξάνδρου ἁλῶναι. (6) Ἀλέξανδρος γὰρ ἔστε μὲν φάος ἦν ἀνὰ κράτος ἐδίωκεν· ὡς δὲ συνεσκόταζέ τε ἤδη καὶ τὰ πρὸ ποδῶν ἀφανῆ ἦν, ἐς τὸ ἔμπαλιν ἀπετράπετο ὡς ἐπὶ τὸ στρατόπεδον, τὸ μέντοι ἅρμα τὸ Δαρείου ἔλαβε καὶ τὴν ἀσπίδα ἐπ' αὐτῷ καὶ τὸν κάνδυν καὶ τὸ τόξον. (7) Καὶ γὰρ καὶ ἡ δίωξις βραδυτέρα αὐτῷ ἐγεγόνει, ὅτι ἐν τῇ πρώτῃ παραῤῥήξει τῆς φάλαγγος ἐπιστρέψας καὶ αὐτὸς οὐ πρόσθεν ἐς τὸ διώκειν ἐτράπετο, πρὶν τούς τε μισθοφόρους τοὺς ξένους καὶ τὸ τῶν Περσῶν ἱππικὸν ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ ἀπωσθέντας κατεῖδε.

8. Τῶν δὲ Περσῶν ἀπέθανον Ἀρσάμης μὲν καὶ Ῥεομίθρης καὶ Ἀτιζύης τῶν ἐπὶ Γρανικῷ ἡγησαμένων τοῦ ἱππικοῦ· ἀποθνήσκει δὲ καὶ Σαβάκης ὁ Αἰγύπτου σατράπης καὶ Βουβάκης τῶν ἐντίμων Περσῶν· τὸ δὲ ἄλλο πλῆθος εἰς δέκα μάλιστα μυριάδας καὶ ἐν τούτοις ἱππεῖς ὑπὲρ τοὺς μυρίους, ὥστε λέγει Πτολεμαῖος ὁ Λάγου, ξυνεπισπόμενος τότε Ἀλεξάνδρῳ, τοὺς μετὰ σφῶν διώκοντας Δαρεῖον, ὡς ἐπὶ φάραγγί τινι ἐν τῇ διώξει ἐγένοντο, ἐπὶ τῶν νεκρῶν διαβῆναι τὴν φάραγγα. (9) Τό τε στρατόπεδον τὸ Δαρείου εὐθὺς ἐξ ἐφόδου ἑάλω καὶ ἡ μήτηρ καὶ ἡ γυνή, αὐτὴ δὲ καὶ ἀδελφὴ Δαρείου, καὶ υἱὸς Δαρείου νήπιος· καὶ θυγατέρες δύο ἑάλωσαν καὶ ἄλλαι ἀμφ' αὐτὰς Περσῶν τῶν ὁμοτίμων γυναῖκες οὐ πολλαί. Οἱ γὰρ ἄλλοι Πέρσαι τὰς γυναῖκας σφῶν ξὺν τῇ ἄλλῃ κατασκευῇ ἐς Δαμασκὸν ἔτυχον ἐσταλκότες· (10) ἐπεὶ καὶ Δαρεῖος τῶν τε χρημάτων τὰ πολλὰ καὶ ὅσα ἄλλα μεγάλῳ βασιλεῖ ἐς πολυτελῆ δίαιταν καὶ στρατευομένῳ ὅμως συνέπεται πεπόμφει ἐς Δαμασκόν, ὥστε ἐν τῷ στρατεύματι οὐ πλείονα ἢ τρισχίλια τάλαντα ἑάλω. Ἀλλὰ καὶ τὰ ἐν Δαμασκῷ χρήματα ὀλίγον ὕστερον ἑάλω ὑπὸ Παρμενίωνος ἐπ' αὐτὸ τοῦτο σταλέντος. Τοῦτο τὸ τέλος τῇ μάχῃ ἐκείνῃ ἐγένετο ἐπὶ ἄρχοντος Ἀθηναίοις Νικοκράτους μηνὸς Μαιμακτηριῶνος.

ΚΕΦ. ΙΒ΄.

Τῇ δὲ ὑστεραίᾳ, καίπερ τετρωμένος τὸν μηρὸν Ἀλέξανδρος ξίφει, ὁ δὲ τοὺς τραυματίας ἐπῆλθε, καὶ τοὺς νεκροὺς ξυναγαγὼν ἔθαψε μεγαλοπρεπῶς ξὺν τῇ δυνάμει πάσῃ ἐκτεταγμένῃ λαμπρότατα ὡς ἐς πόλεμον· καὶ λόγῳ τε ἐπεκόσμησεν ὅσοις τι διαπρεπὲς ἔργον ἐν

4. Darius vero, ubi primum ab Alexandro sinistrum ejus cornu fugatum est atque dissipatum ea parte exercitum vidit, confestim inscenso ut potuit curru, cum primariis fugit. (5) Et quamdiu planis atque apertis locis in fuga uti licuit, curru sibi salutem quæsivit. Ubi autem in prærupta loca aliasque viarum difficultates incidit, deserto curru et scuto exutoque amiculo, arcu etiam in curru relicto, conscenso equo fugit. Nox non multo post superveniens obstitit, quominus ab Alexandro caperetur. (6) Alexander enim dum adhuc lux esset, acriter persequutus est Darium, quum vero tenebris obortis etiam proxima cerni nequirent, ad exercitum reversus est, currum tamen Darii ejusque scutum et amiculum atque arcum cepit. (7) Paulo enim tardius eum insequi cœperat, quod in prima illa phalangis dissipatione ipse etiam subsistens non prius ad insequendum se convertit, quam exteros mercenarios Persicumque equitatum a flumine repulsos conspexit.

8. E Persis cecidere Arsames, Rheomithres et Atizyes, ex iis qui apud Granicum equitatum duxerant; Sabaces etiam Ægypti satrapa, et Bubaces, magni inter Persas nominis; præter hos reliqua multitudo ad centum millia, atque in his equitum decem millia: adeo ut Ptolemæus Lagi filius, qui tum temporis Alexandrum cum suis Darium insequentem comitatus erat, auctor sit, quum in persequendo ad hiatum quendam venissent, super strata hostium cadavera sese hiatum istum transiisse. (9) Post hæc castra Darii primo impetu capta sunt, atque in iis mater Darii, et uxor eademque soror, ac filius adhuc infans; duæ præterea ejus filiæ captæ, et circum eas aliæ principum virorum uxores non multæ. Plurimi enim Persæ uxores suas cum impedimentis Damascum miserant; (10) siquidem et Darius majorem pecuniarum partem, et quæcunque ad splendidum magnificumque apparatum pertinentia reges Persarum etiam militantes comitari solent, Damascum miserat, adeo ut in exercitu ultra tria millia talentorum inventa non fuerint. Ceterum omnis ea pecunia paulo post Damasci capta est a Parmenione, eam ad rem ab Alexandro misso. Hic prælii exitus fuit, archonte Athenis Nicocrate, mense Mæmacterione.

CAP. XII

Postero die Alexander, quamvis æger adhuc e vulnere quod in femore exceperat, saucios tamen obivit, et cæsorum corporibus conquisitis, magnifice ea sepelivit, universo exercitu in acie stante, et bellicas uniuscujusque laudes, quem vel ipse præclarum aliquod facinus in pugna

τῇ μάχῃ ἢ αὐτὸς ξυνέγνω εἰργασμένον ἢ ἀκοῇ συμφωνούμενον ἔμαθε· καὶ χρημάτων ἐπιδόσει ὡς ἑκάστους ξὺν τῇ ἀξίᾳ ἐτίμησε. (2) Καὶ Κιλικίας μὲν ἀποδεικνύει σατράπην Βάλακρον τὸν Νικάνορος, ἕνα τῶν σωματοφυλάκων τῶν βασιλικῶν· ἀντὶ δὲ τούτου ἐς τοὺς σωματοφύλακας κατέλεξε Μένητα τὸν Διονυσίου· ἀντὶ δὲ Πτολεμαίου τοῦ Σελεύκου τοῦ ἀποθανόντος ἐν τῇ μάχῃ Πολυσπέρχοντα τὸν Σιμμίου ἄρχειν ἀπέδειξε τῆς ἐκείνου τάξεως. Καὶ Σολεῦσι τά τε πεντήκοντα τάλαντα ἃ ἔτι ἐνδεᾶ ἦν ἐκ τῶν ἐπιβληθέντων σφίσι χρημάτων ἀνῆκε καὶ τοὺς ὁμήρους ἀπέδωκεν.

4. Ταύτῃ μὲν δὴ τῶν Περσῶν φυγὴ καρτερὰ ἦν, καὶ οἱ Μακεδόνες ἐφεπόμενοι ἐφόνευον τοὺς φεύγοντας. Οἱ δὲ ἀμφὶ Σιμμίαν καὶ ἡ τούτου τάξις οὐκέτι συνεξορμῆσαι Ἀλεξάνδρῳ δυνατοὶ ἐγένοντο ἐς τὴν δίωξιν, ἀλλ' ἐπιστήσαντες τὴν φάλαγγα αὐτοῦ ἠγωνίζοντο, ὅτι τὸ εὐώνυμον τῶν Μακεδόνων πονεῖσθαι ἠγγέλλετο. (5) Καὶ ταύτῃ παραῤῥαγείσης αὐτοῖς τῆς τάξεως, κατὰ τὸ διέχον διεκπαίουσι τῶν τε Ἰνδῶν τινες καὶ τῆς Περσικῆς ἵππου ὡς ἐπὶ τὰ σκευοφόρα τῶν Μακεδόνων· καὶ τὸ ἔργον ἐκεῖ καρτερὸν ἐγίγνετο. Οἵ τε γὰρ Πέρσαι θρασέως ἐνέκειντο ἀνόπλοις τοῖς πολλοῖς καὶ οὐ προσδοκήσασιν ἐπὶ σφᾶς διεκπεσεῖσθαί τινας διακόψαντας διπλῆν τὴν φάλαγγα, καὶ οἱ αἰχμάλωτοι βάρβαροι ἐμβαλλόντων τῶν Περσῶν ξυνεπέθεντο καὶ αὐτοὶ τοῖς Μακεδόσιν ἐν τῷ ἔργῳ. (6) Τῶν δὲ ἐπιτεταγμένων τῇ πρώτῃ φάλαγγι οἱ ἡγεμόνες ὀξέως, μαθόντες τὸ γιγνόμενον, μεταβαλόντες, ᾗπερ παρήγγελτο αὐτοῖς, τὴν τάξιν ἐπιγίγνονται κατὰ νώτου τοῖς Πέρσαις, καὶ πολλοὺς μὲν αὐτῶν αὐτοῦ ἀμφὶ τοῖς σκευοφόροις ξυνεχομένους ἀπέκτειναν· οἱ δὲ αὐτῶν ἐγκλίναντες ἔφευγον. Οἱ δ' ἐπὶ τοῦ δεξιοῦ κέρως τῶν Περσῶν, οὔπω τῆς φυγῆς τῆς Δαρείου ᾐσθημένοι, περιιππεύσαντες τὸ Ἀλεξάνδρου εὐώνυμον κατὰ κέρας τοῖς ἀμφὶ τὸν Παρμενίωνα ἐνέβαλον.

ΚΕΦ. ΙΕ'.

Καὶ ἐν τούτῳ ἀμφιβόλων τὰ πρῶτα γιγνομένων τῶν Μακεδόνων, πέμπει Παρμενίων παρ' Ἀλέξανδρον σπουδῇ ἀγγελοῦντα ὅτι ἐν ἀγῶνι ξυνέχεται τὸ κατὰ σφᾶς καὶ βοηθεῖν δεῖ. Ταῦτα ὡς ἐξηγγέλθη Ἀλεξάνδρῳ, τοῦ μὲν διώκειν ἔτι ἀπετράπετο, ἐπιστρέψας δὲ σὺν τῇ ἵππῳ τῶν ἑταίρων ὡς ἐπὶ τὸ δεξιὸν τῶν βαρβάρων ἦγε δρόμῳ. Καὶ πρῶτα μὲν τοῖς φεύγουσι τῶν πολεμίων ἱππεῦσι, τοῖς τε Παρθυαίοις καὶ τῶν Ἰνδῶν ἔστιν οἷς καὶ Πέρσαις τοῖς πλείστοις καὶ κρατίστοις ἐμβάλλει. (2) Καὶ ἱππομαχία αὕτη καρτερωτάτη τοῦ παντὸς ἔργου ξυνέστη. Ἐς βάθος τε γάρ, οἷα δὴ ἰλαδὸν τεταγμένοι, ἀνέστρεφον οἱ βάρβαροι καὶ ἀντιμέτωποι τοῖς ἀμφ' Ἀλέξανδρον ξυμπεσόντες οὔτε ἀκοντισμῷ ἔτι οὔτ' ἐξελιγμοῖς τῶν ἵππων, ᾗπερ ἱππομαχίας δίκη, ἐχρῶντο, ἀλλὰ διεκπαῖσαι πᾶς τις τὸ καθ' αὑτόν, ὡς μόνην ταύτην σωτηρίαν σφίσιν οὖσαν ἐπειγόμενοι, ἔκοπτόν τε καὶ ἐκόπτοντο ἀφειδῶς, οἷα δὴ οὐχ ὑπὲρ νίκης ἀλλοτρίας ἔτι, ἀλλ' ὑπὲρ σωτηρίας οἰκείας ἀγωνι-

premerent, gravissimisque ictibus atque hastis Persarum ora ferirent, et Macedonum phalanx conferta ac sarissis horrida in eos irrueret, omniaque illa quæ terrorem injiciunt Dario, cujus animum jam multo ante metus insederat, simul apparerent, primus ipse terga vertit. Magno etiam terrore perculsi erant Persæ qui cornu circumequitabant, Areta gravem in eos impetum faciente.

4. Ingens hac parte Persarum fuga erat, et Macedones insequentes magnam fugientium stragem fecere. Simmias vero cum suo agmine non amplius Alexandrum Persarum terga prementem sequi poterat, sed phalangem sistens pugnabat, quoniam sinistrum Macedonum cornu laborare nuntiabatur. (5) Ea enim parte, dirupta ipsis acie, qua vacuum spatium ob laxatos ordines erat, Indorum nonnulli Persæque equites ad ipsa Macedonum impedimenta penetrarant : acerrimeque ibi pugnatum fuit. Persæ enim audacter in Macedones ferebantur, inermes plerosque, neque exspectantes fore ut aliqui in se irruerent, duplicata phalange perfracta. Barbari quoque captivi Persarum impetum in Macedones conspicati, in medio pugnæ et ipsi in Macedones conversi sunt. (6) Duces vero Macedonum qui post primæ phalangis tergum locati erant, re cognita, conversa, uti imperatum ipsis fuerat, acie, Persas a tergo adorti sunt, multosque eorum circa impedimenta implicitos interficiunt; alii fuga evaserunt. At Persæ qui ad dextrum cornu stabant, nondum intellecta fuga Darii, sinistrum Alexandri cornu obequitantes, ex obliquo in Parmenionis agmen feruntur.

CAP. XV.

Interea, quum dubiæ initio essent Macedonum res, Parmenio confestim nuntium ad Alexandrum mittit, qui agmen suum in discrimine versari significet, auxilioque suo opus esse. Quæ ubi Alexandro nuntiata sunt, a persequendo ulterius hoste desistens et cum equitatu amicorum ad exercitum conversus in dextrum barbarorum cornu magna vi fertur. Ac primum quidem in fugientes hostium equites, Parthos nimirum et Indorum nonnullos, inque Persas plurimos fortissimosque irruit. (2) Ibi acrius quam usquam antea equestre prælium committitur : nam in altitudinem utpote turmatim constituti, se converterunt barbari, et in Alexandri copias ex adverso incidentes, non jam telorum jactu, non equorum evolutionibus equestris prælii more utebantur, sed penetrare suo quisque loco conantes, perinde ac si hac una in re eorum salus versaretur, citra discrimen cædebant simul et cædebantur, quasi jam non de

μὲν ἀπολιπόντες αὐτὸν ἐν τῇ φυγῇ ἐπὶ τὰ αὑτῶν ἕκαστοι ἀπεχώρουν, οὐκ ὀλίγοι δὲ καὶ Ἀλεξάνδρῳ σφᾶς ἐνεδίδοσαν. (3) Ἀλέξανδρος δὲ ὡς ἀπέγνω κατὰ πόδας αἱρήσειν Δαρεῖον, μείνας αὐτοῦ πέντε ἡμέρας καὶ ἀναπαύσας τὸν στρατὸν, Μηδίας μὲν σατράπην ἀπέδειξεν Ὀξοδάτην, Πέρσην ἄνδρα, ὃς ἐτύγχανε πρὸς Δαρείου ξυνειλημμένος καὶ ἐν Σούσοις εἰργόμενος· τοῦτο αὐτῷ ἐς πίστιν ἦν πρὸς Ἀλέξανδρον· (4) αὐτὸς δὲ ὡς ἐπὶ Παρθυαίους ἦγε. Καὶ τῇ μὲν πρώτῃ πρὸς ταῖς Κασπίαις πύλαις ἐστρατοπέδευσε· τῇ δευτέρᾳ δὲ εἴσω παρῆλθε τῶν πυλῶν ἔστε οἰκούμενα ἦν. Ἐπισιτισόμενος δὲ αὐτόθεν, ὅτι ἔρημον τὴν πρόσω χώραν ἤκουεν, ἐς προνομὴν ἐκπέμπει Κοῖνον ξὺν ἱππεῦσί τε καὶ τῶν πεζῶν ὀλίγοις.

fugientem comitabantur, plerique in domos suas sese recipiebant; non pauci etiam sese Alexandro dedebant. (3) Alexander deposita spe Darium ulla celeritate abs se comprehendi posse, quinque diebus ibi substitit, recreatoque exercitu Oxodatem hominem Persam Mediæ satrapam constituit, qui a Dario captus apud Susas in custodia habitus fuerat; hoc ei fidem apud Alexandrum conciliabat. (4) Inde in Parthos exercitum duxit : ac primo quidem die juxta Caspias pylas castra posuit : postridie ipsas pylas ingressus proficiscitur quousque loca cultoribus frequentia erant. Commeatum autem illic paraturus, quod interiorem regionem incultam esse audisset, Cœnum cum equitatu exiguoque peditatu frumentatum mittit.

ΚΕΦ. ΚΑ'.

Καὶ ἐν τούτῳ ἀφικνεῖται παρ' αὐτὸν ἀπὸ τοῦ Δαρείου στρατοπέδου Βαγιστάνης, Βαβυλώνιος ἀνήρ, τῶν γνωρίμων, καὶ ξὺν τούτῳ Ἀντίβηλος τῶν Μαζαίου παίδων· οὗτοι ἀπήγγειλαν ὅτι Ναβαρζάνης τε, χιλιάρχης τῶν ξὺν Δαρείῳ φευγόντων ἱππέων, καὶ Βῆσσος ὁ Βακτρίων σατράπης καὶ Βαρσαέντης ὁ Ἀραχώτων καὶ Δράγγων σατράπης ξυνειληφότες εἶεν Δαρεῖον. (2) Ταῦτα ἀκούσας Ἀλέξανδρος ἔτι μᾶλλον ἦγε σπουδῇ, τοὺς ἑταίρους μόνους ἔχων ἀμφ' αὑτὸν καὶ τοὺς προδρόμους ἱππέας καὶ τῶν πεζῶν τοὺς εὐρωστοτάτους τε καὶ κουφοτάτους ἐπιλεξάμενος, οὐδὲ τοὺς ἀμφὶ Κοῖνον προσμείνας ἐκ τῆς προνομῆς ἐπανελθεῖν. Ἐπὶ δὲ τοῖς ὑπολειπομένοις ἐπιστήσας Κράτερον προστάττει ἕπεσθαι μὴ μακρὰς ὁδοὺς ἄγοντα. (3) Οἱ δὲ ἀμφ' αὐτὸν τὰ ὅπλα εἶχον μόνον καὶ δύο ἡμερῶν σιτία. Ἐλθὼν δὲ τήν τε νύκτα ὅλην καὶ τῆς ἐπιούσης ἡμέρας μέχρι μεσημβρίας, ὀλίγον χρόνον ἀναπαύσας τὸν στρατὸν αὖθις ᾔει ὅλην τὴν νύκτα, καὶ ἅμα ἡμέρᾳ ὑποφαινούσῃ παρῆν εἰς τὸ στρατόπεδον, ὅθεν ἀφωρμήκει ὀπίσω Βαγιστάνης. (4) Καὶ τοὺς μὲν πολεμίους οὐ κατέλαβε, Δαρείου δὲ πέρι ἐπύθετο, αὐτὸν μὲν συνειλημμένον ἄγεσθαι ἐφ' ἁρμαμάξης, Βήσσῳ δὲ ἀντὶ Δαρείου εἶναι τὸ κράτος καὶ ἡγεμόνα ὀνομάζεσθαι Βῆσσον πρός τε τῶν Βακτρίων ἱππέων καὶ τῶν ἄλλων ὅσοι βάρβαροι ξυνέφευγον Δαρείῳ, πλὴν Ἀρταβάζου καὶ τῶν Ἀρταβάζου παίδων καὶ τῶν Ἑλλήνων τῶν μισθοφόρων· τούτους δὲ πιστοὺς εἶναι Δαρείῳ, καὶ εἴργειν μὲν τὰ γιγνόμενα οὐ δυνατοὺς εἶναι, ἐκτραπέντας δὲ ἔξω τῆς λεωφόρου ὁδοῦ ὡς ἐπὶ τὰ ὄρη ἰέναι κατὰ σφᾶς, οὐ μετέχοντας τοῖς ἀμφὶ Βῆσσον τοῦ ἔργου. (5) Γνώμην δὲ πεποιῆσθαι τοὺς ξυλλαβόντας Δαρεῖον, εἰ μὲν διώκοντα σφᾶς Ἀλέξανδρον πυνθάνοιντο, παραδοῦναι Δαρεῖον Ἀλεξάνδρῳ καὶ σφίσι τι ἀγαθὸν εὑρίσκεσθαι· εἰ δὲ τὸ ἔμπαλιν ἐπανεληλυθότα μάθοιεν, τοὺς δὲ στρατιάν τε ξυλλέγειν ὅσην πλείστην δύναιντο καὶ διασώζειν ἐς τὸ κοινὸν τὴν ἀρχήν. Βῆσσον δὲ ἐν τῷ

CAP. XXI.

Inter hæc Bagistanes Babylonius vir illustris, et cum eo Antibelus unus ex Mazæi filiis e Darii exercitu ad Alexandrum venerunt, nunciantes Nabarzanem, mille equitum qui cum Dario fugerant præfectum, et Bessum, Bactrianorum satrapam, ac Barsaentem, Arachotorum et Drangorum satrapam, Darium in custodia tenere. (2) Quo audito Alexander majore adhuc celeritate sibi utendum putavit, amicis tantum equitibusque antecursoribus ac peditum fortissimis simul atque expeditissimis delectis, non exspectato Cœni, qui frumentatum iverat, reditu. Reliquo exercitui Craterum præficiens, mandat ut itinera moderatius faciat. (3) Qui cum ipso ibant, arma solum et duorum dierum cibaria gerebant. Tota itaque nocte et postero die ad meridiem usque continuato itinere, aliquantulum t mporis militi ad quietem dedit. Inde rursus tota nocte progressus, diluculo in ea castra pervenit, unde Bagistanes discesserat. (4) et hostes quidem ibi nactus non est. De Dario autem certior factus est captivum illum in curru portari, Bessum loco Darii imperium obtinere, et a Bactrianis equitibus aliisque barbaris qui cum Dario fugerant, ducem nominari, præterquam ab Artabazo et Artabazi filiis Græcisque mercenariis. Hos fidos perpetuo in Darium fuisse, neque tamen ea quæ accidissent impedire potuisse; eosque a publica via deflexos, montes petere, nec cum Besso consilia communicare. (5) Præterea eos qui Darium cepissent ita secum statuisse, ut si audiant Alexandrum se insequi, Darium tradant et rebus suis consulant, sin retrocessisse intelligant, exercitum quam possint maximum conscribant, et communi inter se ope imperium tueantur. Bessum in præsentia exercitus ducem designatum esse ob eam necessitu-

παρόντι ἐξηγεῖσθαι κατ' οἰκειότητά τε τὴν Δαρείου καὶ ὅτι ἐν τῇ αὐτοῦ σατραπείᾳ τὸ ἔργον ἐγίγνετο.

6. Ταῦτα ἀκούσαντι Ἀλεξάνδρῳ ἀνὰ κράτος διωκτέα ἐφαίνετο. Καὶ ἤδη μὲν ἐξέκαμνον οἵ τε ἄνδρες καὶ οἱ ἵπποι ἐπὶ τῇ ταλαιπωρίᾳ τῇ ξυνεχεῖ· ἀλλὰ καὶ ὣς ἦγε, καὶ διελθὼν ὁδὸν πολλὴν τῆς τε νυκτὸς καὶ τῆς ἐπὶ ταύτῃ ἡμέρας ἔςτε ἐπὶ μεσημβρίαν ἀφικνεῖται ἔς τινα κώμην, ἵνα τῇ προτεραίᾳ ἐστρατοπεδεύκεσαν οἱ Δαρεῖον ἄγοντες. (7) Ἐνταῦθα ἀκούσας ὅτι νυκτὸς ποιεῖσθαι τὴν πορείαν ἐγνωσμένον εἴη τοῖς βαρβάροις, ἤλεγχε τοὺς προσχώρους εἰ δή τινα εἰδεῖεν ἐπιτομωτέραν ὁδὸν ἐπὶ τοὺς φεύγοντας. Οἱ δὲ εἰδέναι μὲν ἔφασαν, ἐρήμην δὲ εἶναι τὴν ὁδὸν δι' ἀνυδρίαν. Ὁ δὲ ταύτην ἄγειν ἐκέλευσε· καὶ γνοὺς ὅτι οὐχ ἕψονται οἱ πεζοὶ αὐτῷ σπουδῇ ἐλαύνοντι, τῶν μὲν ἱππέων ἐς πεντακοσίους κατεβίβασεν ἀπὸ τῶν ἵππων· τοὺς ἡγεμόνας δὲ τῶν πεζῶν καὶ τῶν ἄλλων ἐπιλεξάμενος τοὺς κρατιστεύοντας ἐπιβῆναι τῶν ἵππων ἐκέλευσεν οὕτως ὅπως οἱ πεζοὶ ὡπλισμένοι ἦσαν. (8) Νικάνορα δὲ τὸν τῶν ὑπασπιστῶν ἡγεμόνα καὶ Ἄτταλον τὸν τῶν Ἀγριάνων κατὰ τὴν ὁδὸν ἥντινα οἱ ἀμφὶ Βῆσσον προὐκεχωρήκεσαν τοὺς ὑπολειφθέντας ἄγειν ἐκέλευσε, καὶ τούτους ὡς κουφότατα ἐσταλμένους, τοὺς δὲ ἄλλους πεζοὺς ἐν τάξει ἕπεσθαι. (9) Αὐτὸς δὲ ἀμφὶ δείλην ἄγειν ἀρξάμενος δρόμῳ ἡγεῖτο· διελθὼν δὲ τῆς νυκτὸς σταδίους ἐς τετρακοσίους ὑπὸ τὴν ἕω ἐπιτυγχάνει τοῖς βαρβάροις ἀτάκτως ἰοῦσι καὶ ἀνόπλοις, ὥστε ὀλίγοι μέν τινες αὐτῶν ὡς ἀμυνούμενοι ὥρμησαν· οἱ δὲ πολλοὶ εὐθὺς ὡς Ἀλέξανδρον αὐτὸν κατεῖδον, οὐδὲ ἐς χεῖρας ἐλθόντες ἔφευγον· καὶ οἱ τραπέντες ἐς ἀλκὴν ὀλίγων πεσόντων καὶ οὗτοι ἔφυγον. (10) Βῆσσος δὲ καὶ οἱ ξὺν αὐτῷ τέως μὲν ἐφ' ἁρμαμάξης Δαρεῖον μετὰ σφῶν ἐκόμιζον· ὡς δὲ ὁμοῦ ἤδη ἦν Ἀλέξανδρος, Δαρεῖον μὲν Ναβαρζάνης καὶ Βαρσαέντης κατατρώσαντες αὐτοῦ ἀπέλιπον· αὐτοὶ δὲ ἔφυγον σὺν ἱππεῦσιν ἑξακοσίοις. Δαρεῖος δὲ ἀποθνήσκει ὀλίγον ὕστερον ἐκ τῶν τραυμάτων πρὶν ὀφθῆναι Ἀλεξάνδρῳ.

dinem quæ ipsi cum Dario intercedebat, tum etiam quod in ejus satrapatu id perpetratum erat.

6. Hæc quum audisset Alexander, omni studio persequendam rem existimavit. Ac tametsi tam viri quam equi continuato itineris labore defatigati essent, nihilo tamen minus urgebat. Magnoque itinere per noctem et insequentem diem ad meridiem usque confecto, in pagum quendam pervenit, ubi qui Darium ducebant pridie consederant. (7) Ibi certior factus barbaris statutum esse noctu iter ingredi, percontatus est incolas, an aliquod viæ compendium nossent, qua fugientes assequi posset. Qui quidem se nosse affirmarunt, cæterum viam illam præ aquarum inopia desertam esse. Ipse nihilominus ut illac ducant imperat: quumque intelligeret non posse pedites se festinanter equitantem sequi, equites circiter quingentos equis desilire jubet, et duces peditum aliosque præstantissimos quosque; ita ut pedites armati erant, equos conscendere. (8) Nicanori vero, scutatorum præfecto, et Attalo, Agrianorum duci, per viam qua Bessus cum suis processerat, reliquos, qui quidem levissime armati essent, ut ducant injungit; ceteri pedites, ut composito agmine sequantur. (9) Ipse sub vesperum iter ingressus, citato agmine processit. Confectisque per noctem quadringentis stadiis, sub lucem barbaros incomposite procedentes atque inermes assecutus est. Pauci admodum ex iis restitere: plurimi statim conspecto Alexandro, antequam prœlium experirentur in fugam vertuntur: ex iis vero qui ad arma confugerunt cæsis nonnullis, reliqui terga verterunt. (10) Bessus autem ejusque comites interea Darium curru secum ducebant. At quum Alexander eorum tergo instaret, Nabarzanes et Barzaentes Darium ab ipsis vulneratum ibidem relinquunt, et cum DC equitibus sese in præcipitem fugam dedunt. Neque multo post Darius ex acceptis vulneribus priusquam ab Alexandro visus esset, interiit.

ΚΕΦ. ΚΒ'.

Ἀλέξανδρος δὲ τὸ μὲν σῶμα τοῦ Δαρείου ἐς Πέρσας ἔπεμψε, θάψαι κελεύσας ἐν ταῖς βασιλικαῖς θήκαις, καθάπερ καὶ οἱ ἄλλοι οἱ πρὸ Δαρείου βασιλεῖς· σατράπην δὲ ἀπέδειξε Παρθυαίων καὶ Ὑρκανίων Ἀμμινάπην Παρθυαῖον· ἦν δὲ οὗτος τῶν Αἴγυπτον ἐνδόντων Ἀλεξάνδρῳ μετὰ Μαζάκου. Τληπόλεμος δὲ Πυθοφάνους τῶν ἑταίρων ξυνετάχθη αὐτῷ σκοπεῖν τὰ ἐν Παρθυαίοις τε καὶ Ὑρκανίοις.

2. Τοῦτο τὸ τέλος Δαρείῳ ἐγένετο ἐπὶ ἄρχοντος Ἀθηναίοις Ἀριστοφῶντος μηνὸς Ἑκατομβαιῶνος, ἀνδρὶ τὰ μὲν πολέμια, εἴπερ τινὶ ἄλλῳ, μαλθακῷ τε καὶ οὐ φρενήρει, εἰς δὲ τἆλλα οὐδὲν ἀνεπιεικὲς ἔργον ἀποδειξαμένῳ ἢ οὐδὲ ἐγγενόμενον αὐτῷ ἀποδείξασθαι, ὅτι

CAP. XXII.

Alexander Darii corpus ad Persas misit, ut in regiis mausoleis, more reliquorum regum qui Darium antecesserant, conderetur. Post hæc Amminapem Parthum, unum eorum qui cum Mazace Ægyptum tradiderant, Parthorum et Hyrcanorum satrapam constituit. Adjunxit autem illi Tlepolemum Pythophanis filium, unum ex amicis, qui rerum Parthicarum et Hyrcanicarum simul curam gereret.

2. Atque hic quidem Dario vitæ exitus fuit, archonte Athenis Aristophonte, mense Hecatombæone: viro quod ad res bellicas attinet, si quis alius languido parumque prudenti: quod ad cetera, qui nihil iniqui in suos com-

ὁμοῦ μὲν εἰς τὴν βασιλείαν παρελθεῖν, ὁμοῦ δὲ προσπολεμεῖσθαι πρός τε Μακεδόνων καὶ τῶν Ἑλλήνων ξυνέβη. Οὔκουν οὐδὲ ἐθέλοντι ἐξῆν ἔτι ὑβρίζειν ἐς τοὺς ὑπηκόους, ἐν μείζονι κινδύνῳ ἤπερ ἐκεῖνοι καθεστηκότι. (3) Ζῶντι μὲν δὴ ξυμφοραὶ αὐτῷ ἄλλαι ἐπ' ἄλλαις ξυνηνέχθησαν, οὐδέ τις ἀνακωχὴ ἐγένετο ἐπειδὴ πρῶτον ἐς τὴν ἀρχὴν παρῆλθεν· ἀλλὰ εὐθὺς μὲν τὸ τῶν σατραπῶν ἐπὶ Γρανικῷ πταῖσμα ξυνέβη τὸ ἱππικόν, εὐθὺς δὲ Ἰωνία τε καὶ Αἰολὶς εἴχοντο καὶ Φρύγες ἀμφότεροι καὶ Λυδία καὶ Κᾶρες πλὴν Ἁλικαρνασσέων· (4) ὀλίγον δὲ ὕστερον καὶ Ἁλικαρνασσὸς ἐξῄρητο, ἐπὶ δὲ ἡ παραλία πᾶσα ἔστε ἐπὶ τὴν Κιλικίαν· ἔνθεν δὲ ἡ αὐτοῦ ἐπ' Ἰσσῷ ἧσσα, ἵνα τήν τε μητέρα αἰχμαλωτισθεῖσαν καὶ τὴν γυναῖκα καὶ τοὺς παῖδας ἐπεῖδεν· ἐπὶ τῷδε Φοινίκη τε ἀπώλετο καὶ Αἴγυπτος πᾶσα· ἐπὶ δὲ αὐτὸς ἐν Ἀρβήλοις ἔφυγέ τε ἐν πρώτοις αἰσχρῶς καὶ στρατιὰν πλείστην παντὸς τοῦ βαρβαρικοῦ γένους ἀπώλεσε· (5) φυγάς τε ἐκ τούτου τῆς αὑτοῦ ἀρχῆς πλανώμενος, καὶ τελευτῶν πρὸς τῶν ἀμφ' αὐτὸν ἐς τὰ ἔσχατα προδοθείς, βασιλεύς τε ἐν τῷ αὐτῷ καὶ δεσμώτης ξὺν ἀτιμίᾳ ἀγόμενος, τέλος δὲ πρὸς τῶν οἰκειοτάτων ἐπιβουλευθεὶς ἀπώλετο. Ζῶντι μὲν Δαρείῳ τοιαῦτα ξυνηνέχθη· τελευτήσαντι δὲ ταφή τε ἡ βασιλικὴ καὶ τῶν παίδων ὁποία καὶ βασιλεύοντος αὐτοῦ τροφή τε Ἀλεξάνδρου καὶ παίδευσις, καὶ γαμβρὸς Ἀλέξανδρος. Ὁπότε δὲ ἐτελεύτα ἐγεγόνει ἀμφὶ τὰ πεντήκοντα ἔτη.

ΚΕΦ. ΚΓ'.

Ἀλέξανδρος δὲ τοὺς ὑπολειφθέντας ἐν τῇ διώξει τῆς στρατιᾶς ἀναλαβὼν ἐς Ὑρκανίαν προὐχώρει. Κεῖται δὲ ἡ Ὑρκανία χώρα ἐν ἀριστερᾷ τῆς ὁδοῦ τῆς ἐπὶ Βάκτρα φερούσης· καὶ τῇ μὲν ὄρεσιν ἀπείργεται δασέσι καὶ ὑψηλοῖς, τὸ πεδίον δὲ αὐτῆς καθήκει ἔστε ἐπὶ τὴν μεγάλην τὴν ταύτῃ θάλασσαν. Ταύτην δὲ ἦγεν, ὅτι ταύτῃ τοὺς ξένους τοὺς ἀμφὶ Δαρεῖον διαπεφευγέναι ἐς τὰ τῶν Ταπούρων ὄρη ἐπύθετο καὶ αὐτοὺς ἅμα τοὺς Ταπούρους χειρωσόμενος. (2) Τριχῇ δὴ διελὼν τὸν στρατὸν αὐτὸς μὲν τὴν ἐπιτομωτάτην καὶ χαλεπωτάτην ἡγήσατο, τὸ πλεῖστον καὶ ἅμα τὸ κουφότατον τῆς δυνάμεως ἄγων· Κράτερον δὲ τήν τε αὑτοῦ τάξιν ἔχοντα καὶ τὴν Ἀμύντου καὶ τῶν τοξοτῶν ἔστιν οὓς καὶ ὀλίγους τῶν ἱππέων ἐπὶ Ταπούρων ἔστειλεν· Ἐρίγυιον δὲ τούς τε ξένους καὶ τὴν λοιπὴν ἵππον ἀναλαβόντα τὴν λεωφόρον τε καὶ μακροτέραν ἡγεῖσθαι ἐκέλευσε, τὰς ἁμάξας καὶ τὰ σκευοφόρα καὶ τὸν ἄλλον ὅμιλον ἄγοντα.

3. Ὑπερβαλὼν δὲ τὰ πρῶτα ὄρη καὶ καταστρατοπεδεύσας αὐτοῦ, ἀναλαβὼν τούς τε ὑπασπιστὰς καὶ τῆς Μακεδονικῆς φάλαγγος τοὺς κουφοτάτους καὶ τῶν τοξοτῶν ἔστιν οὕς, ᾔει χαλεπὴν ὁδὸν καὶ δύσπορον, φύλακας τῶν ὁδῶν καταλιπὼν ἵνα σφαλερόν τι αὐτῷ ἐφαίνετο, ὡς μὴ τοῖς ἑπομένοις κατ' ἐκεῖνο ἐπίθοιντο οἱ τὰ ὄρη

miserit, aut certe potestatem committendi non habuerit. Nam simulac regnare cœpit, statim a Macedonibus et Græcis bello lacessitus est. Quocirca ne volenti quidem integrum erat subditos sibi injuria afficere, quum ipse in majore periculo quam ipsi versaretur. (3) Quamdiu in vivis fuit, aliæ illum ex aliis calamitates exceperunt, neque ulla intermissio aut requies fuit, ex quo primum ad regnandum accessit. Nam statim initio equestris illa satraparum ad Granicum amnem clades accidit: mox Ioniam et Æoliam amisit et utramque Phrygiam, Lydiam quoque et Cariam, præter Halicarnassenses: (4) sed paulo post ipsa etiam Halicarnassus erepta est; deinde universa regio maritima ad Ciliciam usque. Post hæc ingentem illam apud Issum cladem accepit, in qua mater, uxor ac liberi ejus capti sunt; deinde Phœnicia atque Ægyptus imperio ejus detractæ; postea ipse in Arbelis primus turpiter fugit, et ingentem exercitum ex omni barbarorum gente amisit. (5) Inde profugus e suo regno errans, et ad postremum ab iis qui circa eum erant, pessime proditus, eodemque tempore et rex et captivus cum ignominia ductus, tandem ab intimis sibi ex insidiis cæsus interiit. (6) Hæc quidem omnia viventi Dario acciderunt: ac contra mortuo regia sepultura, liberorum perinde atque ipso regnante educatio atque institutio ab Alexandro, et Alexander gener contigit. Mortuus est annos natus circiter quinquaginta.

CAP. XXIII.

Alexander autem, iis quos in persequenda fuga post se reliquerat assumptis, in Hyrcaniam movit. Sita porro est Hyrcania ad lævam viæ quæ in Bactra ducit: atque ab una quidem parte montibus densis ac præcelsis coercetur, ab altera vero campus ejus in magnum mare quod illic est porrigitur. Hac Alexander exercitum ducebat, quod acceperat externos milites, qui Darii stipendiis meruerant, in Tapurorum montes confugisse, ipsos etiam Tapuros subjugare statuens. (2) Tripartito itaque exercitu, ipse per brevissimos difficillimosque tramites contendebat, maximam expeditissimamque copiarum partem ducens; Craterum autem cum suo et Amyntæ agmine cumque equitibus ac sagittariis nonnullis in Tapuros mittit. Erigyium vero exteros reliquumque equitatum via plana ceterum longiore ducere jubet, cui currus atque impedimenta ac cæteram turbam adjungit.

3. Superatis itaque primis montibus, castrisque ibi positis, ipse sumptis scutatis et Macedonicæ phalangis expeditissimis quibusque et sagittariorum nonnullis, viam perdifficilem atque impeditam ingressus est: dispositis per viam præsidiis, ubi quid periculi esse videbatur, ne barbari montani in eos qui sequebantur impetum facerent. (4) Ipse cum

ἔχοντες τῶν βαρβάρων. (4) Αὐτὸς δὲ μετὰ τῶν τοξοτῶν διελθὼν τὰ στενὰ ἐν τῷ πεδίῳ κατεστρατοπέδευσε πρὸς ποταμῷ οὐ μεγάλῳ. Καὶ ἐνταῦθα ὄντος αὐτοῦ Ναβαρζάνης τε ὁ Δαρείου χιλιάρχης καὶ Φραταφέρνης ὁ Ὑρκανίας τε καὶ Παρθυαίων σατράπης καὶ ἄλλοι τῶν ἀμφὶ Δαρεῖον Περσῶν οἱ ἐπιφανέστατοι ἀφικόμενοι παρέδοσαν σφᾶς αὐτούς. (5) Ὑπομείνας δὲ ἐν τῷ στρατοπέδῳ τέσσαρας ἡμέρας ἀνέλαβε τοὺς ὑπολειφθέντας κατὰ τὴν ὁδόν, τοὺς μὲν ἄλλους ἀσφαλῶς διελθόντας, τοῖς δὲ Ἀγριᾶσιν ὀπισθοφυλακοῦσιν ἐπέθεντο οἱ ὄρειοι τῶν βαρβάρων, καὶ μεῖον ἔχοντες τῷ ἀκροβολισμῷ ἀπηλλάγησαν.

6. Ἄρας δὲ ἐντεῦθεν προῄει ὡς ἐφ' Ὑρκανίας εἰς Ζαδράκαρτα, πόλιν Ὑρκανίων. Καὶ ἐν τούτῳ οἱ περὶ Κράτερον συνέμιξαν αὐτῷ, τοῖς μὲν ξένοις τοῖς Δαρείου οὐκ ἐντετυχηκότες, τὴν χώραν δὲ ὅσην διαπεπορευμένοι ἦσαν τὴν μὲν βίᾳ, τὴν δὲ ἐνδιδόντων τῶν κατοικούντων προσπεποιημένοι. Ἐνταῦθα καὶ Ἐρίγυιος ἧκε ξὺν τοῖς σκευοφόροις καὶ ταῖς ἁμάξαις. (7) Ὀλίγον δὲ ὕστερον Ἀρτάβαζος ἀφίκετο παρ' Ἀλέξανδρον καὶ τῶν παίδων αὐτοῦ Κωφὴν καὶ Ἀριοβαρζάνης καὶ Ἀρσάμης καὶ ξὺν τούτοις παρὰ τῶν ξένων τῶν ξὺν Δαρείῳ πρέσβεις καὶ Αὐτοφραδάτης ὁ Ταπούρων σατράπης. Αὐτοφραδάτῃ μὲν δὴ τὴν σατραπείαν ἀπέδωκεν, Ἀρτάβαζον δὲ καὶ τοὺς παῖδας ἅμα οἷ ἐν τιμῇ ἦγε, τά τε ἄλλα ἐν τοῖς πρώτοις Περσῶν ὄντας καὶ τῆς ἐς Δαρεῖον πίστεως ἕνεκα. (8) Τοῖς πρέσβεσι δὲ τῶν Ἑλλήνων δεομένοις σπείσασθαί σφισιν ὑπὲρ τοῦ παντὸς ξενικοῦ ἀπεκρίνατο, ὁμολογίαν μὲν οὐκ ἂν ποιήσεσθαι πρὸς αὐτοὺς οὐδεμίαν· ἀδικεῖν γὰρ μεγάλα τοὺς στρατευομένους ἐναντία τῇ Ἑλλάδι παρὰ τοῖς βαρβάροις παρὰ τὰ δόγματα τὰ Ἑλλήνων· ἐκέλευσε δὲ ἥκειν ξύμπαντας καὶ παραδιδόναι σφᾶς αὐτοὺς ἐπιτρέποντας Ἀλεξάνδρῳ χρῆσθαι ὅ τι καὶ βούλοιτο ἢ σώζεσθαι ὅπῃ δύναιντο. (9) Οἱ δὲ ἐπιτρέπειν ἔφασαν σφᾶς τε αὐτοὺς καὶ τοὺς ἄλλους Ἀλεξάνδρῳ· ξυμπέμπειν τε ἐκέλευον τὸν ἡγησόμενον αὐτοῖς, ὡς ἀσφαλῶς διακομισθεῖεν παρ' αὐτόν· εἶναι δὲ ἐλέγοντο ἐς χιλίους καὶ πεντακοσίους. Καὶ Ἀλέξανδρος πέμπει Ἀνδρόνικον τὸν Ἀγέρρου καὶ Ἀρτάβαζον παρ' αὐτούς.

ΚΕΦ. ΚΔʹ.

Αὐτὸς δὲ προῆγεν ὡς ἐπὶ Μάρδους, ἀναλαβὼν τούς τε ὑπασπιστὰς καὶ τοὺς τοξότας καὶ Ἀγριᾶνας καὶ τὴν Κοίνου καὶ Ἀμύντου τάξιν καὶ τῶν ἑταίρων ἱππέων τοὺς ἡμίσεας καὶ τοὺς ἱππακοντιστάς· ἤδη γὰρ αὐτῷ καὶ ἱππακοντισταὶ τάξις ἦσαν. (2) Ἐπελθὼν δὲ τὸ πολὺ μέρος τῆς χώρας τῶν Μάρδων πολλοὺς μὲν ἀπέκτεινεν αὐτῶν φεύγοντας, οὓς δέ τινας ἐς ἀλκὴν τετραμμένους, πολλοὺς δὲ ζῶντας ἔλαβεν. Οὐ γὰρ ἔστιν ὅστις χρόνου ἐμβεβλήκει ἐς τὴν γῆν αὐτῶν ἐπὶ πολέμῳ διά τε δυσχωρίαν καὶ ὅτι πένητες οἱ Μάρδοι καὶ μάχιμοι ἐπὶ τῇ πενίᾳ ἦσαν. Οὔκουν οὐδὲ Ἀλέξανδρον ἐμ-

sagittariis angustias transgressus, in planitie juxta amnem non magnum castra posuit. Eo loci Nabarzanes, Darii chiliarcha et Phrataphernes, Hyrcanorum ac Parthorum satrapa, et alii quidam Persarum qui apud Darium illustriore loco fuerant, ad Alexandrum accedunt, seque ei dedunt. (5) Quatuor ibi in castris dies moratus, partem copiarum quam in itinere reliquerat, recepit. Et pars quidem tuto transierant: in Agrianos vero novissimi agminis custodiam tenentes barbari montani irruerunt, sed jaculis repulsi sese receperunt.

6. Motis inde castris, in Hyrcaniam progressus, Zadracarta urbem petit. Eodem fere tempore Craterus ad eum venit, non inventis quidem exteris qui Darium secuti fuerant: omnem vero regionem per quam iter fecerat, partim vi partim deditione incolarum receperat. Erigyius quoque cum impedimentis et curribus eodem pervenit. (7) Neque multo post Artabazus cum Cophene, Ariobarzane et Arsame filiis ad Alexandrum accessit, unaque cum iis legati ab exteris Darium secutis, et Autophradates Tapurorum satrapa. Autophradatem quidem in satrapiam suam restituit. Artabazum autem et liberos secum in honore habuit, tum quod ex principibus Persicæ nationis erant, tum propter eorum erga Darium fidem. (8) Græcorum vero legatis postulantibus ut universos exteros in fidem amicitiamque suam reciperet, respondit se nullam cum iis pactionem initurum. Gravissime enim delinquere, qui adversus Græcos pro barbaris militarent, contra commune Græcorum decretum. Jussit autem ut omnes ad se venirent, seque dederent, ut de ipsis pro suo arbitrio statuere posset, aut sibi quacunque via possent salutem quærerent. (9) Illi semetipsos atque reliquos Alexandro committunt, petentes ut aliquem ipsis ducem mitteret, quo tuto ad eum venire possint. Esse vero circiter mille quingentos esse ferebant. Alexander Andronicum Agerri filium et Artabazum ad eos mittit.

CAP. XXIV.

Ipse in Mardos profectus est, sumptis secum scutatis et sagittariis atque Agrianis, Cœni etiam et Amyntæ agminibus ac dimidia equitum amicorum parte et jaculatoribus equestribus. Jam enim etiam agmen jaculatorum equestrium constituerat. (2) Magna itaque Mardorum regionis parte percursa, multos eorum fugientes, nonnullos ad arma conversos interfecit, multos etiam vivos capit. Ante Alexandrum nemo eam regionem hostiliter invaserat, cum ob asperitatem locorum, tum quod pauperes Mardi et bellicosi propter paupertatem erant. Quocirca neque Alexandrum unquam ipsos adoriturum suspicati, quum et ipse

ϐαλεῖν ἄν ποτε δείσαντες, ἄλλως τε καὶ προκεχωρηκότα ἤδη ἐς τὸ πρόσω, ταύτῃ μᾶλλόν τι ἀφύλακτοι ἡλίσκοντο. (3) Πολλοὶ δὲ αὐτῶν καὶ ἐς τὰ ὄρη κατέφυγον, ἃ δὴ ὑπερύψηλά τε καὶ ἀπότομα αὐτοῖς ἐν τῇ χώρᾳ ἐστίν, ὡς πρὸς ταῦτά γε οὐχ ἥξοντα Ἀλέξανδρον. Ἐπεὶ δὲ καὶ ταύτῃ προσῆγεν, οἱ δὲ πέμψαντες πρέσϐεις σφᾶς τε αὐτοὺς ἐνέδοσαν καὶ τὴν χώραν· καὶ Ἀλέξανδρος αὐτοὺς μὲν ἀφῆκε, σατράπην δὲ ἀπέδειξεν αὐτῶν Αὐτοφραδάτην, ὅνπερ καὶ Ταπούρων.

4. Αὐτὸς δὲ ἐπανελθὼν ἐς τὸ στρατόπεδον ἔνθενπερ ὡρμήθη ἐς τῶν Μάρδων τὴν γῆν, κατέλαϐε τοὺς Ἕλληνας τοὺς μισθοφόρους ἥκοντας καὶ τοὺς Λακεδαιμονίων πρέσϐεις οἳ παρὰ βασιλέα Δαρεῖον ἐπρέσϐευον, Καλλικρατίδαν τε καὶ Παύσιππον καὶ Μόνιμον καὶ Ὀνόμαντα, καὶ Ἀθηναίων Δρωπίδην. Τούτους μὲν δὴ ξυλλαϐὼν ἐν φυλακῇ εἶχε. Τοὺς Σινωπέων δὲ ἀφῆκεν, ὅτι Σινωπεῖς οὔτε τοῦ κοινοῦ τῶν Ἑλλήνων μετεῖχον, ὑπὸ Πέρσαις τε τεταγμένοι οὐκ ἀπεικότα ποιεῖν ἐδόκουν παρὰ τὸν βασιλέα σφῶν πρεσϐεύοντες. (5) Ἀφῆκε δὲ καὶ τῶν ἄλλων Ἑλλήνων ὅσοι πρὸ τῆς εἰρήνης τε καὶ τῆς ξυμμαχίας τῆς πρὸς Μακεδόνας γενομένης παρὰ Πέρσαις ἐμισθοφόρουν, καὶ Καλχηδονίων Ἡρακλείδην τὸν πρεσϐευτὴν ἀφῆκε· τοὺς δ' ἄλλους ξυστρατεύεσθαί οἱ ἐπὶ μισθῷ τῷ αὐτῷ ἐκέλευσε· καὶ ἐπέταξεν αὐτοῖς Ἀνδρόνικον, ὅσπερ ἤγαγέ τε αὐτοὺς καὶ ἔνδηλος γεγόνει οὐ φαῦλον ποιούμενος σῶσαι τοὺς ἄνδρας.

ΚΕΦ. ΚΕ'.

Ταῦτα δὲ διαπραξάμενος ἦγεν ὡς ἐπὶ Ζαδράκαρτα, τὴν μεγίστην πόλιν τῆς Ὑρκανίας, ἵνα καὶ τὰ βασίλεια τοῖς Ὑρκανίοις ἦν. Καὶ ἐνταῦθα διατρίψας ἡμέρας πεντεκαίδεκα καὶ θύσας τοῖς θεοῖς ὡς νόμος καὶ ἀγῶνα γυμνικὸν ποιήσας ὡς ἐπὶ Παρθυαίους ἦγεν· ἐκεῖθεν δὲ ἐπὶ τὰ τῆς Ἀρείας ὅρια καὶ Σουσίαν, πόλιν τῆς Ἀρείας, ἵνα καὶ Σατιϐαρζάνης ἧκε παρ' αὐτὸν ὁ τῶν Ἀρείων σατράπης· (2) τούτῳ μὲν δὴ τὴν σατραπείαν ἀποδοὺς ξυμπέμπει αὐτῷ Ἀνάξιππον τῶν ἑταίρων, δοὺς αὐτῷ τῶν ἱππακοντιστῶν ἐς τεσσαράκοντα, ὡς ἔχοι φύλακας καθιστάναι τῶν τόπων, τοῦ μὴ ἀδικεῖσθαι τοὺς Ἀρείους πρὸς τῆς στρατιᾶς κατὰ τὴν πάροδον.

3. Ἐν τούτῳ δὲ ἀφικνοῦνται παρ' αὐτὸν Περσῶν τινές, οἳ ἤγγελλον Βῆσσον τήν τε τιάραν ὀρθὴν ἔχειν καὶ τὴν Περσικὴν στολὴν φοροῦντα Ἀρταξέρξην τε καλεῖσθαι ἀντὶ Βήσσου καὶ βασιλέα φάσκειν εἶναι τῆς Ἀσίας· ἔχειν τε ἀμφ' αὐτὸν Περσῶν τε τοὺς ἐς Βάκτρα διαφυγόντας καὶ αὐτῶν Βακτριανῶν πολλούς· προσδοκᾶσθαι δὲ ἥξειν αὐτῷ καὶ Σκύθας ξυμμάχους.

4. Ἀλέξανδρος δὲ ὁμοῦ ἤδη ἔχων τὴν πᾶσαν δύναμιν ᾔει ἐπὶ Βάκτρων, ἵνα καὶ Φίλιππος ὁ Μενελάου παρ' αὐτὸν ἀφίκετο ἐκ Μηδίας, ἔχων τούς τε μισθοφόρους ἱππέας, ὧν ἡγεῖτο αὐτός, καὶ Θεσσαλῶν τοὺς ἐθελοντὰς ὑπομείναντας καὶ τοὺς ξένους τοὺς Ἀνδρομάχου. Νικά-

alioqui jam ulterius progressus esset, eo facilius ex improviso capti sunt. (3) Complures autem eorum in montes confugerunt, qui et vehementer excelsi atque abrupti ea in regione erant, existimantes Alexandrum eo nequaquam pervasurum. Postquam vero ea etiam loca adisset, missis legatis sese pariter et regionem dediderunt. Quibus dimissis Autophradatem iis satrapam, ut et Tapuris, statuit.

4. Ipse in castra reversus unde in Mardos moverat, Græcos mercenarios qui ad se venerant, reperit: item Lacedæmoniorum legatos qui ad Darium missi fuerant. Hi erant Callicratidas, Pausippus, Monimus, Onomas: ac Dropides Atheniensium. Quos comprehensos in custodiam tradit. Sinopensium legatos liberos dimisit, quum Sinopenses, nullam cum republica Græcorum societatem habentes, utpote Persis subditi, non inique facere viderentur, si ad regem suum legatos mitterent. (5) Reliquos præterea Græcos, quotquot ante pacem et societatem cum Macedonibus initam apud Persas mercede militaverant, atque item Heraclidem Chalcedonensium legatum, dimisit. Ceteros secum eadem mercede, qua sub Dario meruerant, militare jussit, iisque Andronicum præfecit, qui illos adduxerat judicavitque se non male fecisse, quod illorum vitæ consuluisset.

CAP. XXV.

His rebus peractis ad Zadracarta maximam Hyrcaniæ urbem, ubi regia erat, exercitum duxit. Atque ibidem dies quindecim commoratus sacrificio diis rite facto, gymnicisque ludis editis, in Parthos contendit. Inde in Ariæ fines, ad Susiam Ariorum urbem, quo loci Satibarzanes Ariorum satrapes ad eum venit. (2) Huic satrapatum reddit, unaque cum eo Anaxippum unum ex amicis mittit, quadraginta equestribus jaculatoribus ei adjunctis, quos custodes locorum disponeret, ne Arii ab exercitu illac transeunte damni aliquid acciperent.

3. Per id tempus Persarum nonnulli ad eum venerunt, nuntiantes Bessum tiaram rectam Persicamque vestem gestare, et immutato Bessi nomine Artaxerxem vocari, seque Asiæ regem appellare; habere apud se Persas qui in Bactra profugerant, et ex Bactrianis complures. Scytharum etiam confœderatorum adventum exspectare.

4. Alexander omnes jam copias conjunctas habens in Bactra movet. Eo loci Philippus etiam Menelai filius ad eum ex Media venit, equites mercenarios habens, quibus ipse præerat, et Thessalos qui voluntarii remanserant, ac peregrinos Andromacho duce. Nicanor autem, Parmenionis filius,

νωρ δὲ ὁ Παρμενίωνος ὁ τῶν ὑπασπιστῶν ἄρχων τετελευτήκει ἤδη νόσῳ. (5) Ἰόντι δὲ Ἀλεξάνδρῳ τὴν ἐπὶ Βάκτρα ἐξηγγέλθη Σατιβαρζάνης ὁ Ἀρείων σατράπης Ἀνάξιππον μὲν καὶ ἱππακοντιστὰς τοὺς ξὺν αὐτῷ ἀπεκτονώς, ὁπλίζων δὲ τοὺς Ἀρείους καὶ ξυνάγων εἰς Ἀρτακόανα πόλιν, ἵνα τὸ βασίλειον ἦν τῶν Ἀρείων· ἐκεῖθεν δὲ ὅτι ἔγνωκεν, ἐπειδὰν προκεχωρηκότα Ἀλέξανδρον πύθηται, ἰέναι ξὺν τῇ δυνάμει παρὰ Βῆσσον, ὡς ξὺν ἐκείνῳ ἐπιθησόμενος ὅπῃ ἂν τύχῃ τοῖς Μακεδόσι. (6) Ταῦτα ὡς ἐξηγγέλθη αὐτῷ, τὴν μὲν ἐπὶ Βάκτρα ὁδὸν οὐχ ἦγεν· ἀναλαβὼν δὲ τούς τε ἑταίρους ἱππέας καὶ τοὺς ἱππακοντιστὰς καὶ τοὺς τοξότας καὶ τοὺς Ἀγριᾶνας καὶ τὴν Ἀμύντου τε καὶ Κοίνου τάξιν, τὴν δὲ ἄλλην δύναμιν αὐτοῦ καταλιπὼν καὶ ἐπ' αὐτῇ Κράτερον ἡγεμόνα, σπουδῇ ἦγεν ὡς ἐπὶ Σατιβαρζάνην τε καὶ τοὺς Ἀρείους, καὶ διελθὼν ἐν δυσὶν ἡμέραις σταδίους ἐς ἑξακοσίους πρὸς Ἀρτακόανα ἧκε.

7. Σατιβαρζάνης μὲν οὖν, ὡς ἔγνω ἐγγὺς ὄντα Ἀλέξανδρον, τῇ ὀξύτητι τῆς ἐφόδου ἐκπλαγεὶς ξὺν ὀλίγοις ἱππεῦσι τῶν Ἀρείων ἔφυγε· πρὸς γὰρ τῶνπολλῶν στρατιωτῶν κατελείφθη ἐν τῇ φυγῇ, ὡςκἀκεῖνοι ἔμαθον προσάγοντα Ἀλέξανδρον. Ἀλέξανδρος δέ, ὅσους ξυναιτίους τῆς ἀποστάσεως κατέμαθε καὶ ἐν τῷ τότε ἀπολελοιπότας τὰς κώμας, τούτους δὲ ἄλλῃ καὶ ἄλλῃ, ὀξείας τὰς διώξεις ποιησάμενος, τοὺς μὲν ἀπέκτεινε, τοὺς δὲ ἠνδραπόδισε· σατράπην δὲ Ἀρείων ἀπέδειξεν Ἀρσάμην, ἄνδρα Πέρσην. (8) Αὐτὸς δὲ ξὺν τοῖς ἀμφὶ Κράτερον ὑπολελειμμένοις, ὁμοῦ οὖσιν ἤδη, ὡς ἐπὶ τὴν Ζαραγγαίων χώραν ἦγε· καὶ ἀφικνεῖται ἵνα τὰ βασίλεια τῶν Ζαραγγαίων ἦν. Βαρσαέντης δέ, ὃς τότε κατεῖχε τὴν χώραν, εἷς ὢν τῶν ξυνεπιθεμένων Δαρείῳ ἐν τῇ φυγῇ, προσιόντα Ἀλέξανδρον μαθὼν ἐς Ἰνδοὺς τοὺς ἐπὶ τάδε τοῦ Ἰνδοῦ ποταμοῦ ἔφυγε. Ξυλλαβόντες δὲ αὐτὸν οἱ Ἰνδοὶ παρ' Ἀλέξανδρον ἀπέστειλαν· καὶ ἀποθνήσκει πρὸς Ἀλεξάνδρου τῆς ἐς Δαρεῖον ἀδικίας ἕνεκα.

scutatorum præfectus, jam morbo sublatus erat. (5) Eunti in Bactra Alexandro nuntiatur Satibarzanem Ariorum satrapam, interfecto Anaxippo, et equitibus jaculatoribus qui ei aderant, Arios armare, et ad urbem Artacoana, in qua regia Ariorum erat, congregare. Inde vero statuisse, quando Alexandrum ulterius progressum audisset, cum exercitu ad Bessum ire, ut conjunctis cum illo copiis, quacunque via facultas daretur, Macedones adoriretur. (6) His rebus nuntiatis, intermisso itinere in Bactra, sumptis secum amicis equitibus et jaculatoribus equestribus atque sagittariis et Agrianis et Amyntæ ac Cœni agminibus, reliquo exercitu ibi relicto Crateroque ei præfecto, ipse celeriter adversus Satibarzanem et Arios ducit, stadiisque sexcentis biduo emensis, ad Artacoana pervenit.

7. Satibarzanes, ut appropinquare Alexandrum sensit, celeritate adventus consternatus, cum paucis equitibus Ariorum fugit. Plerique enim milites, quum jam imminere ipsis Alexandrum audirent, eum in fuga destituerunt. Alexander quotquot conscios defectionis fuisse cognovit desertisque tunc pagis abiisse, acriter eos diversis viis insecutus, partim interfecit, partim in servitutem redegit. (8) Arsaceque Persa satrapa Ariorum constituto, ipse una cum iis qui cum Cratero relicti erant in Zarangæos profectus eo pervenit ubi gentis illius regia erat. Barsaentes vero, qui tum eam regionem obtinebat, unus ex iis qui Darium in fuga oppresserant, cognito Alexandri adventu, ad Indos qui cis Indum flumen incolunt fugit. Quem Indi comprehensum ad Alexandrum mittunt. Alexander illum, ob perfidiam qua erga Darium usus fuerat, interfici jussit.

ΚΕΦ. ΚϚʹ.

Ἐνταῦθα καὶ τὴν Φιλώτα ἐπιβουλὴν τοῦ Παρμενίωνος ἔμαθεν Ἀλέξανδρος, καὶ λέγει Πτολεμαῖος καὶ Ἀριστόβουλος ὅτι προηγγελμένην ἤδη οἱ καὶ πρότερον ἐν Αἰγύπτῳ, οὐ μέντοι πιστή γε ἐφάνη τῆς τε φιλίας τῆς πάλαι εἵνεκα καὶ τῆς ἐξ αὐτοῦ ἐς Παρμενίωνά τε τὸν πατέρα τὸν Φιλώτα τιμῆς καὶ ἐς αὐτὸν Φιλώταν πίστεως. (2) Πτολεμαῖος δὲ ὁ Λάγου λέγει εἰσαχθῆναι ἐς Μακεδόνας Φιλώταν· καὶ κατηγορῆσαι μὲν αὐτοῦ ἰσχυρῶς Ἀλέξανδρον, ἀπολογήσασθαι δὲ αὐτὸν Φιλώταν· καὶ τοὺς ἐπιμηνυτὰς τοῦ ἔργου παρελθόντας ἐξελέγξαι Φιλώταν τε καὶ τοὺς ἀμφ' αὐτὸν ἄλλοις τε ἐλέγχοις οὐκ ἀφανέσι καὶ μάλιστα δὴ ὅτι αὐτὸς Φιλώτας πεπύσθαι μὲν ἐπιβουλήν τινα Ἀλεξάνδρῳ παρασκευαζομένην συνέφη, ἐξηλέγχετο δὲ κατασιωπήσας ταύτην πρὸς Ἀλέξανδρον, καίτοι δὶς ἐπὶ τὴν σκη-

CAP. XXVI.

Ibidem Alexander Philotam Parmenionis filium vitæ suæ insidiari cognovit. Ptolemæus et Aristobulus autores sunt, quum jam antea in Ægypto sibi de insidiis significatum fuisset, veteris amicitiæ causa, et honoris quem Parmenioni Philotæ patri habebat, simul etiam fiduciæ causa quam de Philota conceperat, nequaquam sibi verisimile id visum fuisse. (2) At Ptolemæus Lagi filius Philotam ad Macedones adductum scribit, graviterque in concione ab Alexandro accusatum fuisse : ac Philotam quidem se purgasse : deinde indices accessisse et criminationem adversus Philotam atque suos instituisse, idque cum aliis non obscuris argumentis, tum præcipue quod Philotas quidem se de quibusdam insidiis Alexandro paratis audisse confessus esset, quas celasse Alexandrum convincebatur, quum alioqui bis per singulos dies Alexandri tabernaculum adire solitus esset : (3) ac Philotam ceteros-

νὴν ὁσημέραι τὴν Ἀλεξάνδρου φοιτῶν. (3) Καὶ Φιλώταν μὲν κατακοντισθῆναι πρὸς τῶν Μακεδόνων καὶ ὅσοι ἄλλοι μετέσχον αὐτῷ τῆς ἐπιβουλῆς· ἐπὶ Παρμενίωνα δὲ σταλῆναι Πολυδάμαντα, ἕνα τῶν ἑταίρων, γράμματα φέροντα παρ' Ἀλεξάνδρου πρὸς τοὺς στρατηγοὺς τοὺς ἐν Μηδίᾳ, Κλέανδρόν τε καὶ Σιτάλκην καὶ Μενίδαν· οὗτοι γὰρ ἐπὶ τῆς στρατιᾶς ἧς ἦρχε Παρμενίων τεταγμένοι ἦσαν. (4) Καὶ πρὸς τούτων ἀποθανεῖν Παρμενίωνα, τυχὸν μὲν ὅτι οὐ πιστὸν ἐδόκει εἶναι Ἀλέξανδρος Φιλώτα ἐπιβουλεύοντος μὴ ξυμμετασχεῖν Παρμενίωνα τῷ παιδὶ τοῦ βουλεύματος, τυχὸν δὲ ὅτι, εἰ καὶ μὴ ξυμμετέσχε, σφαλερὸς ἤδη ἦν περιὼν Παρμενίων, τοῦ παιδὸς αὐτοῦ ἀνῃρημένου, ἐν τοσαύτῃ ὢν ἀξιώσει παρά τε αὐτῷ Ἀλεξάνδρῳ καὶ ἐς τὸ ἄλλο στράτευμα, μὴ ὅτι τὸ Μακεδονικόν, ἀλλὰ καὶ τῶν ἄλλων ξένων, ὧν πολλάκις καὶ ἐν τῷ μέρει καὶ παρὰ τὸ μέρος κατὰ πρόσταξιν τὴν Ἀλεξάνδρου ξὺν χάριτι ἐξηγεῖτο.

ΚΕΦ. ΚΖ'.

Λέγουσι δὲ καὶ Ἀμύνταν τὸν Ἀνδρομένους κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον ὑπαχθῆναι ἐς κρίσιν, καὶ Πολέμωνα καὶ Ἄτταλον καὶ Σιμμίαν τοὺς Ἀμύντου ἀδελφούς, ὡς ξυμμετασχόντας καὶ αὐτοὺς τῆς ἐπιβουλῆς τῆς κατ' Ἀλεξάνδρου κατὰ πίστιν τε καὶ ἑταιρίαν τὴν Φιλώτα. (2) Καὶ ἐδόκει πιστοτέρα ἡ ἐπιβουλὴ ἐς τὸ πλῆθος, ὅτι Πολέμων, εἷς τῶν ἀδελφῶν τῶν Ἀμύντου, ξυλληφθέντος Φιλώτα, ἔφυγεν ἐς τοὺς πολεμίους. Ἀλλ' Ἀμύντας γε ξὺν τοῖς ἀδελφοῖς ὑπομείνας τὴν δίκην καὶ ἀπολογησάμενος ἐν Μακεδόσι καρτερῶς ἀφίεται τῆς αἰτίας· καὶ εὐθὺς ὡς ἀπέφυγεν, ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ἠξίωσεν ἀφεθῆναί οἱ ἐλθεῖν παρὰ τὸν ἀδελφὸν καὶ ἐπαναγαγεῖν αὐτὸν παρὰ τὸν Ἀλέξανδρον· καὶ οἱ Μακεδόνες ξυγχωροῦσιν. (3) Ὁ δὲ ἀπελθὼν αὐτῇ τῇ ἡμέρᾳ τὸν Πολέμωνα ἐπανήγαγε· καὶ ταύτῃ πολὺ ἔτι μᾶλλον ἢ πρόσθεν ἔξω αἰτίας ἐφάνη Ἀμύντας. Ἀλλὰ ὀλίγον γε ὕστερον κώμην τινὰ πολιορκῶν τοξευθεὶς ἐκ τῆς πληγῆς ἐτελεύτησεν, ὥστε οὐδὲν πλέον αὐτῷ γίγνεται τὴν κρίσιν ἀποφυγόντι ὅτι μὴ ἀγαθῷ νομιζομένῳ ἀποθανεῖν.

4. Ἀλέξανδρος δέ, καταστήσας ἐπὶ τοὺς ἑταίρους ἱππάρχας δύο, Ἡφαιστίωνά τε τὸν Ἀμύντορος καὶ Κλεῖτον τὸν Δρωπίδου, καὶ δίχα διελὼν τὴν τάξιν τῶν ἑταίρων, ὅτι οὐδὲ φίλων ἂν ἠβούλετο ἕνα τοσούτων ἱππέων, ἄλλως τε καὶ τῶν κρατίστων τοῦ παντὸς ἱππικοῦ κατά τε ἀξίωσιν καὶ τὴν ἄλλην ἀρετὴν ἐξηγεῖσθαι, ἀφικνεῖται ἐς τοὺς πάλαι μὲν Ἀριάσπας καλουμένους, ὕστερον δὲ Εὐεργέτας ἐπονομασθέντας, ὅτι Κύρῳ τῷ Καμβύσου ξυνεπελάβοντο τῆς ἐς Σκύθας ἐλάσεως. (5) Καὶ τούτους Ἀλέξανδρος ὧν τε ἐς Κῦρον ὑπῆρξαν οἱ πρόγονοι αὐτῶν τιμήσας καὶ αὐτὸς καταμαθὼν ἄνδρας οὐ κατὰ τοὺς ἄλλους τοὺς ταύτῃ βαρβάρους πολιτεύοντας, ἀλλὰ τοῦ δικαίου ἴσα καὶ τοῖς κρατίστοις τῶν Ἑλλήνων μεταποιουμένους, ἐλευθέρους τε ἀφῆκε καὶ χώραν τῆς

que omnes insidiarum conscios a Macedonibus jaculis confossos esse. Ad Parmenionem vero missum Polydamantem, unum ex amicis, literas ab Alexandro ad duces exercitus qui in Media erant ferentem. Hi erant, Cleander, Sitalces et Menides, qui quidem in exercitu cui præerat Parmenio duces erant constituti, (4) et ab his Parmenionem interfectum : sive quod haud verisimile videretur Alexandro, quum Philotas sibi insidias struxisset, Parmenionem patrem ejus consilii ignarum fuisse : sive, ut maxime conscius non esset, quod periculosum videretur illum interfecto filio superesse : præcipue quum tanta ejus esset auctoritas tum apud Alexandrum, tum apud universum exercitum non solum Macedonum, verum etiam exterorum, quibus sæpenumero sive ordine ipsum vocante sive etiam extra ordinem, jussu Alexandri, summa cum gratia præfuerat.

CAP. XXVII.

Ferunt quoque eodem tempore etiam Amyntam Andromenis filium in judicium vocatum, et cum eo Polemonem, Attalum Simmiamque, Amyntæ fratres, tanquam et ipsi insidiarum adversus Alexandrum conscii fuissent, ob fidem atque amicitiam quam cum Philota coluerant. (2) Hoc etiam insidiarum suspicionem verisimiliorem apud multitudinem effecit, quod Polemon, unus ex Amyntæ fratribus, Philota comprehenso, ad hostes profugerat. At quum Amyntas cum fratribus actionem publicam sustinuisset, causamque suam strenue apud Macedones dixisset, ab ea criminatione absolutus est : statimque post absolutionem in concilio factam, potestatem sibi fieri petiit eundi ad fratrem, ut eum ad Alexandrum reduceret. (3) Quod quum a Macedonibus illi concessum esset, abiit, eodemque die Polemonem reduxit. Ex eo multo quam antea manifestius apparuit Amyntam extra culpam fuisse. Ceterum paulo post pagum quendam oppugnans, sagitta ictus, ex eo vulnere interiit : adeo ut nihil illi ex illa absolutione accesserit, præter quam quod vir bonus habitus interierit.

4. Post hæc Alexander amicorum equitatui duces duos Hephæstionem Amyntoris filium, et Clitum Dropidis præfecit, divisisque in duas partes amicorum copiis (neque enim vel amicum volebat unum tot equitibus, qui alioqui præstantissimi totius equitatus et dignitate et bellica virtute erant, solum præfectum esse), ad eos pervenit qui olim quidem Ariaspæ, postea vero Euergetæ vocati sunt (hoc est benefici), quod Cyrum Cambysis filium in expeditione Scythica adjuverant. (5) Hos Alexander, quod illorum majores de Cyro bene meriti fuissent, honore affecit. Quumque ipse intelligeret eos non more reliquorum ejus regionis barbarorum vivere, sed perinde atque qui apud Græcos optime instituti sunt, justitiam colere, liberos dimisit, tantumque

ὁμόρου ὅσην αὐτοὶ σφίσιν ᾔτησαν (οὐ πολλὴν δὲ οὐδ' αὐτοὶ ᾔτησαν), προσέθηκεν. Ἐνταῦθα θύσας τῷ Ἀπόλλωνι Δημήτριον μὲν ἕνα τῶν σωματοφυλάκων, ὑποπτεύσας μετασχεῖν Φιλώτᾳ τῆς ἐπιβουλῆς, ξυνέλαβε· σωματοφύλακα δὲ ἀντὶ Δημητρίου ἀπέδειξε Πτολεμαῖον τὸν Λάγου.

ex finitimis locis agri quantum petiere (exiguum autem petiere) dedit. Eo loci Apollini sacrum fecit: et Demetrium, unum ex corporis custodibus, quem Philotæ consiliorum participem fuisse suspicabatur, comprehendit, et Ptolemæum agi in ejus locum suffecit.

ΚΕΦ. ΚΗ'.

Ταῦτα δὲ διαπραξάμενος προῄει ὡς ἐπὶ Βάκτρα τε καὶ Βῆσσον, Δράγγας τε καὶ Γαδρωσοὺς ἐν τῇ παρόδῳ παραστησάμενος. Παρεστήσατο δὲ καὶ τοὺς Ἀραχώτους καὶ σατράπην κατέστησεν ἐπ' αὐτοῖς Μένωνα. Ἐπῆλθε δὲ καὶ τῶν Ἰνδῶν τοὺς προσχώρους Ἀραχώτοις. Ξύμπαντα δὲ ταῦτα τὰ ἔθνη διὰ χιόνος τε πολλῆς καὶ ξὺν ἀπορίᾳ τῶν ἐπιτηδείων καὶ τῶν στρατιωτῶν ταλαιπωρίᾳ ἐπῆλθε. (2) Μαθὼν δὲ τοὺς Ἀρείους αὖθις ἀφεστάναι, Σατιβαρζάνου ἐς τὴν χώραν αὐτῶν ἐμβαλόντος σὺν ἱππεῦσι δισχιλίοις, οὓς παρὰ Βήσσου ἔλαβεν, ἀποστέλλει παρ' αὐτοὺς Ἀρτάβαζόν τε τὸν Πέρσην καὶ Ἐρίγυιον καὶ Κάρανον τῶν ἑταίρων· προσέταξε δὲ καὶ Φραταφέρνην, τὸν τῶν Παρθυαίων σατράπην, ξυνεμβαλεῖν αὐτοῖς ἐς τοὺς Ἀρείους. (3) Καὶ γίγνεται μάχη τοῖς ἀμφὶ Ἐρίγυιον καὶ Κάρανον πρὸς Σατιβαρζάνην καρτερά, οὐδὲ πρόσθεν οἱ βάρβαροι ἐνέκλιναν πρὶν Σατιβαρζάνην ξυμπεσόντα Ἐριγυίῳ πρὸς Ἐριγυίου πληγέντα δόρατι ἐς τὸ πρόσωπον ἀποθανεῖν. Τότε δὴ ἐγκλίναντες οἱ βάρβαροι προτροπάδην ἔφευγον.

4. Ἐν τούτῳ δὲ Ἀλέξανδρος πρὸς τὸν Καύκασον τὸ ὄρος ἦγεν, ἵνα καὶ πόλιν ἔκτισε καὶ ὠνόμασεν Ἀλεξάνδρειαν· καὶ θύσας ἐνταῦθα τοῖς θεοῖς ὅσοις νόμος αὐτῷ ὑπερέβαλε τὸ ὄρος τὸν Καύκασον, σατράπην μὲν τῇ χώρᾳ ἐπιτάξας Προέξην, ἄνδρα Πέρσην, τῶν δὲ ἑταίρων Νειλόξενον τὸν Σατύρου ἐπίσκοπον ξὺν στρατιᾷ ἀπολιπών.

5. Τὸ δὲ ὄρος ὁ Καύκασος ὑψηλὸν μέν ἐστιν ὥσπερ τι ἄλλο τῆς Ἀσίας, ὡς λέγει Ἀριστόβουλος, ψιλὸν δὲ τὸ πολὺ αὐτοῦ τό γε ταύτῃ. Μακρὸν γὰρ ὄρος παρατέταται ὁ Καύκασος, ὥστε καὶ τὸν Ταῦρον τὸ ὄρος, ὃς δὴ τὴν Κιλικίαν τε καὶ Παμφυλίαν ἀπείργει, ἀπὸ τοῦ Καυκάσου εἶναι λέγουσι καὶ ἄλλα ὄρη μεγάλα ἀπὸ τοῦ Καυκάσου διακεκριμένα ἄλλῃ καὶ ἄλλῃ ἐπωνυμίᾳ κατὰ ἤθη τὰ ἑκάστων. (6) Ἀλλὰ ἔν γε τούτῳ τῷ Καυκάσῳ οὐδὲν ἄλλο ὅτι μὴ τέρμινθοι πεφύκασι καὶ σίλφιον, ὡς λέγει Ἀριστόβουλος· ἀλλὰ καὶ ὣς ἐπῳκεῖτο πολλοῖς ἀνθρώποις καὶ πρόβατα πολλὰ καὶ κτήνη ἐνέμοντο, ὅτι καὶ χαίρουσι τῷ σιλφίῳ τὰ πρόβατα, καὶ εἰ ἐκ πολλοῦ πρόβατον σιλφίου αἴσθοιτο, καὶ θεῖ ἐπ' αὐτὸ καὶ τό τε ἄνθος ἐπινέμεται καὶ τὴν ῥίζαν ἀνορύττον καὶ ταύτην κατεσθίει. (7) Ἐπὶ τῷδε ἐν Κυρήνῃ ὡς μακροτάτω ἀπελαύνουσι τὰς ποίμνας τῶν χωρίων ἵνα αὐτοῖς τὸ σίλφιον φύεται· οἱ δὲ καὶ περιφράσσουσι τὸν χῶρον, τοῦ μηδ' εἰ πελάσειεν αὐτῷ πρόβατα, δυνατὰ γενέσθαι εἴσω παρελθεῖν, ὅτι πολλοῦ ἄξιον Κυρηναίοις τὸ σίλφιον.

CAP. XXVIII.

His peractis in Bactra et Bessum movit, Drangis Gadrosisque in ipso itinere subactis. Subegit autem etiam Arachotos, et Menonem iis satrapam constituit. Posthæc Indos Arachotis finitimos invadit: omnes has gentes per multas nives, in magna rerum omnium penuria, summis militum laboribus subjugavit. (2) Quumque cognovisset Arios denuo descivisse, Satibarzane cum duobus millibus equitum, quos a Besso acceperat, in eorum agros ingresso, Artabazum Persam et Erigyium Caranumque ex amicis in eos mittit, Phrataphernе Parthorum satrapa una cum eis in Arios misso. (3) Atrox ibi Erigyii et Carani adversus Satibarzanem prælium committitur. Neque prius barbari in fugam sese inclinarunt, quam Satibarzanes cum Erigyio congressus ab eoque faciem jaculo transfossus cecidit. Tum effusa barbarorum fuga fit.

4. Inter hæc Alexander ad Caucasum montem profectus, urbem ibi condidit, quam Alexandriam nominavit, et sacrificio diis quibus solebat facto, Caucasum montem superavit. Satrapam illi regioni constituit Proexem Persam; ex amicis vero Niloxenum Satyri filium inspectorem cum exercitu ibi relinquit.

5. Mons Caucasus nulli montium qui in Asia sunt altitudine secundus est, ut Aristobulus auctor est. Ejus ut plurimum nudum dorsum erat in hac certe parte: in magnam enim longitudinem porrigitur Caucasus; adeo ut et Taurum montem, qui Ciliciam Pamphyliamque disterminat, a Caucaso duci velint, aliosque ingentes montes qui pro varietate gentium, a quibus incoluntur, nomina variant. (6) At in hoc Caucaso nihil præter terebinthum et silphium nascitur, ut auctor est Aristobulus: et nihilominus multos incolas habebat, multæque in eo pecudes atque armenta pascebantur, quod pecudes silphium amant, et si ex longinquiore loco id per odoratum senserint, citatim eo feruntur, depastoque flore radicem etiam suffodiunt atque arrodunt: (7) eamque ob causam Cyrenæi greges ovium quam longissime ab iis locis arcent, quibus silphium nascitur: nonnulli etiam sepem obducunt, ne si pecudes propius accedant, intrare possint. Magno enim apud Cyrenæos in pretio est silphium.

8. Βῆσσος δέ, ἔχων ἀμφ' αὐτὸν Περσῶν τε τοὺς μετασχόντας αὐτῷ τῆς Δαρείου συλλήψεως καὶ αὐτῶν Βακτρίων ἐς ἑπτακισχιλίους καὶ Δάας τοὺς ἐπὶ τάδε τοῦ Τανάϊδος ποταμοῦ ἐποικοῦντας, ἔφθειρε τὴν ὑπὸ τῷ ὄρει τῷ Καυκάσῳ, ὡς ἐρημίᾳ τε τῆς χώρας τῆς ἐν μέσῳ αὐτοῦ τε καὶ Ἀλεξάνδρου καὶ ἀπορίᾳ τῶν ἐπιτηδείων ἀπείρξων Ἀλέξανδρον τοῦ μὴ ἐλαύνειν πρόσω. (9) Ἀλλ' Ἀλέξανδρος ἤλαυνεν οὐδὲν μεῖον, χαλεπῶς μὲν διά τε χιόνος πολλῆς καὶ ἐνδείᾳ τῶν ἀναγκαίων, ᾔει δὲ ὅμως. Βῆσσος δέ, ἐπεὶ ἐξηγγέλλετο αὐτῷ οὐ πόῤῥω ἤδη ὢν Ἀλέξανδρος, διαβὰς τὸν Ὦξον ποταμὸν τὰ μὲν πλοῖα ἐφ' ὧν διέβη κατέκαυσεν, αὐτὸς δὲ ἐς Ναύτακα τῆς Σογδιανῆς χώρας ἀπεχώρει. (10) Εἵποντο δὲ αὐτῷ οἵ τε ἀμφὶ Σπιταμένην καὶ Ὀξυάρτην, ἔχοντες τοὺς ἐκ τῆς Σογδιανῆς ἱππέας, καὶ Δάαι οἱ ἀπὸ τοῦ Τανάϊδος. Οἱ δὲ τῶν Βακτρίων ἱππεῖς ὡς φεύγειν ἐγνωκότα ἔμαθον Βῆσσον, ἄλλος ἄλλῃ ἐπὶ τὰ σφῶν ἕκαστοι ἀπηλλάγησαν.

ΚΕΦ. ΚΘ'.

Ἀλέξανδρος δὲ ἐς Δράψακα ἀφικόμενος καὶ ἀναπαύσας τὴν στρατιὰν ἐς Ἄορνόν τε ἦγε καὶ Βάκτρα, αἳ δὴ μέγισταί εἰσι πόλεις ἐν τῇ Βακτρίων χώρᾳ. Καὶ ταύτας τε ἐξ ἐφόδου ἔλαβε καὶ φυλακὴν ἐν τῇ ἄκρᾳ τῆς Ἀόρνου ἀπέλιπε καὶ ἐπὶ ταύτης Ἀρχέλαον τὸν Ἀνδρόκλου τῶν ἑταίρων· τοῖς δὲ ἄλλοις Βακτρίοις, οὐ χαλεπῶς προσχωρήσασιν, ἐπέταξε σατράπην Ἀρτάβαζον τὸν Πέρσην.

2. Αὐτὸς δὲ ἦγεν ὡς ἐπὶ τὸν Ὦξον ποταμόν· ὁ δὲ Ὦξος ῥέει μὲν ἐκ τοῦ ὄρους τοῦ Καυκάσου, ἔστι δὲ ποταμῶν μέγιστος τῶν ἐν τῇ Ἀσίᾳ, ὅσους γε δὴ Ἀλέξανδρος καὶ οἱ ξὺν Ἀλεξάνδρῳ ἐπῆλθον, πλὴν τῶν Ἰνδῶν ποταμῶν· οἱ δὲ Ἰνδοὶ πάντων ποταμῶν μέγιστοί εἰσιν· ἐξίησι δὲ ὁ Ὦξος ἐς τὴν μεγάλην θάλασσαν τὴν καθ' Ὑρκανίαν. (3) Διαβάλλειν δὲ ἐπιχειροῦντι αὐτῷ τὸν ποταμὸν πάντῃ ἄπορον ἐφαίνετο· τὸ μὲν γὰρ εὖρος ἦν ἐς ἓξ μάλιστα σταδίους, βαθὺς οὐ πρὸς λόγον τοῦ εὔρους, ἀλλὰ πολὺ δή τι βαθύτερος καὶ ψαμμώδης, καὶ ῥεῦμα ὀξὺ [ἔχων], ὡς τὰ καταπηγνύμενα πρὸς αὐτοῦ τοῦ ῥοῦ ἐκστρέφεσθαι ἐκ τῆς γῆς οὐ χαλεπῶς, οἷα δὴ οὐ βεβαίως κατὰ τῆς ψάμμου ἱδρυμένα. (4) Ἄλλως δὲ καὶ ἀπορία ὕλης ἐν τοῖς τόποις ἦν καὶ τριβὴ πολλὴ ἐφαίνετο, εἰ μακρόθεν μετίοιεν ὅσα ἐς γεφύρωσιν τοῦ πόρου. Ξυναγαγὼν οὖν τὰς διφθέρας ὑφ' αἷς ἐσκήνουν οἱ στρατιῶται, φορυτοῦ ἐμπλῆσαι ἐκέλευσεν ὡς ξηροτάτου καὶ καταδῆσαί τε καὶ ξυῤῥάψαι ἀκριβῶς τοῦ μὴ ἐσδύεσθαι ἐς αὐτὰς τοῦ ὕδατος. Ἐμπλησθεῖσαι δὲ καὶ ξυῤῥαφεῖσαι ἱκαναὶ ἐγένοντο διαβιβάσαι τὸν στρατὸν ἐν πέντε ἡμέραις.

5. Πρὶν δὲ διαβαίνειν τὸν ποταμόν, τῶν τε Μακεδόνων ἐπιλέξας τοὺς πρεσβυτάτους καὶ ἤδη ἀπολέμους καὶ τῶν Θεσσαλῶν τοὺς ἐθελοντὰς καταμείναντας, ἐπ' οἴκου ἀπέστειλεν. Ἐκπέμπει δὲ καὶ Στασάνορα, ἕνα

8. Bessus autem Persis, qui participes consiliorum in capiendo Dario fuerant, comitatus, Bactrianisque circiter septem millibus, et Dais cis Tanaim fluvium habitantibus, regionem Caucaso adjacentem depopulatus est, ut præ vastitate regionis inter se et Alexandrum interjectæ, rerumque necessariarum penuria, Alexandrum quominus progrederetur impediret. (9) Is vero idcirco nihilominus processit, difficulter quidem ob nivium altitudinem, et commeatus inopiam: processit tamen. Bessus, ut cognovit Alexandrum non procul abesse, Oxo flumine trajecto, navigia quibus copias transvexerat incendit; ipse in Nautaca Sogdianæ regionis se recepit. (10) Sequebantur eum Spitamenes et Oxyartes cum equitibus Sogdianis, et Dais a Tanai profectis. Bactriani equites, quum in fuga Bessum salutis suæ spem posuisse intellexerunt, alius alio dilapsi domum reverterunt.

CAP. XXIX.

Alexander inde Drapsaca profectus, recreato exercitu, in Aornum et Bactra movit, quæ quidem maximæ sunt in Bactris urbes: quibus primo impetu captis, præsidium in arce Aorni constituit, cui Archelaum Androcli filium, unum ex amicis, præfecit. Reliquis vero Bactriis non difficulter sese dedentibus Artabazum Persam satrapam dedit.

2. Ipse ad Oxum flumen exercitum duxit. Oxus fluvius e monte Caucaso fluit, omnium Asiæ fluminum, quotquot Alexander cum exercitu adiit, maximum, Indorum fluminibus exceptis. Hæc enim omnia flumina magnitudine superant. Oxus porro in mare magnum, juxta Hyrcaniam, influit. (3) Conanti Alexandro flumen transire nulla se facultas offerre videbatur. Namque ejus latitudo ad sex maxime stadia extenditur: altitudo latitudini non respondet, sed profundior et sabulosus est. Cursus fluminis adeo rapidus, ut facile quæ vado infixa fuerint subvertat secumque rapiat, utpote quæ ob sabulum firmiter stabilita non sint. (4) Ad hæc materia etiam in his locis deerat, multum præterea moræ faciendum videbatur, si ex longinquo apportanda essent quæcunque ad flumen ponte jungendum erant necessaria. Collectis itaque pellibus sub quibus milites in tentoriis degebant, sarmentis quam maxime siccis eas impleri, accurateque vinciri et consui jubet, ne aquam aliqua ex parte admittere possent. Quibus ita impletis et consutis, exercitum quinque dierum spatio traduxit.

5. Antequam vero flumen trajiceret, seligens ex Macedonibus qui aut præ ætate aut vulneribus inepti ad pugnam erant, et ex Thessalis qui voluntarii remanserant, domum remisit. Stasanorem quoque, unum ex amicis, in

τῶν ἑταίρων, ἐς Ἀρείους, προστάξας Ἀρσάμην μὲν τὸν σατράπην τῶν Ἀρείων ξυλλαβεῖν, ὅτι ἐθελοκακεῖν αὐτῷ Ἀρσάμης ἔδοξεν, αὐτὸν δὲ σατράπην εἶναι ἀντ' ἐκείνου Ἀρείων.

Collectis itaque ex omni numero eorum qui conscendendis rupibus in obsidionibus assueverant, trecentis, præparatis exiguis paxillis ferreis, quibus tabernacula affixa erant, ita ut in nivem, ubi illa gelu constricta esset, aut iis locis quæ nivem non habebant, defigere possent, validos funes linteos iis alligant, noctuque ad eam rupis partem quæ maxime prærupta arduaque erat, atque ob id præsidio non indigere videbatur, sese conferunt, (2) et paxillis partim in terram nive vacuam, partim in nivem ipsam, quæ maxime congelata esset, defixis, ipsi se alia atque alia via in altum nitentes sublevant. Atque ex his quidem XXX in ascensu perierunt, adeo ut ne corpora quidem, ut sepeliri possent, inventa sint, in nivem scilicet hic illic demersa. (3) Reliqui quum sub lucem in verticem rupis evasissent, linteorum quassatione Macedonum exercitui ascensus significationem dederunt. Ita enim illis ab Alexandro imperatum fuerat. Misso itaque statim caduceatore, Alexander procubitoribus barbaris denuntiari jubet, ut nulla interposita mora sese dedant. Inventos enim esse abs se homines alatos et ab iis petræ cacumen teneri : simulque iis milites qui in vertice rupis stabant ostendit.

4. Οἱ δὲ βάρβαροι ἐκπλαγέντες τῷ παραλόγῳ τῆς ὄψεως καὶ πλείονάς τε ὑποτοπήσαντες εἶναι τοὺς κατέχοντας τὰ ἄκρα καὶ ἐντελῶς ὡπλισμένους, ἐνέδοσαν σφᾶς αὐτούς· οὕτω πρὸς τὴν ὄψιν τῶν ὀλίγων ἐκείνων Μακεδόνων ἐφοβήθησαν. Ἔνθα δὴ ἄλλων τε πολλῶν γυναῖκες καὶ παῖδες ἐλήφθησαν καὶ ἡ γυνὴ ἡ Ὀξυάρτου καὶ οἱ παῖδες. (5) Καὶ γὰρ ἦν Ὀξυάρτῃ παῖς παρθένος ἐν ὥρᾳ γάμου, Ῥωξάνη ὄνομα, ἣν δὴ καλλίστην τῶν Ἀσιανῶν γυναικῶν λέγουσιν ὀφθῆναι οἱ ξὺν Ἀλεξάνδρῳ στρατεύσαντες μετά γε τὴν Δαρείου γυναῖκα. Καὶ ταύτην ἰδόντα Ἀλέξανδρον ἐς ἔρωτα ἐλθεῖν αὐτῆς· ἐρασθέντα δὲ οὐκ ἐθελῆσαι ὑβρίσαι καθάπερ αἰχμάλωτον, ἀλλὰ γῆμαι γὰρ οὐκ ἀπαξιῶσαι. (6) Καὶ τοῦτο ἐγὼ Ἀλεξάνδρου τὸ ἔργον ἐπαινῶ μᾶλλόν τι ἢ μέμφομαι. Καίτοι τῆς Δαρείου γυναικός, ἣ καλλίστη δὴ ἐλέγετο τῶν ἐν τῇ Ἀσίᾳ γυναικῶν, ἢ οὐκ ἦλθεν ἐς ἐπιθυμίαν ἢ καρτερὸς αὑτοῦ ἐγένετο, νέος τε ὢν καὶ τὰ μάλιστα ἐν ἀκμῇ τῆς εὐτυχίας, ὁπότε ὑβρίζουσιν οἱ ἄνθρωποι· ὁ δὲ κατῃδέσθη τε καὶ ἐφείσατο, σωφροσύνῃ τε πολλῇ διαχρώμενος καὶ δόξης ἅμα ἀγαθῆς οὐκ ἀτόπῳ ἐφέσει.

4. Barbari inopinato spectaculo attoniti, plures eos quam erant et bene armatos esse rati, sese dedunt. Tanto terrori iis paucorum Macedonum aspectus fuit. Multæ ibi tum aliorum uxores et liberi capti sunt, tum Oxyartis uxor et liberi. (5) Erat porro Oxyartis filia Roxane virgo nubilis, quam omnium Asiaticarum mulierum pulcherrimam fuisse, post Darii uxorem, qui Alexandro militarunt, narrant. Qua visa, Alexandrum ejus amore captum, contumeliam ei tamquam captivæ inferre noluisse, sed vel uxorem eam ducere dedignatum non fuisse. (6) Quod quidem Alexandri factum laude potius quam reprehensione dignum censuerim. Quamquam Darii uxoris (quæ formosissima omnium Asiæ mulierum habita fuit) aut desiderio tactus non fuit, aut cupiditati suæ imperavit, etsi in ipso ætatis flore summæque felicitatis culmine constitutus: quæ duo maxime humanos animos ad contumeliam aliis inferendam provocare solent: sed quadam reverentia ductus ei pepercit: magna profecto continentia usus, et magno quodam gloriæ studio impulsus.

ΚΕΦ. Κ'.

Καὶ τοίνυν καὶ λόγος κατέχει, ὀλίγον μετὰ τὴν μάχην ἣ πρὸς Ἰσσῷ Δαρείῳ τε καὶ Ἀλεξάνδρῳ ξυνέβη, ἀποδράντα τὸν εὐνοῦχον τὸν φύλακα αὐτῷ τῆς γυναικὸς ἐλθεῖν παρὰ Δαρεῖον. Καὶ τοῦτον ὡς εἶδε Δαρεῖος, πρῶτα μὲν πυθέσθαι εἰ ζῶσιν αὐτῷ αἱ παῖδες καὶ ἡ γυνή τε καὶ ἡ μήτηρ. (2) Ὡς δὲ ζώσας τε ἐπύθετο καὶ βασίλισσας ὅτι καλοῦνται καὶ ἡ θεραπεία ὅτι ἀμφ' αὐτάς ἐστιν ἥντινα καὶ ἐπὶ Δαρείου ἐθεραπεύοντο, ἐπὶ τῷδε αὖ πυθέσθαι εἰ σωφρονεῖ αὐτῷ ἡ γυνὴ ἔτι. Ὡς δὲ σωφρονεῖν ἐπύθετο, αὖθις ἐρέσθαι μήτι βίαιον ἐξ Ἀλεξάνδρου αὐτῇ ἐς ὕβριν ξυνέβη· καὶ τὸν εὐνοῦχον ἐπομόσαντα φάναι ὅτι, Ὦ βασιλεῦ, οὕτω τοι ὡς ἀπέλιπες ἔχει ἡ σὴ γυνή, καὶ Ἀλέξανδρος ἀνδρῶν ἄριστός τε ἐστὶ καὶ σωφρονέστατος. (3) Ἐπὶ τοῖσδε ἀνατεῖναι Δαρεῖον ἐς τὸν οὐρανὸν τὰς χεῖρας καὶ εὔξασθαι ὧδε· Ἀλλ', ὦ Ζεῦ βασιλεῦ, ὅτῳ ἐπιτέτραπται νέμειν τὰ βασιλέων πράγματα ἐν ἀνθρώποις, σὺ νῦν μάλιστα μὲν ἐμοὶ φύλαξον Περσῶν τε καὶ Μήδων τὴν ἀρχήν, ὥσπερ οὖν καὶ ἔδωκας· εἰ δὲ δὴ ἐγὼ οὐκέτι σοι βασιλεὺς τῆς Ἀσίας, σὺ δὲ μηδενὶ ἄλλῳ ὅτι μὴ Ἀλεξάνδρῳ παραδοῦναι τὸ ἐμὸν κράτος. Οὕτως οὐδὲ πρὸς τῶν πολεμίων ἄρα ἀμελεῖται ὅσα σώφρονα ἔργα.

4. Ὀξυάρτης δὲ ἀκούσας τοὺς παῖδας ἐχομένους, ἀκούσας δὲ καὶ ὑπὲρ Ῥωξάνης τῆς θυγατρὸς ὅτι μέλει αὐτῆς Ἀλεξάνδρῳ, θαρρήσας ἀφίκετο παρ' Ἀλέξανδρον, καὶ ἦν ἐν τιμῇ παρ' αὐτῷ, ἧπερ εἰκὸς ἐπὶ ξυντυχίᾳ τοιαύτῃ.

CAP. XX.

Fama etiam tenet, paulo post pugnam apud Issum inter Alexandrum et Darium commissam eunuchum, Darii uxoris custodem, castris elapsum ad Darium confugisse, quem ut conspexit Darius, primum interrogasse an filiæ ac filii, uxorque et mater viverent? (2) Quas quum vivere et reginas vocari eundemque honorem illis, qui apud Darium habitus fuerat, haberi dixisset, rursus quæsivit an uxor matrimonii fidem servaret. Quod quum eunuchus affirmaret, rursus percontatus est, an Alexander illi vim aliquam quæ ad ejus ludibrium pertineret intulisset: quumque eunuchus jure jurando adhibito testaretur, uxorem Darii in eo statu quo eam reliquerat esse, et Alexandrum omnium mortalium optimum ac temperantissimum esse: (3) tum Darium manus ad cœlum tendentem, ita orasse: Jupiter rex, qui regum in terris negotia statuisque moderaris, tu mihi Medorum ac Persarum imperium quod dedisti stabilito. Sin vero jam de me actum est, ut rex Asiæ esse desinam, in neminem alium quam in Alexandrum imperium meum transferto. Adeo ne ab hostibus quidem quod honeste quis agit, negligitur.

4. Oxyartes vero ut liberos suos captos audivit, filiamque suam Alexandro curæ esse, erecto in bonam spem animo ad Alexandrum venit, magnoque in honore, ut par erat ob ejusmodi conjunctionem, ab Alexandro habitus est.

ΚΕΦ. ΚΑ'.

Ἀλέξανδρος δέ, ὡς τὰ ἐν Σογδιανοῖς αὐτῷ διεπέπρακτο, ἐχομένης ἤδη καὶ τῆς πέτρας ἐς Παραιτάκας προὐχώρει, ὅτι καὶ ἐν Παραιτάκαις χωρίον τι ὀχυρόν, ἄλλην πέτραν, κατέχειν ἐλέγοντο πολλοὶ τῶν βαρβάρων. Ἐκαλεῖτο δὲ αὕτη Χοριήνου ἡ πέτρα· καὶ ἐς αὐτὴν αὐτός τε ὁ Χοριήνης ξυμπεφεύγει καὶ ἄλλοι τῶν ὑπάρχων οὐκ ὀλίγοι. (2) Ἦν δὲ τὸ μὲν ὕψος τῆς πέτρας ἐς σταδίους εἴκοσι, κύκλος δὲ ἐς ἑξήκοντα· αὐτὴ δὲ ἀπότομος πάντοθεν, ἄνοδος δὲ ἐς αὐτὴν μία καὶ αὕτη στενή τε καὶ οὐκ εὔπορος, οἵα δὴ παρὰ τὴν φύσιν τοῦ χωρίου πεποιημένη, ὡς χαλεπὴ εἶναι καὶ μηδενὸς εἴργοντος καὶ καθ' ἕνα ἀνελθεῖν. Φάραγξ δὲ κύκλῳ περιείργει τὴν πέτραν βαθεῖα, ὥστε ὅστις προσάξειν στρατιὰν τῇ πέτρᾳ ἔμελλε, πολὺ πρόσθεν αὐτῷ τὴν φάραγγα εἶναι χωστέον, ὡς ἐξ ὁμαλοῦ ὁρμᾶσθαι προσάγοντα ἐς προσβολὴν τὸν στρατόν.

3. Ἀλλὰ καὶ ὣς Ἀλέξανδρος ἥπτετο τοῦ ἔργου· οὕτω πάντα ᾤετο χρῆναι βατά τε αὐτῷ καὶ ἐξαιρετέα εἶναι, ἐς τοσόνδε τόλμης τε καὶ εὐτυχίας προκεχωρήκει. Τέμνων δὴ τὰς ἐλάτας (πολλαὶ γὰρ καὶ ὑπερύψηλοι ἐλάται ἦσαν ἐν κύκλῳ τοῦ ὄρους) κλίμακας ἐκ τούτων ἐποίει, ὡς κάθοδον εἶναι ἐς τὴν φάραγγα τῇ στρατιᾷ· οὐ γὰρ ἦν ἄλλως κατελθεῖν ἐς αὐτήν. (4) Καὶ τὰς μὲν ἡμέρας αὐτὸς Ἀλέξανδρος ἐφειστήκει τῷ ἔργῳ, τὸ ἥμισυ τοῦ στρατοῦ ἔχων ἐργαζόμενον· τὰς δὲ νύκτας ἐν μέρει οἱ σωματοφύλακες αὐτῷ εἰργάζοντο Περδίκκας τε καὶ Λεοννάτος καὶ Πτολεμαῖος ὁ Λάγου τῷ λοιπῷ μέρει τῆς στρατιᾶς, τριχῇ διανενεμημένῳ ὅπερ αὐτῷ ἐς τὴν νύκτα ἐπετέτακτο. Ἤνυτον δὲ τῆς ἡμέρας οὐ πλέον ἤπερ εἴκοσι πήχεις καὶ τῆς νυκτὸς ὀλίγον ἀποδέον, καίτοι ξυμπάσης τῆς στρατιᾶς ἐργαζομένης· οὕτω τό τε χωρίον ἄπορον ἦν καὶ τὸ ἔργον ἐν αὐτῷ χαλεπόν. (5) Κατιόντες δ' ἐς τὴν φάραγγα πασσάλους κατεπήγνυον ἐς τὸ ὀξύτατον τῆς φάραγγος, διέχοντας ἀλλήλων ὅσον ξύμμετρον πρὸς ἰσχύν τε καὶ ξυνοχὴν τῶν ἐπιβαλλομένων. Ἐπέβαλλον δὲ πλέγματα ἐκ λύγων εἰς γεφύρας μάλιστα ἰδέαν, καὶ ταῦτα ξυνδοῦντες χοῦν ἄνωθεν ἐπεφόρουν, ὡς ἐξ ὁμαλοῦ γίγνεσθαι τῇ στρατιᾷ τὴν πρόσοδον τὴν πρὸς τὴν πέτραν.

6. Οἱ δὲ βάρβαροι τὰ μὲν πρῶτα κατεφρόνουν ὡς ἀπόρου πάντη τοῦ ἐγχειρήματος· ὡς δὲ τοξεύματα ἤδη ἐς τὴν πέτραν ἐξικνοῦντο καὶ αὐτοὶ ἀδύνατοι ἦσαν ἄνωθεν ἐξείργειν τοὺς Μακεδόνας (πεποίητο γὰρ αὐτοῖς προκαλύμματα πρὸς τὰ βέλη, ὡς ὑπ' αὐτοῖς ἀβλαβῶς ἐργάζεσθαι), ἐκπλαγεὶς ὁ Χοριήνης πρὸς τὰ γιγνόμενα κήρυκα πέμπει πρὸς Ἀλέξανδρον, δεόμενος Ὀξυάρτην οἱ ἀναπέμψαι· καὶ πέμπει Ὀξυάρτην Ἀλέξανδρος. (7) Ὁ δὲ ἀφικόμενος πείθει Χοριήνην ἐπιτρέψαι Ἀλεξάνδρῳ αὐτόν τε καὶ τὸ χωρίον. Βίᾳ μὲν γὰρ οὐδὲν ὅ τι οὐχ ἁλωτὸν εἶναι Ἀλεξάνδρῳ καὶ τῇ στρατιᾷ τῇ ἐκείνου· ἐς πίστιν δὲ ἐλθόντος καὶ φιλίαν, τὴν πίστιν τε καὶ δικαιότητα μεγαλωστὶ ἐπῄνει τοῦ βασιλέως, τά τ' ἄλλα

CAP. XXI.

His apud Sogdianos ita gestis petraque occupata, Alexander in Parætacas movit, quod ibi aliud quoddam oppidum munitum petramque aliam multi barbari insedisse nuntiabantur. Ea Chorienis petra appellabatur: ipseque Chorienes atque alii principes non pauci in eam confugerant. (2) Erat ejus altitudo stadiorum circiter xx, in ambitu LX, ipsa undique prærupta; ascensus ad eam unicus, isque angustus et difficilis, utpote præter loci naturam factus, adeo ut singuli, etiam nemine obstante, ægre conscendere possent. Erat porro hæc petra profunda voragine in orbem cincta, adeo ut qui exercitum ad petram adducere vellet, multo antea illi cavernosæ illæ voragines aggere obruendæ essent, ut ex plano exercitus admoveri rupemque oppugnare posset.

3. Alexander nihilominus aggrediendum opus esse statuit, nihil omnino sibi inaccessum aut inexpugnabile censens; tantum fiduciæ ex perpetua felicitate conceperat. Cæsis itaque abietibus, quarum celsissimarum magna in ambitu illius montis copia erat, scalas ex iis confici jubet, ut per eas exercitus (quod aliter ne quidem fieri poterat) in voraginem descenderet. (4) Et interdiu quidem Alexander opus urgebat cum dimidia exercitus parte, noctu vero vicissim corporis custodes Perdiccas et Leonnatus et Ptolemæus Lagi filius, reliquo exercitu in tres partes distributo, nocturni operis ipsis commissi curam gerebant. Nec per diem plus xx cubitis, noctu paulo minus efficiebant, quantumvis universus exercitus in opere esset: tanta erat et ipsius loci asperitas et operis difficultas. (5) Descendentes itaque in voraginem, paxillos quam firmissime potuerunt in maxime præcipites voraginis partes impegerunt, tanto spatio inter se distantes, quantum ponderi sustinendo par esset. His crates vimineas instraverunt, quæ pontis similitudinem præ se ferrent, iisque arcte colligatis terram ingesserunt, ut per planitiem exercitus ad petram adduceretur.

6. Barbari initio Macedonum conatus tanquam vanos atque irritos irridebant. Postquam vero sagittis peti cœperunt, neque ipsi ex editiore petra Macedonas propulsare possent, (tegmina enim sibi construxerant, ne telorum jactu ab opere impedirentur) Chorienes molitionum novitate attonitus, caduceatorem ad Alexandrum mittit, rogans ut Oxyartem ad se mittat. (7) Is quum ad eum venisset, Chorieni suadere cœpit, ut se pariter atque petram Alexandro dedat. Nihil enim Alexandro ejusque exercitui impervium esse. Si vero ad ejus fidem amicitiamque se

καὶ τὴν ἐπιείκειαν πρῶτος ἐς βεβαίωσιν τοῦ λόγου προφέρων. (8) Τούτοις πεισθεὶς ὁ Χοριήνης αὐτός τε ἧκε παρ' Ἀλέξανδρον καὶ τῶν οἰκείων τινὲς καὶ ἑταίρων αὐτοῦ. Ἐλθόντι δὲ Χοριήνῃ φιλάνθρωπά τε ἀποκρινάμενος καὶ πίστιν ἐς φιλίαν δοὺς αὐτὸν μὲν κατέχει, πέμψαι δὲ κελεύει τῶν συγκατελθόντων τινὰς αὐτῷ ἐς τὴν πέτραν τοὺς κελεύσοντας ἐνδιδόναι τὸ χωρίον. (9) Καὶ ἐνδίδοται ὑπὸ τῶν ξυμπεφευγότων, ὥστε καὶ αὐτὸς Ἀλέξανδρος ἀναλαβὼν τῶν ὑπασπιστῶν ἐς πεντακοσίους ἀνέβη κατὰ θέαν τῆς πέτρας, καὶ τοσούτου ἐδέησεν ἀνεπιεικές τι ἐς τὸν Χοριήνην ἔργον ἀποδείξασθαι, ὥστε καὶ αὐτὸ τὸ χωρίον ἐκείνῳ ἐπιτρέπει Χοριήνῃ καὶ ὕπαρχον εἶναι ὅσωνπερ καὶ πρόσθεν ἔδωκε.

10. Ξυνέβη δὲ χειμῶνά τε κακοπαθῆσαι αὐτῷ τὴν στρατιάν, πολλῆς χιόνος ἐπιπεσούσης ἐν τῇ πολιορκίᾳ, καὶ ἅμα ἀπορίᾳ τῶν ἐπιτηδείων ἐπιέσθησαν. Ἀλλὰ Χοριήνης ἐς δίμηνον σιτία ἔφη δώσειν τῇ στρατιᾷ καὶ ἔδωκε σῖτόν τε καὶ οἶνον τῶν ἐν τῇ πέτρᾳ ἀποθέτων κρέα τε ταριχηρὰ κατὰ σκηνήν. Καὶ ταῦτα δοὺς οὐκ ἔφασκεν ἀναλῶσαι τῶν παρεσκευασμένων ἐς τὴν πολιορκίαν οὐδὲ τὴν δεκάτην μοῖραν. Ἔνθεν ἐν τιμῇ μᾶλλον τῷ Ἀλεξάνδρῳ ἦν ὡς οὐ πρὸς βίαν μᾶλλον ἢ κατὰ γνώμην ἐνδοὺς τὴν πέτραν.

ΚΕΦ. ΚΒ΄.

Ταῦτα δὲ κατειργασμένος Ἀλέξανδρος αὐτὸς μὲν ἐς Βάκτρα ᾔει, Κρατερὸν δὲ τῶν ἱππέων ἑταίρων ἔχοντα ἑξακοσίους καὶ τῶν πεζῶν τήν τε αὑτοῦ τάξιν καὶ τὴν Πολυσπέρχοντος καὶ Ἀττάλου καὶ τὴν Ἀλκέτα ἐπὶ Καταίνην τε καὶ Αὐστάνην ἐκπέμπει, οἳ δὴ μόνοι ἔτι ὑπελείποντο ἐν τῇ Παραιτακηνῶν χώρᾳ ἀφεστηκότες. (2) Καὶ μάχης γενομένης πρὸς αὐτοὺς καρτερᾶς, νικῶσιν οἱ ἀμφὶ Κρατερὸν τῇ μάχῃ· καὶ Καταίνης μὲν ἀποθνήσκει αὐτοῦ μαχόμενος, Αὐστάνης δὲ ξυλληφθεὶς ἀνήχθη παρ' Ἀλέξανδρον· τῶν δὲ ξὺν αὐτοῖς βαρβάρων ἱππεῖς μὲν ἀπέθανον ἐς ἑκατὸν καὶ εἴκοσι, πεζοὶ δὲ ἀμφὶ τοὺς χιλίους πεντακοσίους. Ταῦτα δὲ ὡς ἐπράχθη τοῖς ἀμφὶ Κρατερόν, καὶ οὗτοι ἐς Βάκτρα ᾔεσαν. Καὶ ἐν Βάκτροις τὸ ἀμφὶ Καλλισθένην τε καὶ τοὺς παῖδας πάθημα Ἀλεξάνδρῳ ξυνηνέχθη.

3. Ἐκ Βάκτρων δὲ ἐξήκοντος ἤδη τοῦ ἦρος ἀναλαβὼν τὴν στρατιὰν προὐχώρει ὡς ἐπ' Ἰνδούς, Ἀμύνταν ἀπολιπὼν ἐν τῇ χώρᾳ τῶν Βακτρίων καὶ ξὺν αὐτῷ ἱππέας μὲν τρισχιλίους καὶ πεντακοσίους, πεζοὺς δὲ μυρίους. (4) Ὑπερβαλὼν δὲ τὸν Καύκασον ἐν δέκα ἡμέραις ἀφίκετο ἐς Ἀλεξάνδρειαν πόλιν, τὴν κτισθεῖσαν ἐν Παραπαμισάδαις ὅτε τὸ πρῶτον ἐπὶ Βάκτρων ἐστέλλετο. Καὶ τὸν μὲν ὕπαρχον, ὅστις αὐτῷ ἐπὶ τῆς πόλεως τότε ἐτάχθη, παραλύει τῆς ἀρχῆς, ὅτι οὐ καλῶς ἐξηγεῖσθαι ἔδοξε. (5) Προσκατοικίσας δὲ καὶ ἄλλους τῶν περιοίκων τε καὶ ὅσοι τῶν στρατιωτῶν ἀπόμαχοι ἦσαν ἐς τὴν Ἀλεξάνδρειαν, Νικάνορα μέν, ἕνα

contulisset, fidem regis et benignitatem extollebat, tum alia tum se ipse maxime in exemplum adducens. (8) Quibus rebus persuasus Chorienes, cum consanguineis nonnullis et amicis ad Alexandrum venit. Quem Alexander humaniter exceptum quum in fidem amicitiamque suam recepisset, ipsum quidem penes se retinet: at ex iis qui cum ipso venerant nonnullos in petram remittit, qui ut deditionem faciant jubeant. (9) Atque ita ab iis qui eo confugerant petra tradita est. Quo facto Alexander assumptis scutatis circiter quingentis, petram spectandi causa conscendit. Tantumque abfuit ut indignum aliquid in Chorienen statueret, ut oppidum ejus fidei rursus commiserit, præsidemque omnium locorum quorum antea fuerat, statuerit.

10. Per id tempus accidit ut exercitus, quum per hiemem in ea obsidione nix alte terram operuisset, commeatus et rerum necessariarum inopia laboraret: Chorienes cibaria quæ duobus mensibus sufficerent exercitui subministraturum se dixit: exque eo commeatu qui in petra erat frumentum et vinum dedit; carnes etiam salitas per singula tentoria distribuit. Quæ omnia quum dedisset, ne decimam quidem partem commeatus, quem eo ad obsidionem sustinendam convexerat, exhaustam esse dicebat. Qua de causa majore ab Alexandro in honore est habitus, quippe qui non tam vi quam sua sponte deditionem fecisse videretur.

CAP. XXII.

His rebus ita gestis Alexander in Bactra movit, Craterum autem cum sexcentis amicorum equitibus suoque et Polysperchontis atque Attali et Alcetæ peditatu adversus Catanem et Austanem, qui in Parætacene soli ex defectoribus adhuc reliqui erant, mittit. (2) Acrique inter hos pugna commissa, Craterus superior evadit: Catanes inter pugnandum occisus; Austanes captus ad Alexandrum adductus est. Ex barbaris equites CXX cæsi: pedites circiter MD. Quo facto Craterus quoque Bactra est profectus. In Bactris Callisthenis et puerorum regiorum insidiæ Alexandro structæ sunt.

3. Ex Bactris, adulto jam vere, coactis omnibus copiis in Indos movit, Amynta apud Bactrianos relicto cum equitibus III M D, peditibus X M. (4) Decimisque castris transmisso Caucaso pervenit Alexandriam, quæ apud Parapomisadas condita fuerat, quum primam expeditionem in Bactra faceret: præsidemque illius urbis amovit, quod non bene officio suo functus fuisse videbatur: (5) pluribusque colonis in Alexandriam ex finitimis et Macedonibus qui inutiles bello erant deductis, Nicanora unum ex amicis

τῶν ἑταίρων, τὴν πόλιν αὐτὴν κοσμεῖν ἐκέλευσε· σατράπην δὲ Τυριάσπην κατέστησε τῆς τε χώρας τῆς Παραπαμισαδῶν καὶ τῆς ἄλλης ἔστε ἐπὶ τὸν Κωφῆνα ποταμόν. (6) Ἀφικόμενος δὲ ἐς Νίκαιαν πόλιν καὶ τῇ Ἀθηνᾷ θύσας προὐχώρει ὡς ἐπὶ τὸν Κωφῆνα, προπέμψας κήρυκα ὡς Ταξίλην τε καὶ τοὺς ἐπὶ τάδε τοῦ Ἰνδοῦ ποταμοῦ, κελεύσας ἀπαντᾶν ὅπως ἂν ἑκάστοις προχωρῇ. Καὶ Ταξίλης τε καὶ οἱ ἄλλοι ὕπαρχοι ἀπήντων, δῶρα τὰ μέγιστα παρ' Ἰνδοῖς νομιζόμενα κομίζοντες, καὶ τοὺς ἐλέφαντας δώσειν ἔφασκον τοὺς παρὰ σφίσιν ὄντας, ἀριθμὸν ἐς πέντε καὶ εἴκοσιν.

7. Ἔνθα δὴ διελὼν τὴν στρατιὰν Ἡφαιστίωνα μὲν καὶ Περδίκκαν ἐκπέμπει ἐς τὴν Πευκελαῶτιν χώραν ὡς ἐπὶ τὸν Ἰνδὸν ποταμόν, ἔχοντας τήν τε Γοργίου τάξιν καὶ Κλείτου καὶ Μελεάγρου καὶ τῶν ἑταίρων ἱππέων τοὺς ἡμίσεας καὶ τοὺς μισθοφόρους ἱππέας ξύμπαντας, προστάξας τά τε κατὰ τὴν ὁδὸν χωρία ἢ βίᾳ ἐξαιρεῖν ἢ ὁμολογίᾳ παρίστασθαι· καὶ ἐπὶ τὸν Ἰνδὸν ποταμὸν ἀφικομένους παρασκευάζειν ὅσα ἐς τὴν διάβασιν τοῦ ποταμοῦ ξύμφορα. (8) Σὺν τούτοις δὲ καὶ Ταξίλης καὶ οἱ ἄλλοι ὕπαρχοι στέλλονται. Καὶ οὗτοι ὡς ἀφίκοντο πρὸς τὸν Ἰνδὸν ποταμόν, ἔπρασσον ὅσα ἐξ Ἀλεξάνδρου ἦν τεταγμένα. Ἄστης δὲ ὁ τῆς Πευκελαώτιδος χώρας ὕπαρχος νεωτερίσας αὐτός τε ἀπόλλυται καὶ τὴν πόλιν προσαπώλεσεν ἐς ἥντινα ξυμπεφεύγει. Ἐξεῖλον γὰρ αὐτὴν ἐν τριάκοντα ἡμέραις προσκαθήμενοι οἱ ξὺν Ἡφαιστίωνι. Καὶ αὐτὸς μὲν Ἄστης ἀποθνήσκει, τῆς πόλεως δὲ ἐτάχθη ἐπιμελεῖσθαι Σαγγαῖος, ὃς ἔτι πρόσθεν πεφευγὼς Ἄστην παρὰ Ταξίλην ηὐτομολήκει· καὶ τοῦτο ἦν αὐτῷ τὸ πιστὸν πρὸς Ἀλέξανδρον.

ΚΕΦ. ΚΓ'.

Ἀλέξανδρος δέ, ἄγων τοὺς ὑπασπιστὰς καὶ τῶν ἑταίρων ἱππέων ὅσοι μὴ σὺν Ἡφαιστίωνι ἐτετάχατο καὶ τῶν πεζεταίρων καλουμένων τὰς τάξεις καὶ τοὺς τοξότας καὶ τοὺς Ἀγριᾶνας καὶ τοὺς ἱππακοντιστάς, προὐχώρει ἐς τὴν Ἀσπασίων τε καὶ Γουραίων χώραν καὶ Ἀσσακηνῶν. (2) Πορευθεὶς δὲ παρὰ τὸν Χόην καλούμενον ποταμὸν ὀρεινήν τε ὁδὸν καὶ τραχεῖαν, καὶ τοῦτον διαβὰς χαλεπῶς, τὸ μὲν πεζῶν πλῆθος βάδην ἕπεσθαί οἱ ἐκέλευσεν· αὐτὸς δὲ ἀναλαβὼν τοὺς ἱππέας ξύμπαντας καὶ τῶν πεζῶν τῶν Μακεδόνων ἐς ὀκτακοσίους ἐπιβιβάσας τῶν ἵππων ξὺν ταῖς ἀσπίσι ταῖς πεζικαῖς σπουδῇ ἦγεν, ὅτι τοὺς ταύτῃ οἰκοῦντας βαρβάρους ξυμπεφευγέναι ἐς τε τὰ ὄρη τὰ κατὰ τὴν χώραν ἐξηγγέλλετο αὐτῷ καὶ ἐς τὰς πόλεις ὅσαι ὀχυραὶ αὐτῶν ἐς τὸ ἀπομάχεσθαι. (3) Καὶ τούτων τῇ πρώτῃ καθ' ὁδὸν πόλει ᾠκισμένῃ προσβαλὼν τοὺς μὲν πρὸ τῆς πόλεως τεταγμένους ὡς εἶχεν ἐξ ἐφόδου ἐτρέψατο καὶ κατέκλεισεν ἐς τὴν πόλιν, αὐτὸς δὲ τιτρώσκεται βέλει διὰ τοῦ θώρακος ἐς τὸν ὦμον. Τὸ δὲ τραῦμα οὐ χαλεπὸν αὐτῷ ἐγένετο· ὁ γὰρ θώραξ ἔσχε τὸ μὴ οὐ διαμπὰξ διὰ τοῦ ὤμου

illius urbis gubernationi præficit. Tyriaspen totius regionis Parapamisadarum et reliquæ provinciæ ad Cophenem amnem usque satrapam constituit. (6) Inde Nicæam profectus, sacro Palladi facto, ad Cophenem amnem processit, et caduceatore præmisso, Taxilem ac cæteros qui trans amnem incolebant obviam sibi progredi jussit. Et Taxiles quidem reliquique præsides obviam venerunt, dona quæ apud Indos censentur amplissima offerentes, elephantos etiam, qui apud eos erant, numero viginti quinque se missuros polliciti.

7. Ibi diviso exercitu, Hephæstionem ac Perdiccam in Peucelaotidem regionem mittit Indum amnem versus, una cum Gorgiæ et Cliti atque Meleagri copiis atque equitum amicorum dimidia parte et mercenariis equitibus omnibus : mandatis traditis uti oppida omnia quæ in itinere essent aut deditione reciperent, aut vi expugnarent, quumque ad Indum fluvium pervenissent, omnia quæ ad trajiciendum necessaria essent appararent. (8) Cum his et Taxiles reliquique ejus regionis præsides missi, ubi ad Indum flumen venerunt, quæ Alexander jusserat faciunt. Astes vero Peucelaotidis regionis præses, defectione tentata, et se et urbem in quam confugit perdidit. Hephæstion enim eam xxx dies obsessam expugnavit, Asteque in ea interfecto, ejus gubernationem Sangæo tradidit, qui jam antea Astem fugiens ad Taxilem se contulerat. Quod quidem illi fidem apud Alexandrum fecerat.

CAP. XXIII.

Alexander cum scutatorum manu et equitatu amicorum, qui Hephæstionem secuti non erant, et eorum qui pedites amici vocantur agmine, cumque sagittariis atque Agrianis et hastatis equitibus, in Aspasios Guræos et Assacenos movit. (2) Itinereque ad Choen fluvium facto, montano magna ex parte atque aspero, eoque amne difficulter transmisso, peditatum sensim subsequi jubet. Ipse sumpto secum equitatu universo, et Macedonum peditibus D CCC scuta pedestria gestantibus in equos impositis, summa celeritate contendit, quod barbari ejus regionis in montes confugisse nuntiabantur, et in urbes munitiores ad repugnandum sese recepisse. (3) Quarum urbium primam in ipso itinere sitam adortus, oppidanos pro mœnibus instructa acie stantes primo impetu, uti erat, in fugam vertit et intra portas rejecit : ipse vero telo per thoracem ictus vulnus in humero accepit. Levius tamen id fuit, quod thorax, quominus telum altius in humerum penetraret,

ἐλθεῖν τὸ βέλος· καὶ Πτολεμαῖος ὁ Λάγου ἐτρώθη καὶ Λεοννάτος.

4. Τότε μὲν δὴ ἵνα ἐπιμαχώτατον τοῦ τείχους ἐφαίνετο ἐστρατοπεδεύσατο πρὸς τῇ πόλει· τῇ δὲ ὑστεραίᾳ ὑπὸ τὴν ἕω, διπλοῦν γὰρ τεῖχος περιβέβλητο τῇ πόλει, ἐς μὲν τὸ πρῶτον, ἅτε οὐκ ἀκριβῶς τετειχισμένον, οὐ χαλεπῶς ἐβιάσαντο οἱ Μακεδόνες· πρὸς δὲ τῷ δευτέρῳ ὀλίγον ἀντισχόντες οἱ βάρβαροι, ὡς αἵ τε κλίμακες προσέκειντο ἤδη καὶ ὑπὸ τῶν βελῶν πάντοθεν ἐτιτρώσκοντο οἱ προμαχόμενοι, οὐκ ἔμειναν, ἀλλὰ κατὰ τὰς πύλας ὡς ἐπὶ τὰ ὄρη ἐκπίπτουσιν ἐκ τῆς πόλεως. (5) Καὶ τούτων οἱ μὲν ἐν τῇ φυγῇ ἀποθνήσκουσιν· ὅσους δὲ ζῶντας ἔλαβον αὐτῶν, ξύμπαντας ἀποκτείνουσιν οἱ Μακεδόνες, ὅτι ἐτρώθη ὑπ' αὐτῶν Ἀλέξανδρος ὀργιζόμενοι· οἱ πολλοὶ δὲ ἐς τὰ ὄρη, ὅτι οὐ μακρὰν τῆς πόλεως τὰ ὄρη ἦν, ἀπέφυγον. Τὴν πόλιν δὲ κατασκάψας ἐς Ἄνδακα ἄλλην πόλιν ἦγε. Ταύτην δὲ ὁμολογίᾳ ἐνδοθεῖσαν κατασχὼν Κράτερον μὲν ξὺν τοῖς ἄλλοις ἡγεμόσι τῶν πεζῶν καταλείπει αὐτοῦ ἐξαιρεῖν ὅσαι ἂν ἄλλαι πόλεις μὴ ἑκοῦσαι προσχωρῶσι καὶ τὰ κατὰ τὴν χώραν ὅπως ξυμφορώτατον ἐς τὰ παρόντα κοσμεῖν.

ΚΕΦ. ΚΔ'.

Αὐτὸς δέ, ἄγων τοὺς ὑπασπιστὰς καὶ τοὺς τοξότας καὶ τοὺς Ἀγριᾶνας καὶ τὴν Κοίνου τε καὶ Ἀττάλου τάξιν καὶ τῶν ἱππέων τὸ ἄγημα καὶ τῶν ἄλλων ἑταίρων ἐς τέσσαρας μάλιστα ἱππαρχίας καὶ τῶν ἱπποτοξοτῶν τοὺς ἡμίσεας, ὡς ἐπὶ τὸν ποταμὸν τὸν Εὐάσπλα προυχώρει, ἵνα ὁ τῶν Ἀσπασίων ὕπαρχος ἦν· καὶ διελθὼν πολλὴν ὁδὸν δευτεραῖος ἀφίκετο πρὸς τὴν πόλιν. (2) Οἱ δὲ βάρβαροι προσάγοντα αἰσθόμενοι Ἀλέξανδρον ἐμπρήσαντες τὴν πόλιν ἔφευγον πρὸς τὰ ὄρη. Οἱ δὲ ἀμφ' Ἀλέξανδρον εἵποντο τῶν φευγόντων ἔστε ἐπὶ τὰ ὄρη, καὶ φόνος πολὺς γίγνεται τῶν βαρβάρων, πρὶν ἐς τὰς δυσχωρίας φθάσαι ἀπελθόντας.

3. Τὸν δὲ ἡγεμόνα αὐτὸν τῶν ταύτῃ Ἰνδῶν Πτολεμαῖος ὁ Λάγου πρός τινι ἤδη γηλόφῳ ὄντα κατιδὼν καὶ τῶν ὑπασπιστῶν ἔστιν οὓς ἀμφ' αὐτὸν ξὺν πολὺ ἐλάττοσιν αὐτὸς ὢν ὅμως ἐδίωκεν ἔτι ἐκ τοῦ ἵππου· ὡς δὲ χαλεπὸς ὁ γήλοφος τῷ ἵππῳ ἀναδραμεῖν ἦν, τοῦτον μὲν αὐτοῦ καταλείπει, παραδούς τινι τῶν ὑπασπιστῶν ἄγειν· αὐτὸς δὲ ὡς εἶχε πεζὸς τῷ Ἰνδῷ εἵπετο. (4) Ὁ δὲ ὡς πελάζοντα ἤδη κατεῖδε τὸν Πτολεμαῖον, αὐτός τε μεταβάλλει ἐς τοὔμπαλιν καὶ οἱ ὑπασπισταὶ ξὺν αὐτῷ. Καὶ ὁ μὲν Ἰνδὸς τοῦ Πτολεμαίου διὰ τοῦ θώρακος παίει ἐκ χειρὸς ἐς τὸ στῆθος ξυστῷ μακρῷ, καὶ ὁ θώραξ ἔσχε τὴν πληγήν· Πτολεμαῖος δὲ τὸν μηρὸν διαμπὰξ βαλὼν τοῦ Ἰνδοῦ καταβάλλει τε καὶ σκυλεύει αὐτόν. (5) Ὡς δὲ τὸν ἡγεμόνα σφῶν κείμενον οἱ ἀμφ' αὐτὸν εἶδον, οὗτοι μὲν οὐκέτι ἔμενον· οἱ δὲ ἐκ τῶν ὀρῶν αἰρόμενον τὸν νεκρὸν τοῦ ὑπάρχου ἰδόντες πρὸς τῶν πολεμίων, ἤλγησάν τε καὶ καταδραμόντες ξυνάπτουσιν ἐπ' αὐτῷ μά-

obstitit. Ptolemæus quoque Lagi filius et Leonnatus vulnerati sunt.

4. Tum Alexander, qua parte commodior ad oppugnandum murus videbatur, ad urbem castra locat. Posteroque die sub lucem (duplici enim muro cincta urbs erat) exteriorem, qui minus firmus erat, Macedones parvo negotio superant. Ad interiorem barbari aliquamdiu restitere. Quum vero scalæ admotæ et propugnatores omni ex parte telis peterentur neque diutius sustinere possent, protinus eruptione per portas facta in montes sese proripiunt. (5) Quos insecuti Macedones, non paucos in fuga cædunt. Quotquot autem vivi in potestatem venerunt, eos quoque animis ob Alexandri vulnus ira inflammatis omnes interficiunt. Plurimi tamen in montes non procul ab urbe dissitos evaserunt. Ea urbe solo adæquata, in Andaca aliam urbem exercitum duxit. Qua urbe deditione recepta, Craterum ibi cum aliis peditum ducibus reliquit, ut reliquas ejus regionis urbes, quæ se sponte non dederent, vi expugnet, et provinciam, prout commodissimum præsenti rerum statui videretur, administraret.

CAP. XXIV.

Ipse cum scutatis et sagittariis atque Agrianis Cœnique et Attali copiis et equitum agemate atque reliquorum amicorum equitum quatuor circiter turmis et equestrium sagittariorum dimidia parte ad flumen Euaspla contendit, ubi Aspasiorum præfectus erat. Magnoque itinere confecto secundis castris ad urbem pervenit. (2) Barbari simulac Alexandrum appropinquare senserunt, incensa urbe in montes confugiunt. Macedones eos in montes usque insecuti sunt. Multaque barbarorum cædes edita est, priusquam ad loca ob asperitatem tuta pervenirent.

3. Quorum ducem Ptolemæus Lagi F. jam ad collem quendam progressum conspicatus, scutatorum manu comitatum, tametsi ipse numero militum multo inferior esset, eques in eum fertur. Quumque in collem acclivem nonnisi difficulter subire posset, relicto cuidam ex scutatis equo qui illum duceret pedes Indum insequitur. (4) Quem ut Indus appropinquantem vidit, continuo cum suis occurrens longam hastam in Ptolemæi thoracem vibrat: neque tamen ictus thoracem penetravit. Ptolemæus Indi femore trajecto, illum prosternit armisque exuit. (5) Barbari circumstantes ducem suum prostratum conspicati, in fugam vertuntur. Qui vero jam in montes fuga pervenerant, ducis cadaver ab hostibus ablatum esse indigna decurrentes ad collem, acrem pro ducis corpore recupe-

χην καρτερὰν πρὸς τῷ γηλόφῳ. Ἤδη γὰρ καὶ Ἀλέξανδρος ἔχων τοὺς ἀπὸ τῶν ἵππων καταβεβηκότας πεζοὺς πρὸς τῷ γηλόφῳ ἦν. Καὶ οὗτοι ἐπιγενόμενοι μόγις ἐξέωσαν τοὺς Ἰνδοὺς ἐς τὰ ὄρη καὶ τοῦ νεκροῦ ἐκράτησαν.

6. Ὑπερβαλὼν δὲ τὰ ὄρη Ἀλέξανδρος ἐς πόλιν κατῆλθεν ᾗ ὄνομα ἦν Ἀριγαῖον· καὶ ταύτην καταλαμβάνει ἐμπεπρησμένην ὑπὸ τῶν ἐνοικούντων καὶ τοὺς ἀνθρώπους πεφευγότας. Ἐνταῦθα δὲ ἀφίκοντο αὐτῷ καὶ οἱ ἀμφὶ Κράτερον ξὺν τῇ στρατιᾷ, πεπραγμένων σφίσι ξυμπάντων ὅσα ὑπὸ τοῦ βασιλέως ἐτέτακτο. (7) Ταύτην μὲν δὴ τὴν πόλιν, ὅτι ἐν ἐπικαίρῳ χωρίῳ ἐδόκει ᾠκίσθαι, ἐκτειχίσαι τε προστάσσει Κρατέρῳ καὶ ξυνοικίσαι ἐς αὐτὴν τούς τε προσχώρους ὅσοι ἐθελονταὶ καὶ εἰ δή τινες ἀπόμαχοι τῆς στρατιᾶς. Αὐτὸς δὲ προὐχώρει ἵνα ξυμπεφευγέναι ἐπυνθάνετο τοὺς πολλοὺς τῶν ταύτῃ βαρβάρων. Ἐλθὼν δὲ πρός τι ὄρος, κατεστρατοπέδευσεν ὑπὸ ταῖς ὑπωρείαις τοῦ ὄρους.

8. Καὶ ἐν τούτῳ Πτολεμαῖος ὁ Λάγου ἐκπεμφθεὶς μὲν ὑπὸ Ἀλεξάνδρου ἐς προνομήν, προελθὼν δὲ προσωτέρω αὐτὸς ξὺν ὀλίγοις ὡς ἐς κατασκοπήν, ἀπαγγέλλει Ἀλεξάνδρῳ πυρὰ κατιδεῖν τῶν βαρβάρων πλείονα ἢ ἐν τῷ Ἀλεξάνδρου στρατοπέδῳ. (9) Καὶ Ἀλέξανδρος τῷ μὲν πλήθει τῶν πυρῶν ἠπίστησεν· εἶναι δέ τι ξυνεστηκὸς τῶν ταύτῃ βαρβάρων αἰσθόμενος, μέρος μὲν τῆς στρατιᾶς αὐτοῦ καταλείπει πρὸς τῷ ὄρει ὡς εἶχον ἐστρατοπεδευμένους· αὐτὸς δὲ ἀναλαβὼν ὅσοι ἀποχρῶντες ἐς τὰ ἀπηγγελμένα ἐφαίνοντο, ὡς πλησίον ἤδη ἀφεώρων τὰ πυρά, τριχῇ διανέμει τὴν στρατιάν. (10) Καὶ τῷ μὲν ἑνὶ ἐπέταξε Λεοννάτον τὸν σωματοφύλακα, ξυντάξας αὐτῷ τήν τε Ἀττάλου καὶ τὴν Βαλάκρου τάξιν· τὴν δευτέραν δὲ μοῖραν Πτολεμαίῳ τῷ Λάγου ἄγειν ἔδωκε, τῶν τε ὑπασπιστῶν τῶν βασιλικῶν τὸ τρίτον μέρος καὶ τὴν Φιλίππου καὶ Φιλώτα τάξιν καὶ δύο χιλιαρχίας τῶν τοξοτῶν καὶ τοὺς Ἀγριᾶνας καὶ τῶν ἱππέων τοὺς ἡμίσεας· τὴν δὲ τρίτην μοῖραν αὐτὸς ἦγεν ἵνα οἱ πλεῖστοι τῶν βαρβάρων ἐφαίνοντο.

rando pugnam ineunt. Jam vero et Alexander advenerat cum peditibus qui ex equis descenderant : qui quidem in barbaros irruentes, difficulter eos in montes repulerunt et cadavere potiti sunt.

6. Post hæc trajecto monte Alexander quum ad urbem venisset cui Arigæo nomen erat, eam ab incolis incensam ac desertam reperit. Ibi Craterus cum exercitu, peractis iis rebus quas Alexander imperarat, advenit. (7) Et quoniam ejus urbis situs peropportunus videbatur, Cratero ejus instaurandæ negotium dat; utque colonos ex finitimis qui sua sponte accedere vellent, et ex iis qui bello inutiles essent deducat jubet. Ipse eo contendit quo barbarorum plerosque confugisse audierat. Quumque ad montem quendam pervenissset, ad ejus radicem castra posuit.

8. Interea Ptolemæus Lagi F. pabulatum ab Alexandro missus, longius cum exigua manu speculandi causa progressus, Alexandro nuntiat plures in barbarorum quam in Alexandri castris ignes videri. (9) Atque Alexander quidem ignium frequentiæ parum fidei tribuit. Ceterum quum intellexisset barbaros eo confluxisse, partem quidem exercitus ad montem ubi castra locarat relinquit : ipse vero assumtis iis quos pares imperatis exsequendis fore censebat, quum ad ignium conspectum venisset, in tres partes copias dividit. (10) Atque uni quidem Leonnatum corporis custodem præficit, adjuncto ei Attali et Balacri agmine; alteram partem Ptolemæo Lagi filio ducendam dat, scutatorum scilicet regiorum partem tertiam, Philippi et Philotæ agmen sagittariorum duo millia, Agrianos totiusque equitatus dimidium. Tertiam partem ipe ducit qua confertissimam barbarorum aciem videt.

ΚΕΦ. ΚΕʹ.

Οἱ δὲ ὡς ᾔσθοντο προσάγοντας τοὺς Μακεδόνας, κατεῖχον γὰρ χωρία ὑπερδέξια, τῷ τε πλήθει σφῶν θαρσήσαντες καὶ τῶν Μακεδόνων, ὅτι ὀλίγοι ἐφαίνοντο, καταφρονήσαντες, ἐς τὸ πεδίον ὑποκατέβησαν· καὶ μάχη γίγνεται καρτερά. Ἀλλὰ τούτους μὲν οὐ ξὺν πόνῳ ἐνίκα Ἀλέξανδρος· (2) οἱ δὲ ἀμφὶ Πτολεμαῖον οὐκ ἐν τῷ ὁμαλῷ παρετάξαντο, ἀλλὰ γήλοφον γὰρ κατεῖχον οἱ βάρβαροι, ὀρθίους ποιήσας τοὺς λόχους Πτολεμαῖος προσῆγεν ᾗπερ ἐπιμαχώτατον τοῦ λόφου ἐφαίνετο, οὐ πάντῃ τὸν λόφον κυκλωσάμενος, ἀλλ' ἀπολιπών, εἰ φεύγειν ἐθέλοιεν οἱ βάρβαροι, χώραν αὐτοῖς ἐς τὴν φυγήν. (3) Καὶ γίγνεται καὶ τούτοις μάχη καρτερά, τοῦ χωρίου τῇ χαλεπότητι καὶ ὅτι οὐ κατὰ τοὺς ἄλλους τοὺς ταύτῃ

CAP. XXV.

Qui postquam Macedonas appropinquantes sensere, tenebant enim superiora loca, multitudine suorum confisi, et Macedonibus quod pauci viderentur contemptis, in planitiem descendunt. Atrox ibi pugna fit. Ceterum hos non magno cum negotio yicit Alexander. (2) Ptolemæus autem loco non æquo iis oppositus erat; collem enim occuparant barbari; separatis itaque agminibus iis locis, quibus collis facilior oppugnatu videbatur, exercitum admovet, non utique collem omni ex parte cingens, sed locum ad fugam barbaris relinquens. (3) Et cum his quoque acre certamen habitum est, tum propter iniquitatem loci, tum quod longe alia est Indorum quam reliquorum ejus

βαρβάρους οἱ Ἰνδοί, ἀλλὰ πολὺ δή τι ἀλκιμώτατοι τῶν προσχώρων εἰσίν. Ἐξώσθησαν δὲ καὶ οὗτοι ἀπὸ τοῦ ὄρους ὑπὸ τῶν Μακεδόνων· καὶ οἱ ἀμφὶ Λεοννάτον τῇ τρίτῃ μοίρᾳ τῆς στρατιᾶς ὡσαύτως ἔπραξαν· ἐνίκων γὰρ καὶ οὗτοι τοὺς κατὰ σφᾶς. (4) Καὶ λέγει Πτολεμαῖος ἀνθρώπους μὲν ληφθῆναι τοὺς πάντας ὑπὲρ τετρακισμυρίους, βοῶν δὲ ὑπὲρ τὰς τρεῖς καὶ εἴκοσι μυριάδας· καὶ τούτων τὰς καλλίστας ἐπιλεξάμενον Ἀλέξανδρον, ὅτι διαφέρουσαι αὐτῷ κάλλει τε καὶ μεγέθει ἐφαίνοντο, πέμψαι ἐθέλειν ἐς Μακεδονίαν ἐργάζεσθαι τὴν χώραν.

5. Ἐντεῦθεν ἐπὶ τὴν τῶν Ἀσσακηνῶν χώραν ἦγεν· τούτους γὰρ ἐξηγγέλλετο παρεσκευάσθαι ὡς μαχουμένους, ἱππέας μὲν ἐς δισχιλίους ἔχοντας, πεζοὺς δὲ ὑπὲρ τοὺς τρισμυρίους, τριάκοντα δὲ ἐλέφαντας. Κρατερος μὲν δή, ἐκτετειχικὼς ἤδη τὴν πόλιν ἐφ' ἧς τῷ οἰκισμῷ κατελέλειπτο, τούς τε βαρύτερον ὡπλισμένους τῆς στρατιᾶς Ἀλεξάνδρῳ ἦγε καὶ τὰς μηχανάς, εἴ που πολιορκίας δεήσειεν. (6) Αὐτὸς δὲ Ἀλέξανδρος, τούς τε ἑταίρους ἱππέας ἄγων καὶ τοὺς ἱππακοντιστὰς καὶ τὴν Κοίνου καὶ Πολυσπέρχοντος τάξιν καὶ τοὺς Ἀγριᾶνας τοὺς χιλίους καὶ τοὺς τοξότας, ᾔει ὡς ἐπὶ τοὺς Ἀσσακηνούς· ἦγε δὲ διὰ τῆς Γουραίων χώρας. (7) Καὶ τὸν ποταμὸν τὸν ἐπώνυμον τῆς χώρας τὸν Γουραῖον χαλεπῶς διέβη, διὰ βαθύτητά τε καὶ ὅτι ὀξὺς ὁ ῥοῦς ἦν αὐτῷ καὶ οἱ λίθοι στρογγύλοι ἐν τῷ ποταμῷ ὄντες σφαλεροὶ τοῖς ἐπιβαίνουσιν ἐγίγνοντο. Οἱ δὲ βάρβαροι ὡς προσάγοντα ᾔσθοντο Ἀλέξανδρον, ἀθρόοι μὲν ἐς μάχην καταστῆναι οὐκ ἐτόλμησαν· διαλυθέντες δὲ ὡς ἕκαστοι κατὰ πόλιν ταύτας ἐπενόουν ἀπομαχόμενοι διασώζειν.

ΚΕΦ. ΚϚ'.

Καὶ Ἀλέξανδρος πρῶτα μὲν ἐπὶ Μάσσαγα ἦγε, τὴν μεγίστην τῶν ταύτῃ πόλεων. Ὡς δὲ προσῆγεν ἤδη τοῖς τείχεσι, θαῤῥήσαντες οἱ βάρβαροι τοῖς μισθοφόροις τοῖς ἐκ τῶν πρόσω Ἰνδῶν, ἦσαν γὰρ οὗτοι ἐς ἑπτακισχιλίους, ὡς στρατοπεδευομένους εἶδον τοὺς Μακεδόνας, δρόμῳ ἐπ' αὐτοὺς ᾔεσαν. (2) Καὶ Ἀλέξανδρος ἰδὼν πλησίον τῆς πόλεως ἐσομένην τὴν μάχην, προσωτέρω ἐκκαλέσασθαι αὐτοὺς βουληθεὶς τῶν τειχῶν, ὡς εἰ τροπὴ γίγνοιτο (ἐγίγνωσκε γὰρ ἐσομένην), μὴ δι' ὀλίγου ἐς τὴν πόλιν καταφυγόντες εὐμαρῶς διασώζοιντο, ὡς ἐκθέοντας εἶδε τοὺς βαρβάρους, μεταβαλλομένους κελεύει τοὺς Μακεδόνας ὀπίσω ἀποχωρεῖν ὡς πρὸς γήλοφόν τινα, ἀπέχοντα ἀπὸ τοῦ χωρίου ἵναπερ στρατοπεδεύειν ἐγνώκει ἑπτά που μάλιστα σταδίους. (3) Καὶ οἱ πολέμιοι ἀναθαρσήσαντες, ὡς ἐγκεκλικότων ἤδη τῶν Μακεδόνων, δρόμῳ τε καὶ ξὺν οὐδενὶ κόσμῳ ἐφέροντο ἐς αὐτούς. Ὡς δὲ ἐξικνεῖτο ἤδη τὰ τοξεύματα, ἐνταῦθα Ἀλέξανδρος ἀπὸ ξυνθήματος ἐπιστρέψας ἐς αὐτοὺς τὴν φάλαγγα δρόμῳ ἀντεπῆγε. Πρῶτοι δὲ οἱ ἱππακον-

provinciæ barbarorum ratio, quippe qui finitimos omnes bellica virtute superent. Sed et hi a Macedonibus monte depulsi sunt. Eodem modo et Leonnatus cum tertia exercitus parte rem gessit : nam et hic barbaros quos adortus est vicit. (4) Ac Ptolemæus quidem auctor est hominum ultra XL M capta esse, boum ultra CCXXX M : e quibus Alexandrum præstantissimas quasque delectas, quod eximia pulchritudine atque magnitudine excellere viderentur, in Macedoniam, regionis colendæ causa, mittere voluisse.

5. Exinde Alexander in Assacenos movit, qui quidem equitum duo millia, peditum XXX M, elephantos triginta ad pugnam instruxisse nuntiabantur. Craterus instauratis mœnibus urbis, ad cujus exædificationem relictus fuerat, milites gravioris armaturæ ad Alexandrum adduxit, machinis etiam tormentisque advectis, sicubi obsidione opus esset. (6) Alexander cum equitatu amicorum et equestribus jaculatoribus, unaque Cœni ac Polyperchontis agmine atque Agrianis mille et sagittariis, in Assacenos pergit, per Guræos iter faciens. (7) Et fluvium Guræum, ejusdem cum regione nominis, difficulter transit cum ob amnis profunditatem et cursus rapiditatem, tum quod rotunda ejus fluminis saxa transeuntium vestigia fallebant. Barbari ut adventare Alexandrum senserunt, conferta acie subsistere non ausi, dissolutis ordinibus, prout cuique integrum erat, in oppida sua quique sese recipiunt, ea tueri propugnando statuentes.

CAP. XXVI.

Atque Alexander quidem primum Massaga cum exercitu petit, urbem ejus regionis maximam. Admoto itaque urbi exercitu, barbari Indis mercenariis ex India interiore adductis freti (erant hi ad septem millia) in Macedones castra ponentes cursu feruntur. (2) Alexander quum pugnam sub ipsos urbis muros futuram videret, longius a mœnibus eos prolicere cupiens, ne si fuga fieret, (quam futuram omnino cogitabat) e parvo loci intervallo in urbem confugientes, facile evaderent : statim atque barbaros excurrentes est conspicatus, conversos Macedones in collem quendam, septem circiter stadiis ab eo loco, ubi castra ponere statuerat, dissitum, retrocedere jubet. (3) Tum hostes audaciores facti, utpote retrocedentibus Macedonibus, effuso cursu nulloque ordine in eos feruntur. Postquam vero intra teli jactum venerunt, Alexander dato signo in eos conversus phalangem magna vi immisit. Ac primi quidem jaculatores equites, atque Agriani et sagittarii excursione facta cum barbaris conflixerunt, ipse vero pha-

τισταί τε αὐτῷ καὶ οἱ Ἀγριᾶνες καὶ οἱ τοξόται ἐκδραμόντες ξυνέμιξαν τοῖς βαρβάροις· αὐτὸς δὲ τὴν φάλαγγα ἐν τάξει ἦγεν. (4) Οἱ δὲ Ἰνδοὶ τῷ τε παραλόγῳ ἐκπλαγέντες καὶ ἅμα ἐν χερσὶ γεγενημένης τῆς μάχης, ἐγκλίναντες ἔφευγον ἐς τὴν πόλιν. Καὶ ἀπέθανον μὲν αὐτῶν ἀμφὶ τοὺς διακοσίους, οἱ δὲ λοιποὶ ἐς τὰ τείχη κατεκλείσθησαν. Καὶ Ἀλέξανδρος προσῆγε τῷ τείχει τὴν φάλαγγα, καὶ ἐντεῦθεν τοξεύεται μὲν ἀπὸ τοῦ τείχους ἐς τὸ σφυρὸν οὐ χαλεπῶς. (5) Ἐπαγαγὼν δὲ τὰς μηχανὰς τῇ ὑστεραίᾳ τῶν μὲν τειχῶν τι εὐμαρῶς κατέσεισε· βιαζομένους δὲ ταύτῃ τοὺς Μακεδόνας ᾗ παρέῤῥηκτο τοῦ τείχους οὐκ ἀτόλμως οἱ Ἰνδοὶ ἠμύνοντο, ὥστε ταύτῃ μὲν τῇ ἡμέρᾳ ἀνεκαλέσατο τὴν στρατιάν. Τῇ δὲ ὑστεραίᾳ τῶν τε Μακεδόνων αὐτῶν ἡ προσβολὴ καρτερωτέρα ἐγένετο, καὶ πύργος ἐπήχθη ξύλινος τοῖς τείχεσιν, ὅθεν ἐκτοξεύσαντες οἱ τοξόται καὶ βέλη ἀπὸ μηχανῶν ἀφιέμενα ἀνέστελλον ἐπὶ πολὺ τοὺς Ἰνδούς. Ἀλλ' οὐδὲ ὣς βιάσασθαι εἴσω τοῦ τείχους οἷοί τε ἐγένοντο.

6. Τῇ δὲ τρίτῃ προσαγαγὼν αὖθις τὴν φάλαγγα καὶ ἀπὸ μηχανῆς γέφυραν ἐπιβαλὼν τοῦ τείχους ᾗ παρεῤῥωγὸς ἦν, ταύτῃ ἐπῆγε τοὺς ὑπασπιστάς, οἵπερ αὐτῷ καὶ Τύρον ὡσαύτως ἐξεῖλον. Πολλῶν δὲ ὑπὸ προθυμίας ὠθουμένων, ἄχθος λαβοῦσα μεῖζον ἡ γέφυρα κατεῤῥάγη καὶ πίπτουσι ξὺν αὐτῇ οἱ Μακεδόνες. (7) Οἱ δὲ βάρβαροι ἰδόντες τὸ γιγνόμενον λίθοις τε ξὺν βοῇ ἀπὸ τῶν τειχῶν καὶ τοξεύμασι καὶ ἄλλῳ ὅτῳ τις μετὰ χεῖρας ἔχων ἐτύγχανεν ἢ ὅτῳ τις ἐν τῷ τότε ἔλαβεν ἐξηκόντιζον ἐς τοὺς Μακεδόνας· οἱ δὲ καὶ κατὰ θύρας, αἵτινες αὐτοῖς κατὰ τὰ μεσοπύργια μικραὶ ἦσαν, ἐκθέοντες ἐκ χειρὸς ἔπαιον τεταραγμένους.

ΚΕΦ. ΚΖ'.

Ἀλέξανδρος δὲ πέμπει Ἀλκέταν ξὺν τῇ αὐτοῦ τάξει τούς τε κατατετρωμένους ἀναλαβεῖν καὶ ὅσοι προσεμάχοντο ἐπανακαλέσασθαι ὡς ἐπὶ τὸ στρατόπεδον. Καὶ τῇ τετάρτῃ ὡσαύτως ἐπ' ἄλλης μηχανῆς ἄλλη ἐπιβάθρα αὐτῷ προσήγετο πρὸς τὸ τεῖχος.

2. Καὶ οἱ Ἰνδοί, ἕως μὲν αὐτοῖς ὁ ἡγεμὼν τοῦ χωρίου περιῆν, ἀπεμάχοντο καρτερῶς· ὡς δὲ βέλει ἀπὸ μηχανῆς τυπεὶς ἀποθνήσκει ἐκεῖνος, αὐτῶν τε οἱ μέν τινες πεπτωκότες ἐν τῇ ξυνεχεῖ πολιορκίᾳ, οἱ πολλοὶ δὲ τραυματίαι τε καὶ ἀπόμαχοι ἦσαν, ἐπεκηρυκεύοντο πρὸς Ἀλέξανδρον. (3) Τῷ δὲ ἀσμένῳ γίνεται ἄνδρας ἀγαθοὺς διασῶσαι· καὶ ξυμβαίνει ἐπὶ τῷδε Ἀλέξανδρος τοῖς μισθοφόροις Ἰνδοῖς ὡς καταταχθέντας ἐς τὴν ἄλλην στρατιὰν ξὺν αὐτῷ στρατεύεσθαι. Οἱ μὲν δὴ ἐξῆλθον ξὺν τοῖς ὅπλοις, καὶ κατεστρατοπέδευσαν κατὰ σφᾶς ἐπὶ γηλόφῳ ὃς ἦν ἀντίπορος τοῦ τῶν Μακεδόνων στρατοπέδου. Νυκτὸς δὲ ἐπενόουν δρασμῷ διαχρησάμενοι ἐς τὰ σφέτερα ἤθη ἀπαναστῆναι, οὐκ ἐθέλοντες ἐναντία αἴρεσθαι τοῖς ἄλλοις Ἰνδοῖς ὅπλα. (4) Καὶ ταῦτα ὡς

langem instructa acie duxit. (4) Indi celeritate rei inexspectatæ perculsi, quumque jam ad manus ventum esset, fuga sese in urbem receperunt. Ducenti ex iis cæsi, reliqui intra muros rejecti. Alexander confestim phalangem muris admovet. Atque ibi sagitta malleolum leviter perstrictus est. (5) Postero vero die machinis admotis, aliqua murorum parte facile dejecta, quum Macedones per ruinas impetum facerent, Indi strenue restiterunt, adeo ut eo die Alexander receptui cani jusserit. Postridie vero Macedones rursus majore conatu urbem aggrediuntur, turri lignea mœnibus admota, e qua sagittarii magnam sagittarum vim torquentes et tela machinis excutientes Indos acriter reprimebant. Sed ne sic quidem intra muros irrumpere potuerunt.

6. Tertio exinde die Macedonum phalange rursus ad muros adducta, atque ex lignea turri ponte muris, qua parte perfracti erant, superinjecto, scutatos immittit, qui quidem Tyrum antea eadem ratione ceperant. Quumque magna animorum alacritate pontem subeunt, is nimio pondere fatiscens ruptus est, unaque cum Macedonibus ruinam fecit. (7) Barbari eo casu alacriores facti, saxis omnique genere telorum, quæ quisque aut in manibus habebat aut tum forte assumpsit, clamore sublato Macedones e muris petunt: alii vero per angustas portulas interturriis interjectas prosilientes perturbatos cominus feriunt.

CAP. XXVII.

Alexander Alcetam cum suo agmine emittit, qui et saucios recipiat, et eos qui urbem oppugnabant in castra revocet. Quarto die aliis operibus alium pontem in murum jacit.

2. Atque Indi quidem, quamdiu præfectus loci supererat, fortiter Macedonas propulsabant. At quum is telo ex machinis ictus occubuit, multique ex suis in continua oppugnatione cæsi, alii saucii pugnæque inutiles essent, caduceatorem ad Alexandrum mittunt. (3) Qui quidem libenter fortes strenuosque viros servare statuerat. Paciscitur itaque ea conditione cum mercenariis Indis, ut exercitui suo accensi secum militent. Hi cum armis urbe egressi seorsim in colle quodam Macedonibus opposito castra faciunt, eo consilio ut noctu arrepta fuga domum redirent, quum adversus alios Indos arma ferre nollent. (4) Quæ ut

ἐξηγγέλθη Ἀλεξάνδρῳ, περιστήσας τῆς νυκτὸς τῷ γηλόφῳ τὴν στρατιὰν πᾶσαν, κατακόπτει τοὺς Ἰνδοὺς ἐν μέσῳ ἀπολαβών, τήν τε πόλιν αἱρεῖ κατὰ κράτος, ἐρημωθεῖσαν τῶν προμαχομένων, καὶ τὴν μητέρα τὴν Ἀσσακηνοῦ καὶ τὴν παῖδα ἔλαβεν. Ἀπέθανον δὲ ἐν τῇ πάσῃ πολιορκίᾳ τῶν ξὺν Ἀλεξάνδρῳ ἐς πέντε καὶ εἴκοσιν.

5. Ἔνθεν δὲ Κοῖνον μὲν ὡς ἐπὶ Βάζιρα ἐκπέμπει, γνώμην ποιησάμενος ὅτι μαθόντες τῶν Μασσάγων τὴν ἅλωσιν ἐνδώσουσι σφᾶς αὐτούς. Ἄτταλον δὲ καὶ Ἀλκέταν καὶ Δημήτριον τὸν ἱππάρχην ἐπὶ Ὦρα στέλλει, ἄλλην πόλιν, παραγγείλας περιτειχίζειν τὴν πόλιν ἔστ' ἂν ἀφίκηται αὐτός. (6) Καὶ γίγνεται ἐκδρομὴ τῶν ἐκ τῆς πόλεως ἐπὶ τοὺς ἀμφὶ Ἀλκέταν. Οὐ χαλεπῶς δὲ τρεψάμενοι αὐτοὺς οἱ Μακεδόνες εἴσω τοῦ τείχους ἐς τὴν πόλιν ἀποστρέφουσι. Καὶ Κοίνῳ οὐ προχωρεῖ τὰ ἐν τοῖς Βαζίροις, ἀλλὰ πιστεύοντες γὰρ τοῦ χωρίου τῇ ὀχυρότητι, ὅτι ὑπερύψηλόν τε ἦν καὶ πάντῃ ἀκριβῶς τετειχισμένον, οὐδὲν ξυμβατικὸν ἐνεδίδοσαν.

7. Ταῦτα μαθὼν Ἀλέξανδρος ὥρμητο μὲν ὡς ἐπὶ Βάζιρα· γνοὺς δὲ ὅτι τῶν προσοίκων τινὲς βαρβάρων παριέναι ἐς τὰ Ὦρα τὴν πόλιν λαθόντες μέλλουσι, πρὸς Ἀβισάρου ἐπὶ τῷδε ἐσταλμένοι, ἐπὶ τὰ Ὦρα πρῶτον ἦγε· Κοῖνον δὲ ἐπιτειχίσαι τῇ πόλει τῶν Βαζίρων καρτερόν τι χωρίον προσέταξε, καὶ ἐν τούτῳ φυλακὴν καταλιπόντα ἀποχρῶσαν, ὡς μὴ ἄδεια εἴη τοῖς ἐν τῇ πόλει χρῆσθαι τῇ χώρᾳ, αὐτὸν ἄγοντα τῆς στρατιᾶς τὴν λοιπὴν παρ' αὐτὸν ἰέναι. (8) Οἱ δὲ ἐκ τῶν Βαζίρων ὡς εἶδον ἀπιόντα ξὺν τῷ πλείστῳ τῆς στρατιᾶς τὸν Κοῖνον, καταφρονήσαντες τῶν Μακεδόνων, ὡς οὐ γενομένων ἂν σφισιν ἀξιομάχων, ἐπεκθέουσιν ἐς τὸ πεδίον· καὶ γίγνεται αὐτῶν μάχη καρτερά. Καὶ ἐν ταύτῃ πίπτουσι μὲν τῶν βαρβάρων ἐς πεντακοσίους, ζῶντες δὲ ἐλήφθησαν ὑπὲρ τοὺς ἑβδομήκοντα· οἱ δὲ λοιποὶ ἐν τῇ πόλει ξυμφυγόντες βεβαιότερον ἤδη εἴργοντο τῆς χώρας ὑπὸ τῶν ἐκ τοῦ ἐπιτειχίσματος. (9) Καὶ Ἀλεξάνδρῳ δὲ τῶν Ὤρων ἡ πολιορκία οὐ χαλεπὴ ἐγένετο, ἀλλ' εὐθὺς ἐξ ἐφόδου προσβαλὼν τοῖς τείχεσι τῆς πόλεως ἐκράτησε, καὶ τοὺς ἐλέφαντας τοὺς ἐγκαταλειφθέντας ἔλαβε.

ΚΕΦ. ΚΗ'.

Καὶ ταῦτα οἱ ἐν τοῖς Βαζίροις ὡς ἔμαθον, ἀπογνόντες τὰ σφέτερα πράγματα ἀμφὶ μέσας νύκτας τὴν πόλιν ἐκλείπουσιν. Ὡς δὲ καὶ οἱ ἄλλοι βάρβαροι ἔπραττον· ἀπολιπόντες τὰς πόλεις ξύμπαντες ἔφευγον ἐς τὴν πέτραν τὴν ἐν τῇ χώρᾳ τὴν Ἄορνον καλουμένην. Μέγα γάρ τι τοῦτο χρῆμα πέτρας ἐν τῇ χώρᾳ ταύτῃ ἐστί, καὶ λόγος ὑπὲρ αὐτῆς κατέχει οὐδὲ Ἡρακλεῖ τῷ Διὸς ἁλωτὸν γενέσθαι τὴν πέτραν. (2) Εἰ μὲν δὴ καὶ ἐς Ἰνδοὺς ἀφίκετο ὁ Ἡρακλῆς ὁ Θηβαῖος ἢ ὁ Τύριος ἢ

Alexandro nuntiata sunt, eadem nocte colle in quo constiterant copiis suis circumsesso, omnes ad internecionem cecidit : urbemque propugnatoribus vacuam protinus vi capit, in eaque Assaceni matrem et filiam. Ab Alexandri partibus xxv tantum in universa obsidione desiderati.

5. Exinde Cœnum Bazira mittit, ratus oppidanos, Assacenorum expugnatione audita deditionem facturos. Attalum vero et Alcetam ac Demetrium equitatus præfectum ad Ora oppidum mittit, utque urbem muro in orbem ducto intercludant, tantisper dum ipse advenerit, jubet. (6) Oppidani in Alcetam excursionem faciunt : quos Macedones facile repulsos atque in urbem rejectos muris clauserunt. At Cœno Bazirensium obsidio non statim ex sententia successit. Siquidem oppidani loci munitione freti (erat enim urbs et excelso loco sita, et valido muro omni ex parte cincta) nullam deditionis significationem edebant.

7. Quo cognito, Alexander confestim Bazira versus movere cœpit : quum vero accepisset nonnullos barbarorum finitimorum in Ora urbem clam se immissuros, ab Abisaro ad id missos, primum Ora cum exercitu petit : Cœnum vero apud Bazira munitam arcem exstruere, præsidioque in ea relicto, quod oppidanis agri usum impedire posset, reliquum exercitum ad se ducere jubet. (8) Bazirenses Cœnum cum maxima copiarum parte decessisse conspicati, contempta Macedonum qui relicti erant paucitate, in planitiem excurrunt. Acrisque inter eos conflictus fit : quingentis barbaris ea pugna cæsis, vivis supra septuaginta captis : reliqui in urbem repulsi, acrius deinceps ab excursione in agrum, ab iis qui in arce ex adverso murorum exstructa erant, arcebantur. (9) Neque vero laboriosa Alexandro Ororum obsidio fuit. Primo enim impetu in muros facto urbem expugnavit et elephantos qui ibi relicti erant cepit.

CAP. XXVIII.

Bazirenses Ororum expugnatione audita viribus suis diffisi sub mediam noctem urbem deserunt, Quod et reliqui barbari imitati sunt. Omnes enim desertis oppidis in petram hujus tractus sese receperunt, quam Aornum vocant. Ingens porro erat hæc petra ejus regionis munimentum, famaque est, ne ab ipso quidem Hercule ab Jove sato expugnari eam potuisse. (2) Ego vero an Hercules Thebanus aut Tyrius aut Ægyptius ad Indos penetrarit, nihil

ὁ Αἰγύπτιος, ἐς οὐδέτερα ἔχω ἰσχυρίσασθαι· μᾶλλον δὲ δοκῶ ὅτι οὐκ ἀφίκετο, ἀλλὰ πάντα γὰρ ὅσα χαλεπὰ οἱ ἄνθρωποι ἐς τοσόνδε ἄρα αὔξουσιν αὐτῶν τὴν χαλεπότητα ὡς καὶ τῷ Ἡρακλεῖ ἂν ἄπορα γενέσθαι μυθεύειν. Κἀγὼ ὑπὲρ τῆς πέτρας ταύτης οὕτω γινώσκω, τὸν Ἡρακλέα ἐς κόμπον τοῦ λόγου ἐπιφημίζεσθαι. (3) Τὸν μὲν δὴ κύκλον τῆς πέτρας λέγουσιν ἐς διακοσίους σταδίους μάλιστα εἶναι, ὕψος δὲ αὐτῆς, ἵναπερ χθαμαλώτατον, σταδίων ἕνδεκα, καὶ ἀνάβασιν χειροποίητον μίαν χαλεπήν· εἶναι δὲ καὶ ὕδωρ ἐν ἄκρᾳ τῇ πέτρᾳ πολὺ καὶ καθαρόν, πηγὴν ἀνίσχουσαν, ὡς καὶ ἀποῤῥεῖν ἀπὸ τῆς πηγῆς ὕδωρ, καὶ ὕλην καὶ γῆν ἀγαθὴν ἐργάσιμον ὅσην καὶ χιλίοις ἀνθρώποις ἀποχρῶσαν ἂν εἶναι ἐργάζεσθαι.

4. Καὶ ταῦτα ἀκούοντα Ἀλέξανδρον πόθος λαμβάνει ἐξελεῖν καὶ τοῦτο τὸ ὄρος, οὐχ ἥκιστα ἐπὶ τῷ ἀμφὶ τὸν Ἡρακλέα μύθῳ πεφημισμένῳ. Τὰ μὲν δὴ Ὦρα καὶ τὰ Μάσσαγα φρούρια ἐποίησεν ἐπὶ τῇ χώρᾳ· τὰ Βάζιρα δὲ πόλιν ἐξετείχισε. (5) Καὶ οἱ ἀμφὶ Ἡφαιστίωνά τε καὶ Περδίκκαν αὐτῷ ἄλλην πόλιν ἐκτειχίσαντες (Ὀροβάτις ὄνομα τῇ πόλει ἦν), καὶ φρουρὰν καταλιπόντες ὡς ἐπὶ τὸν Ἰνδὸν ποταμὸν ᾔεσαν· ὡς δὲ ἀφίκοντο, ἔπρασσον ἤδη ὅσα ἐς τὸ ζεῦξαι τὸν Ἰνδὸν ὑπὸ Ἀλεξάνδρου ἐτέτακτο.

6. Ἀλέξανδρος δὲ τῆς μὲν χώρας τῆς ἐπὶ τάδε τοῦ Ἰνδοῦ ποταμοῦ σατράπην κατέστησε Νικάνορα τῶν ἑταίρων. Αὐτὸς δὲ τὰ μὲν πρῶτα ὡς ἐπὶ τὸν Ἰνδὸν ποταμὸν ἦγε, καὶ πόλιν τε Πευκελαῶτιν οὐ πόῤῥω τοῦ Ἰνδοῦ ᾠκισμένην ὁμολογίᾳ παρεστήσατο καὶ ἐν αὐτῇ φρουρὰν καταστήσας τῶν Μακεδόνων καὶ Φίλιππον ἐπὶ τῇ φρουρᾷ ἡγεμόνα, ὁ δὲ καὶ ἄλλα προσηγάγετο μικρὰ πολίσματα πρὸς τῷ Ἰνδῷ ποταμῷ ᾠκισμένα. Ξυνείποντο δὲ αὐτῷ Κωφαῖός τε καὶ Ἀσσαγέτης οἱ ὕπαρχοι τῆς χώρας. (7) Ἀφικόμενος δὲ ἐς Ἐμβόλιμα πόλιν, ἣ ξύνεγγυς τῆς πέτρας τῆς Ἀόρνου ᾠκεῖτο, Κράτερον μὲν ξὺν μέρει τῆς στρατιᾶς καταλείπει αὐτοῦ, σῖτόν τε ἐς τὴν πόλιν ὡς πλεῖστον ξυνάγειν καὶ ὅσα ἄλλα ἐς χρόνιον τριβήν, ὡς ἐντεῦθεν ὁρμωμένους τοὺς Μακεδόνας χρονίῳ πολιορκίᾳ ἐκτρυχῶσαι τοὺς κατέχοντας τὴν πέτραν, εἰ μὴ ἐξ ἐφόδου ληφθείη. (8) Αὐτὸς δὲ τοὺς τοξότας τε ἀναλαβὼν καὶ τοὺς Ἀγριᾶνας καὶ τὴν Κοίνου τάξιν καὶ ἀπὸ τῆς ἄλλης φάλαγγος ἐπιλέξας τοὺς κουφοτάτους τε καὶ ἅμα εὐοπλοτάτους καὶ τῶν ἑταίρων ἱππέων ἐς διακοσίους καὶ ἱπποτοξότας ἐς ἑκατὸν προσῆγε τῇ πέτρᾳ. Καὶ ταύτῃ μὲν τῇ ἡμέρᾳ κατεστρατοπεδεύσατο ἵνα ἐπιτήδειον αὐτῷ ἐφαίνετο· τῇ δὲ ὑστεραίᾳ ὀλίγον προελθὼν ὡς πρὸς τὴν πέτραν αὖθις ἐστρατοπεδεύσατο.

habeo quod affirmare possim : potius tamen non eo penetrasse (omnia enim quæ difficilia sunt homines ut difficiliora esse videantur Herculem ipsum præstare nequivisse comminiscuntur), verum esse crediderim. Equidem de hac petra ita sentio, augendæ rei causa Herculis nomen adhibitum esse. (3) Ambitum hujus petræ cc stadiorum esse aiunt : altitudinem, qua humillima est, stadiorum XI ; uno tantum arduo calle, eoque manu facto, adiri posse. Multam etiam eamque purissimam in vertice petræ aquam e fonte edi indeque defluere : silvam etiam habere tantumque arabilis et fertilis agri, quantum mille homines colere possint.

4. Quibus cognitis Alexandrum magno ejus montis capiendi desiderio captum fuisse. Neque parum fabula illa de Hercule vulgata illum accendit. Itaque Oris et Massagis ad regionis præsidium firmatis, Baziræ muros exstruxit. (5) Hephæstion interea et Perdiccas alia urbe Alexandri jussu instaurata (Orobatis urbi nomen erat) et relicto ibidem præsidio, ad Indum flumen moverunt. Quo ubi venerunt, omnia quæ de ponte jungendo Alexander imperarat faciunt.

6. Regioni cis Indum sitæ Alexander ex amicis Nicanorem satrapam constituit. Ipse primum ad Indum flumen movit, urbemque Peucelaotim haud procul ab amne sitam deditione recepit, præsidioque Macedonum imposito Philippoque ei præfecto multa præterea ignobilia oppida ad Indum amnem sita subegit, comitantibus eum Cophæo et Assagete præsidibus provinciæ. (7) Postquam vero Embolima venit, quæ urbs non procul a petra Aorno sita est, Craterum cum parte exercitus ibi relinquit, utque frumentum quantum posset aliaque necessaria ad longi temporis moram ibi faciendam in urbem convehat jubet, ut inde progressi Macedones, diuturna obsidione eos qui petram tenebant conficerent, si primo impetu capi non posset. (8) Ipse assumptis sagittariis atque Agrianis Cœnique agmine et ex reliqua phalange delectis iis qui et expeditiores et melius armati essent, præterea ex equitatu amicorum ducentis ac sagittariis equestribus centum, exercitum ad petram admovit. Ac primo quidem die castra commodo loco ponit. Postero die propius ad petram rursum castra locat.

ΚΕΦ. ΚΘ΄.

Καὶ ἐν τούτῳ ἧκον παρ' αὐτὸν τῶν προσχώρων τινές, σφᾶς τε αὐτοὺς ἐνδιδόντες καὶ ἡγήσασθαι φάσκοντες ἐς τῆς πέτρας τὸ ἐπιμαχώτατον, ὅθεν οὐ χαλεπὸν αὐτῷ ἔσεσθαι ἑλεῖν τὸ χωρίον. Καὶ ξὺν τούτοις πέμπει Πτολεμαῖον τὸν Λάγου τὸν σωματοφύλακα, τούς τε Ἀγριᾶνας ἄγοντα καὶ τοὺς ψιλοὺς τοὺς ἄλλους καὶ τῶν ὑπασπιστῶν ἐπιλέκτους, προστάξας, ἐπειδὰν καταλάβῃ τὸ χωρίον, κατέχειν μὲν αὐτὸ ἰσχυρᾷ φυλακῇ, οἷ δὲ σημαίνειν ὅτι ἔχεται. (2) Καὶ Πτολεμαῖος ἐλθὼν ὁδὸν τραχεῖάν τε καὶ δύσπορον λανθάνει τοὺς βαρβάρους κατασχὼν τὸν τόπον· καὶ τοῦτον χάρακι ἐν κύκλῳ καὶ τάφρῳ ὀχυρώσας πυρσὸν αἴρει ἀπὸ τοῦ ὄρους ἔνθεν ὀφθήσεσθαι ὑπ' Ἀλεξάνδρου ἔμελλε. Καὶ ὤφθη τε ἅμα ἡ φλὸξ καὶ Ἀλέξανδρος ἐπῆγε τῇ ὑστεραίᾳ τὴν στρατιάν· ἀμυνομένων δὲ τῶν βαρβάρων οὐδὲν πλέον αὐτῷ ὑπὸ δυσχωρίας ἐγίγνετο. (3) Ὡς δὲ Ἀλεξάνδρῳ ἄπορον τὴν προσβολὴν κατέμαθον οἱ βάρβαροι, ἀναστρέψαντες τοῖς ἀμφὶ Πτολεμαῖον αὐτοὶ προσέβαλλον· καὶ γίγνεται αὐτῶν τε καὶ τῶν Μακεδόνων μάχη καρτερά, τῶν μὲν διασπάσαι τὸν χάρακα σπουδὴν ποιουμένων, τῶν Ἰνδῶν, Πτολεμαίου δὲ διαφυλάξαι τὸ χωρίον· καὶ μεῖον σχόντες οἱ βάρβαροι ἐν τῷ ἀκροβολισμῷ νυκτὸς ἐπιγενομένης ἀνεχώρησαν.

Quæ vero in superioribus et sublimioribus altisque locis positæ sint, ex lateribus et cæmento factas esse. (5) Maximam autem apud Indos urbem esse Palimbothra in Prasiorum finibus, ad Erannoboæ et Gangis fluminum confluentem : ac Gangis quidem maximi omnium fluminum. Erannoboas autem tertius fortasse fuerit Indiæ fluminum, major tamen hic quoque aliarum terrarum fluviis, sed Gangi cedit, quum in eum aquam suam immisit. (6) Ait porro Megasthenes longitudinem urbis esse ab utroque latere, qua longissime habitatur, stadiorum LXXX, latitudinem XV; (7) fossamque urbi circumductam, latitudine sex jugerum, altitudine cubitorum XXX, murum turres habere DLXX, portas LXIV. (8) Hoc etiam esse memorabile in India, omnes Indos liberos esse, neque ullum omnino Indum servum esse. Qua quidem in re Indis cum Lacedæmoniis convenit. (9) Lacedæmoniis tamen Helotes servi sunt, serviliaque munia obeunt; Indis vero neque alius servus est, nedum Indorum quisquam.

CAP. XI.

Distinguuntur autem Indi omnes in septem potissimum genera hominum : quorum qui sophistæ sive sapientes appellantur, numero quidem reliquis inferiores sunt, sed honore et gloria præstantissimi. (2) Neque enim ad ulla opera quæ corpore præstantur adigi possunt : neque quicquam conferunt ad publicum usum ex iis quæ labore parant; neque, ut summatim dicam, ullius plane operis necessitas sophistis imposita est, nisi ut diis pro communi salute sacrificia faciant. (3) Et siquis privatim sacrificat, aliquis ex his sophistis interpres sacrificiorum ei adjungitur; tanquam aliter accepta diis sacrificia futura non sint. (4) Sunt vero etiam hi soli inter Indos divinandi periti : neque cuiquam divinatio permittitur nisi sapienti viro. (5) Vaticinantur autem de temporibus anni, aut si quæ publica calamitas immineat. De rebus privatis non vaticinantur, sive quod divinandi rationem ad res minores pertinere non putant : sive quod indignum credunt circa minutiora hæc laborare. (6) Quicunque autem ter divinando a vero aberrarit, huic nihil aliud pœnæ loco infligitur, quam quod ei deinceps silentium agere necesse est : neque est, qui cogat virum hunc, vocem mittere, cui silentium imperatum fuerit. (7) Hi sophistæ nudi degunt. Hieme sub dio apricantur : æstate quum sol fervet in pratis et palustribus locis sub ingentibus arboribus. Quarum umbram Nearchus scribit ad quinque jugera in circuitu extendi, facileque dena hominum millia sub unius arboris umbra delitescere; tantæ magnitudinis esse eas arbores. (8) Fructibus vero maturis vescuntur corticibusque arborum, quæ et dulces sunt et multi nutrimenti, perinde

μεῖον ἤπερ αἱ βάλανοι τῶν φοινίκων. (9) Δεύτεροι δ' ἐπὶ τούτοισιν οἱ γεωργοί εἰσιν, οὗτοι πλήθεϊ πλεῖστοι Ἰνδῶν ἐόντες· καὶ τούτοισιν οὔτε ὅπλα ἐστὶν ἀρήϊα οὔτε μέλει τὰ πολέμια ἔργα, ἀλλὰ τὴν χώρην οὗτοι ἐργάζονται· καὶ τοὺς φόρους τοῖσί τε βασιλεῦσι καὶ τῇσι πόλισιν, ὅσαι αὐτόνομοι, οὗτοι ἀποφέρουσι· (10) καὶ εἰ πόλεμος ἐς ἀλλήλους τοῖσιν Ἰνδοῖσι τύχοι, τῶν ἐργαζομένων τὴν γῆν οὐ θέμις σφὶν ἅπτεσθαι, οὐδὲ αὐτὴν τὴν γῆν τέμνειν· ἀλλὰ οἱ μὲν πολεμέουσι καὶ κατακαίνουσιν ἀλλήλους ὅπως τύχοιεν, οἱ δὲ πλησίον αὐτῶν κατ' ἡσυχίην ἀροῦσιν ἢ τρυγῶσιν ἢ κλαδοῦσιν ἢ θερίζουσιν. (11) Τρίτοι δέ εἰσιν Ἰνδοῖσιν οἱ νομέες, οἱ ποιμένες τε καὶ βουκόλοι, καὶ οὗτοι οὔτε κατὰ πόλιας οὔτε ἐν τῇσι κώμῃσιν οἰκέουσι. Νομάδες τέ εἰσι καὶ ἀνὰ τὰ οὔρεα βιοτεύουσι· φόρον δὲ καὶ οὗτοι ἀπὸ τῶν κτηνέων ἀποφέρουσι· καὶ θηρεύουσιν οὗτοι ἀνὰ τὴν χώρην ὄρνιθάς τε καὶ ἄγρια θηρία.

atque palmarum fructus. (9) Secundum genus hominum post sophistas sunt agricolæ, qui quidem numero reliquas Indorum tribus longe superant. Hi neque arma habent, quibus in bello utantur, neque bellicas res curant : sed agros colunt, et regibus liberisque urbibus tributa pendunt; (10) et si intestina inter Indos bella incidant, nec licet militibus manus injicere agricolis, neque ipsum agrum vastare; sed dum alii inter se bellum gerunt seseque mutuo interficiunt prout res dat, hi juxta illos tranquille aut arant, aut fruges colligunt, aut poma ab arboribus decutiunt, aut messi vacant. (11) Tertium genus Indorum sunt pastores, sive opiliones sive bubulci, et hi neque urbes neque pagos inhabitant, sed vagabundi in montibus degunt, tributum vero et hi ex armentis et pecore pendunt, avesque et agrestes feras venantur.

ΚΕΦ. ΙΒ'.

Τέταρτον δέ ἐστι τὸ δημιουργικόν τε καὶ καπηλικὸν γένος. Καὶ οὗτοι λειτουργοί εἰσι, καὶ φόρον ἀποφέρουσιν ἀπὸ τῶν ἔργων τῶν σφετέρων, πλήν γε δὴ ὅσοι τὰ ἀρήϊα ὅπλα ποιέουσιν· οὗτοι δὲ καὶ μισθὸν ἐκ τοῦ κοινοῦ προσλαμβάνουσιν. Ἐν δὲ τούτῳ τῷ γένεϊ οἵ τε ναυπηγοὶ καὶ οἱ ναῦταί εἰσιν, ὅσοι κατὰ τοὺς ποταμοὺς πλώουσι. (2) Πέμπτον δὲ γένος ἐστὶν Ἰνδοῖσιν οἱ πολεμισταὶ, πλήθεϊ μὲν δεύτερον μετὰ τοὺς γεωργοὺς, πλείστῃ δὲ ἐλευθερίῃ τε καὶ εὐθυμίῃ ἐπιχρεόμενον· καὶ οὗτοι ἀσκηταὶ μούνων τῶν πολεμικῶν ἔργων εἰσί. (3) Τὰ δὲ ὅπλα ἄλλοι αὐτοῖσι ποιέουσι, καὶ ἵππους ἄλλοι παρέχουσι· καὶ διακονέουσιν ἐπὶ στρατοπέδου ἄλλοι, οἳ τούς τε ἵππους αὐτοῖσι θεραπεύουσι καὶ τὰ ὅπλα ἐκκαθαίρουσι καὶ τοὺς ἐλέφαντας ἄγουσι καὶ τὰ ἅρματα κοσμέουσί τε καὶ ἡνιοχεύουσιν. (4) Αὐτοὶ δὲ, ἔστ' ἂν μὲν πολεμέειν δέῃ, πολεμέουσιν, εἰρήνης δὲ γενομένης εὐθυμέονται· καί σφιν μισθὸς ἐκ τοῦ κοινοῦ τοσόσδε ἔρχεται, ὡς καὶ ἄλλους τρέφειν ἀπ' αὐτοῦ εὐμαρέως. (5) Ἕκτοι δέ εἰσιν Ἰνδοῖσιν οἱ ἐπίσκοποι καλεόμενοι. Οὗτοι ἐφορῶσι τὰ γινόμενα κατά τε τὴν χώρην καὶ κατὰ τὰς πόλιας· καὶ ταῦτα ἀναγγέλλουσι τῷ βασιλέϊ, ἵναπερ βασιλεύονται Ἰνδοί, ἢ τοῖσι τέλεσιν, ἵναπερ αὐτόνομοι εἰσί· καὶ τούτοισιν οὐ θέμις ψεῦδος ἀγγεῖλαι οὐδέν· οὐδέ τις Ἰνδῶν αἰτίην ἔσχε ψεύσασθαι. (6) Ἕβδομοι δέ εἰσιν οἱ ὑπὲρ τῶν κοινῶν βουλευόμενοι ὁμοῦ τῷ βασιλέϊ, ἢ κατὰ τὰς πόλιας ὅσαι αὐτόνομοι σὺν τῇσιν ἀρχῇσι. (7) Πλήθεϊ μὲν ὀλίγον τὸ γένος τοῦτό ἐστι, σοφίῃ δὲ καὶ δικαιότητι ἐκ πάντων προκεκριμένον· ἔνθεν οἵ τε ἄρχοντες αὐτοῖσιν ἐπιλέγονται καὶ ὅσοι νομάρχαι καὶ ὕπαρχοι καὶ θησαυροφύλακές τε καὶ στρατοφύλακες, ναύαρχοί τε καὶ ταμίαι, καὶ τῶν κατὰ γεωργίην ἔργων ἐπιστάται. (8) Γαμέειν δὲ ἐξ ἑτέρου γένεος οὐ θέμις, οἷον τοῖσι γεωργοῖσιν ἐκ τοῦ δημιουργικοῦ, ἢ ἔμπαλιν· οὐδὲ

CAP. XII.

Quartum genus est opificum et negotiatorum. Et hi corpore laborant, atque ex operibus suis tributa persolvunt, iis exceptis qui arma bellica fabricantur. Ii enim etiam ex publico mercedem accipiunt. In hoc genere sunt fabri navales et nautæ quotquot flumina navigant. (2) Quintum genus est militantium : multitudine quidem secundum post agricolas, sed maxime liberum atque alacre. Hi solas bellicas res exercent. (3) Arma alii ipsis conficiunt, et equos alii suppeditant, serviuntque his apud castra alii, qui et equos curant atque arma extergent, et elephantos ducunt, et currus instruunt ac gubernant. (4) Ipsi vero, quum bellandum est, bellant : constituta autem pace jucundam atque alacrem vitam degunt, tantumque stipendii eis ex publico datur, ut ex eo etiam alios commode alere possint. (5) Sextum genus est episcoporum sive inquisitorum, ut vocantur. Hi quid in urbibus, quid in agris agatur inquirunt, eaque regibus, si per reges gubernantur, aut magistratibus, si liberæ civitates sunt, denuntiant. His fas non est falsa pro veris denuntiare : neque Indorum quisquam mendacii unquam accusatus est. (6) Septimum genus est eorum qui de rebus ad commune pertinentibus consultant : idque vel cum rege, vel per urbes quæ liberæ imperium tenent cum magistratibus. (7) Atque hi quidem numero pauci sunt : sed sapientia ac justitia reliquis præstant. Ex hoc genere magistratus et regionum præsides et præfecti et quæstores ac copiarum et classium duces, ac dispensatores et rerum rusticarum exactores deliguntur. (8) Conjugia inter hos ordines promiscua fieri nefas est. Neque enim licet exem-

δύο τέχνας ἐπιτηδεύειν τὸν αὐτὸν, οὐδὲ τοῦτο θέμις· οὐδὲ ἀμείβειν ἐξ ἑτέρου γένεος εἰς ἕτερον, οἷον γεωργικὸν ἐκ νομέος γενέσθαι, ἢ νομέα ἐκ δημιουργικοῦ. (9) Μοῦνον σφίσιν ἀνεῖται σοφιστὴν ἐκ παντὸς γένεος γενέσθαι· ὅτι οὐ μαλθακὰ τοῖσι σοφιστῇσιν εἰσὶ τὰ πρήγματα, ἀλλὰ πάντων ταλαιπωρότατα.

ΚΕΦ. ΙΓ'.

Θηρῶσι δὲ Ἰνδοὶ τὰ μὲν ἄλλα ἄγρια θηρία, κατάπερ καὶ Ἕλληνες· ἡ δὲ τῶν ἐλεφάντων σφὶν θήρη οὐδέν τι ἄλλῃ ἔοικεν, ὅτι καὶ ταῦτα τὰ θηρία οὐδαμοῖσιν ἄλλοισι θηρίοισιν ἐπέοικεν. (2) Ἀλλὰ τόπον γὰρ ἐπιλεξάμενοι ἄπεδον καὶ καυματώδεα ἐν κύκλῳ τάφρον ὀρύσσουσιν, ὅσον μεγάλῳ στρατοπέδῳ ἐπαυλίσασθαι. Τῆς δὲ τάφρου τὸ εὖρος ἐς πέντε ὀργυιὰς ποιέονται, βάθος τε ἐς τέσσαρας. (3) Τὸν δὲ χόον ὅντινα ἐκβάλλουσιν ἐκ τοῦ ὀρύγματος, ἐπὶ τὰ χείλεα ἑκάτερα τῆς τάφρου ἐπιφορήσαντες, ἀντὶ τείχεος διαχρέονται· (4) αὐτοὶ δὲ ἐπὶ τῷ χώματι τοῦ ἐπιχειλέος τοῦ ἔξω τῆς τάφρου σκηνάς σφιν ὀρυκτὰς ποιέονται, καὶ διὰ τουτέων ὀπὰς ὑπολείπονται· δι' ὧν φῶς τε αὐτοῖσι συνεισέρχεται καὶ τὰ θηρία προσάγοντα καὶ ἐσελαύνοντα ἐς τὸ ἕρκος σκέπτονται. (5) Ἐνταῦθα ἐντὸς τοῦ ἕρκεος καταστήσαντες τῶν τινας θηλέων τρεῖς ἢ τέσσαρας, ὅσαι μάλιστα τὸν θυμὸν χειροήθεες, μίαν εἴσοδον ἀπολιμπάνουσι κατὰ τὴν τάφρον, γεφυρώσαντες τὴν τάφρον· καὶ ταύτῃ χόον τε καὶ ποίην πολλὴν ἐπιφέρουσι τοῦ μὴ ἀρίδηλον εἶναι τοῖσι θηρίοισι τὴν γέφυραν, μή τινα δόλον ὀισθέωσιν. (6) Αὐτοὶ μὲν οὖν ἐκποδὼν σφᾶς ἔχουσι κατὰ τῶν σκηνέων τῶν ὑπὸ τῇ τάφρῳ δεδυκότες. Οἱ δὲ ἄγριοι ἐλέφαντες ἡμέρης μὲν οὐ πελάζουσι τοῖσιν οἰκεομένοισι, νύκτωρ δὲ πλανῶνταί τε πάντῃ καὶ ἀγεληδὸν νέμονται τῷ μεγίστῳ καὶ γενναιοτάτῳ σφῶν ἑπόμενοι, κατάπερ αἱ βόες τοῖσι ταύροισιν. (7) Ἐπεὰν οὖν τῷ ἕρκεϊ πελάσωσι, τήν τε φωνὴν ἀκούοντες τῶν θηλέων καὶ τῇ ὀδμῇ αἰσθανόμενοι, δρόμῳ ἵενται ὡς ἐπὶ τὸν χῶρον τὸν πεφραγμένον· ἐκπεριελθόντες δὲ τῆς τάφρου τὰ χείλεα εὖτ' ἂν τῇ γεφύρῃ ἐπιτύχωσι, κατὰ ταύτην ἐς τὸ ἕρκος ὠθέονται. (8) Οἱ δὲ ἄνθρωποι αἰσθόμενοι τὴν ἔσοδον τῶν ἐλεφάντων τῶν ἀγρίων, οἱ μὲν αὐτῶν τὴν γέφυραν ὀξέως ἀφεῖλον, οἱ δὲ ἐπὶ τὰς πέλας κώμας ἀποδραμόντες ἀγγέλλουσι τοὺς ἐλέφαντας ὅτι ἐν τῷ ἕρκεϊ ἔχονται· (9) οἱ δὲ ἀκούσαντες ἐπιβαίνουσι τῶν κρατίστων τε τὸν θυμὸν καὶ τῶν χειροηθεστάτων ἐλεφάντων, ἐπιβάντες δὲ ἐλαύνουσιν ὡς ἐπὶ τὸ ἕρκος, ἐλάσαντες δὲ οὐκ αὐτίκα μάχης ἅπτονται, ἀλλ' ἐῶσι γὰρ λιμῷ τε ταλαιπωρηθῆναι τοὺς ἀγρίους ἐλέφαντας καὶ ὑπὸ τῷ δίψει δουλωθῆναι. (10) Εὖτ' ἂν δὲ σφίσι κακῶς ἔχειν δοκέωσι, τηνικαῦτα ἐπιστήσαντες αὖθις τὴν γέφυραν ἐλαύνουσί τε ὡς ἐς τὸ ἕρκος, καὶ τὰ μὲν πρῶτα μάχη ἵσταται κρατερὴ τοῖσιν ἡμέροισι τῶν ἐλεφάντων πρὸς τοὺς ἑαλωκότας· ἔπειτα κρατέονται μὲν κατὰ τὸ εἰκὸς

pli causa agricolæ ex opificum ordine uxorem ducere : nec contra. Neque uni duas artes exercere fas est, neque ex uno genere in aliud transire : veluti agricolam ex pastore, aut pastorem ex opifice fieri. (9) Hoc tantum permittitur, sophistam ex quocunque genere fieri. Neque enim mollis est sophistarum vita, sed omnium laboriosissima.

CAP. XIII.

Venantur autem Indi reliquas feras ut Græci : at elephantorum apud eos venatio nihil prorsus alii venandi modo similis est, siquidem et hæ feræ nullis similes sunt. (2) Deligunt venatores locum planum et apricum, magni exercitus capacem, in cujus circuitu fossam ducunt. Fossæ latitudo ad quinque orgyias habet, altitudo circiter quatuor. (3) Terram, quam fodiendo eruunt, utrimque ad labra fossæ congerunt, eaque pro muro utuntur. (4) Ipsi autem in exterioris labri aggere tentoria sibi fossilia faciunt, et foramina in iis, per quæ lucem admittant, relinquunt : ipsique ex iis feras appropinquantes atque in septum ingredientes prospectant. (5) Tunc tres aut quatuor elephantos fœminei sexus ex mansuetissimis septo includentes, unum per fossam aditum relinquunt, fossa ponte juncta, quem multa terra et multo cespite sternunt, ne conspici a feris pons, et dolus sentiri possit. (6) Venatores autem remoti sese in cavernis pone fossam continent. Nam feri elephanti loca habitata interdiu non adeunt : noctu vero passim errantes gregatim pascuntur, eumque ducem sequuntur qui et maximus est et generosissimus : non aliter ac tauros vaccæ sequi cernuntur. (7) Postquam septis propiores facti fœminarum vocem audierunt, easque per odoratum cognovere, cursu feruntur ad septa, et fossæ labra circumeuntes quum ad pontem pervenerint, per eum in septa ruunt. (8) Venatores ubi ingressos feros elephantos sentiunt, alii continuo pontem subtrahunt, alii proximos pagos petentes elephantos septo inclusos esse nuntiant. (9) Quo cognito populares confestim elephantos animosissimos ac mansuetissimos conscendunt, atque ad septum accedunt. Nec tamen primo statim adventu cum agrestibus elephantis pugnam aggrediuntur, sed illos aliquamdiu fame macerari ac siti domari sinunt : (10) quumque jam languidiores factos vident, rursus immisso ponte septa ingrediuntur. Et primo quidem acre certamen fit inter domitos elephantos et feros captos : tandem superantur,

οἱ ἄγριοι ὑπό τε τῇ ἀθυμίῃ καὶ τῷ λιμῷ ταλαιπωρεύμενοι. (11) Οἱ δὲ ἀπὸ τῶν ἐλεφάντων καταβάντες παρειμένοισιν ἤδη τοῖσιν ἀγρίοισι τοὺς πόδας ἄκρους συνδέουσιν· ἔπειτα ἐγκελεύονται τοῖσιν ἡμέροισι πληγῇσι σφᾶς κολάζειν πολλῇσιν, ἔστ' ἂν ἐκεῖνοι ταλαιπωρεύμενοι ἐς γῆν πέσωσι· παραστάντες δὲ βρόχους περιβάλλουσιν αὐτοῖσι κατὰ τοὺς αὐχένας, καὶ αὐτοὶ ἐπιβαίνουσι κειμένοισι. (12) Τοῦ δὲ μὴ ἀποσείεσθαι τοὺς ἀμβάτας μηδέ τι ἄλλο ἀτάσθαλον ἐργάζεσθαι, τὸν τράχηλον αὐτοῖσιν ἐν κύκλῳ μαχαιρίῳ ὀξέϊ ἐπιτέμνουσι, καὶ τὸν βρόχον κατὰ τὴν τομὴν περιδέουσιν, ὡς ἀτρέμα ἔχειν τὴν κεφαλήν τε καὶ τὸν τράχηλον ὑπὸ τοῦ ἕλκεος. (13) Εἰ γὰρ περιστρέφοιντο ὑπὸ ἀτασθαλίης, τρίβεται αὐτοῖσι τὸ ἕλκος ὑπὸ τῷ κάλῳ. Οὕτω μὲν ὦν ἀτρέμα ἴσχουσι, καὶ αὐτοὶ γνωσιμαχέοντες ἤδη ἄγονται κατὰ τὸν δεσμὸν πρὸς τῶν ἡμέρων.

ΚΕΦ. ΙΔ'.

Ὅσοι δὲ νήπιοι αὐτῶν ἢ διὰ κακότητα οὐκ ἄξιοι ἐκτῆσθαι, τούτους ἐῶσιν ἀπαλλάττεσθαι ἐς τὰ σφέτερα ἤθεα. (2) Ἄγοντες δὲ εἰς τὰς κώμας τοὺς ἁλόντας τοῦ τε χλωροῦ καλάμου καὶ τῆς ποίης τὰ πρῶτα ἐμφαγεῖν ἔδοσαν· (3) οἱ δὲ ὑπὸ ἀθυμίης οὐκ ἐθέλουσιν οὐδὲν σιτέεσθαι, τοὺς δὲ περιϊστάμενοι οἱ Ἰνδοὶ ᾠδαῖσί τε καὶ τυμπάνοισι καὶ κυμβάλοισιν ἐν κύκλῳ κρούοντές τε καὶ ἐπᾴδοντες κατευνάζουσι. (4) Θυμόσοφον γὰρ εἴπερ τι ἄλλο θηρίον ὁ ἐλέφας· καί τινες ἤδη αὐτῶν τοὺς ἀμβάτας σφῶν ἐν πολέμῳ ἀποθανόντας ἄραντες αὐτοὶ ἐξήνεγκαν ἐς ταφήν, οἱ δὲ καὶ ὑπερήσπισαν κειμένους, οἱ δὲ καὶ πεσόντων προεκινδύνευσαν· ὁ δέ τις πρὸς ὀργὴν ἀποκτείνας τὸν ἀμβάτην ὑπὸ μετανοίης τε καὶ ἀθυμίης ἀπέθανεν. (5) Εἶδον δὲ ἔγωγε καὶ κυμβαλίζοντα ἤδη ἐλέφαντα καὶ ἄλλους ὀρχεομένους, κυμβάλοιν τῷ κυμβαλίζοντι πρὸς τοῖν σκελοῖν τοῖν ἔμπροσθεν προσηρτημένοιν, καὶ πρὸς τῇ προβοσκίδι καλεομένῃ ἄλλο κύμβαλον· (6) ὁ δὲ ἐν μέρεϊ τῇ προβοσκίδι ἔκρουε τὸ κύμβαλον ἐν ῥυθμῷ πρὸς ἑκατέροιν τοῖν σκελοῖν· οἱ δὲ ὀρχεόμενοι ἐν κύκλῳ τε ἐχόρευον, καὶ ἐπαίροντές τε καὶ ἐπικάμπτοντες τὰ ἔμπροσθεν σκέλεα ἐν τῷ μέρεϊ ἐν ῥυθμῷ καὶ οὗτοι ἔβαινον, κατότι ὁ κυμβαλίζων σφίσιν ὑπηγέετο. (7) Βαίνεται δὲ ἐλέφας, ἦρος ὥρῃ, κατάπερ βοῦς ἢ ἵππος, ἐπεὰν τῇσι θηλέῃσιν αἱ παρὰ τοῖσι κροτάφοισιν ἀναπνοαὶ ἀνοιχθεῖσαι ἐκπνέωσι· κύει δὲ τοὺς ἐλαχίστους μὲν ἑκκαίδεκα μῆνας, τοὺς πλείστους δὲ ὀκτωκαίδεκα· τίκτει δὲ ἕν, κατάπερ ἵππος· καὶ τοῦτο ἐκτρέφει τῷ γάλακτι ἐς ἔτος ὄγδοον. (8) Ζῶσι δὲ ἐλεφάντων οἱ πλεῖστα ἔτεα ζῶντες ἐς διηκόσια· πολλοὶ δὲ νούσῳ προτελευτῶσιν αὐτῶν· γήραϊ δὲ ἐς τόσον ἔρχονται. (9) Καὶ ἔστιν αὐτοῖσι τῶν μὲν ὀφθαλμῶν ἴημα τὸ βόειον γάλα ἐγχεόμενον, πρὸς δὲ τὰς ἄλλας νούσους ὁ μέλας οἶνος πινόμενος, ἐπὶ δὲ τοῖσιν ἕλκεσι τὰ

ut par est, feri, languore et fame pressi. (11) Tum sessores ex elephantis in terram demissi languidis jam feris elephantis summos pedes colligant; dehinc domitis elephantis imperant, ut feros multis plagis castigent, donec verberibus defatigati in terram procidant. Tunc adstantes cervicibus eorum laqueos aptant, et ipsi prostratos inscendunt. (12) Ne vero sessores excutiant, neve aliud damni inferant, colla acuto gladiolo in circuitum proscindunt, vulnusque laqueo circumligant, ut præ ulcere et collum et caput immotum teneant. (13) Si enim pervicaciter reluctentur, fune ulcus teritur. Atque ita tandem quiete se habent, et victos sese agnoscentes ex vinculo ab domitis ducuntur.

CAP. XIV.

Qui vero eorum immaturæ ætatis aut propter malam corporis constitutionem digni non sunt, qui possideantur, eos abire in loca ipsis consueta permittunt. (2) Cæteros captos in pagos ducunt, ac primum eos gramine et viridibus culmis pascunt. (3) Illi vero præ mœrore prorsus vesci nolunt. Indi autem circumstantes tympanorum ac cymbalorum pulsu cantuque eos exhilarant ac demulcent. (4) Intelligens enim, si quæ alia fera, est elephas. Et quidem nonnulli rectores suos in bello cæsos sublatos ad sepulturam detulerunt: alii jacentes propugnarunt: alii pro sessoribus lapsis neci sese objecerunt; quidam quum per iram rectorem suum occidisset, pœnitentia et mœrore se confecit. (5) Vidi ego aliquando elephantum cymbalum pulsantem aliis saltantibus, duobus cymbalis ad anteriora crura appensis, alioque ad proboscidem alligato. (6) Ipse alternatim proboscide cymbalum in numerum ad utrumque crus pulsabat: reliqui in gyrum choreas ducebant, et sublatis flexisque prioribus cruribus vicissim in numerum etiam procedebant, prout si, qui cymbalum pulsabat, sono præibat. (7) Elephas venerem appetit verno tempore, quemadmodum bos aut equa, quum fœminis spiracula quædam circa tempora adaperta expirant; fertque in utero fœtum minimum XVI menses, summum XVIII. Parit autem elephas unicum, sicut equa: atque hunc lacte suo in octavum usque annum nutrit. (8) Vivunt elephanti, qui plurimum, annos CC; multi vero ante hoc tempus morbo intereunt. Senectute vero ad hanc ætatem pertingunt. (9) Oculorum ægritudini remedium iis est lac bubulum infusum: reliquis morbis vinum nigrum epotum prodest, ulceribus autem

ὕεια κρέα ὀπτώμενα καὶ καταπασσόμενα. Ταῦτα παρ' Ἰνδοῖσίν ἐστιν αὐτοῖσιν ἰήματα.

ΚΕΦ. ΙΕ'.

Τοῦ δὲ ἐλέφαντος τὸν τίγριν πολλόν τι ἀλκιμώτερον Ἰνδοὶ ἄγουσι. Τίγριος δὲ δορὴν μὲν ἰδεῖν λέγει Νέαρχος, αὐτὸν δὲ τίγριν, οὐκ ἰδεῖν· ἀλλὰ τοὺς Ἰνδοὺς γὰρ ἀπηγέεσθαι, τίγριν εἶναι μέγεθος μὲν ἡλίκον τὸν μέγιστον ἵππον, τὴν δὲ ὠκύτητα καὶ ἀλκὴν οἵην οὐδενὶ ἄλλῳ εἰκάσαι· (2) τίγριν γάρ, ἐπεὰν ὁμοῦ ἔλθῃ ἐλέφαντι, ἐπιπηδᾶν τε ἐπὶ τὴν κεφαλὴν τοῦ ἐλέφαντος καὶ ἄγχειν εὐπετέως. (3) Ταύτας δὲ ἅστινας καὶ ἡμεῖς ὁρέομεν καὶ τίγριας καλέομεν, θῶας εἶναι αἰόλους καὶ μέζονας ἤπερ τοὺς ἄλλους θῶας. (4) Ἐπεὶ καὶ ὑπὲρ τῶν μυρμήκων λέγει Νέαρχος μύρμηκα μὲν αὐτὸς οὐκ ἰδέειν, ὁποῖον δή τινα μετεξέτεροι διέγραψαν γίνεσθαι ἐν τῇ Ἰνδῶν γῇ, δορὰς δὲ καὶ τούτων ἰδεῖν πολλὰς ἐς τὸ στρατόπεδον κατακομισθείσας τὸ Μακεδονικόν. (5) Μεγασθένης δὲ καὶ ἀτρεκέα εἶναι ὑπὲρ τῶν μυρμήκων τὸν λόγον ἱστορέει, τούτους εἶναι τοὺς τὸν χρυσὸν ὀρύσσοντας, οὐκ αὐτοῦ τοῦ χρυσοῦ ἕνεκα, ἀλλὰ φύσι γὰρ κατὰ τῆς γῆς ὀρύσσουσιν, ἵνα φωλεύοιεν, κατάπερ οἱ ἡμέτεροι οἱ σμικροὶ μύρμηκες ὀλίγον τῆς γῆς ὀρύσσουσιν· (6) ἐκείνους δέ, εἶναι γὰρ ἀλωπέκων μέζονας, πρὸς λόγον τοῦ μεγέθεος σφῶν καὶ τὴν γῆν ὀρύσσειν· τὴν δὲ γῆν χρυσῖτιν εἶναι, καὶ ἀπὸ ταύτης γίνεσθαι Ἰνδοῖσι τὸν χρυσόν. (7) Ἀλλὰ Μεγασθένης τε ἀκοὴν ἀπηγέεται, καὶ ἐγὼ ὅτι οὐδὲν τούτου ἀτρεκέστερον ἀναγράψαι ἔχω, ἀπίημι ἑκὼν τὸν ὑπὲρ τῶν μυρμήκων λόγον. (8) Σιττακοὺς δὲ Νέαρχος μὲν ὡς δή τι θῶμα ἀπηγέεται ὅτι γίνονται ἐν τῇ Ἰνδῶν γῇ, καὶ ὁκοῖος ὄρνις ἐστὶν ὁ σιττακὸς, καὶ ὅπως φωνὴν ἵει ἀνθρωπίνην. (9) Ἐγὼ δὲ ὅτι αὐτός τε πολλοὺς ὀπώπεα καὶ ἄλλους ἐπισταμένους οἶδα τὸν ὄρνιθα, οὐδὲν ὡς ἀτόπου δῆθεν διηγήσομαι· οὐδὲ ὑπὲρ τῶν πιθήκων τοῦ μεγέθεος, ἢ ὅτι καλοὶ παρ' Ἰνδοῖς πίθηκοί εἰσιν, οὐδὲ ὅκως θηρῶνται ἐρέω. Καὶ γὰρ ταῦτα γνώριμα ἐρέω, πλήν γε δή, ὅτι καλοί που πίθηκοί εἰσι. (10) Καὶ ὄφιας δὲ λέγει Νέαρχος θηρευθῆναι αἰόλους μὲν καὶ ταχέας· μέγεθος δέ, ὃν μὲν λέγει ἑλεῖν Πείθωνα τὸν Ἀντιγένεος, πήχεων ὡς ἑκκαίδεκα· αὐτοὺς δὲ τοὺς Ἰνδοὺς πολὺ μέζονας τούτων λέγειν εἶναι τοὺς μεγίστους ὄφιας. (11) Ὅσοι δὲ ἰητροὶ Ἕλληνες, τούτοισιν οὐδὲν ἄκος ἐξεύρηται ὅστις ὑπὸ ὄφιος δηχθείη Ἰνδικοῦ· ἀλλ' αὐτοὶ γὰρ οἱ Ἰνδοὶ ἰῶντο τοὺς πληγέντας· καὶ ἐπὶ τῷδε Νέαρχος λέγει· συλλελεγμένους ἀμφ' αὐτὸν εἶχεν Ἀλέξανδρος Ἰνδῶν ὅσοι ἰητρικὴν σοφώτατοι, καὶ κεκήρυκτο ἀνὰ τὸ στρατόπεδον, ὅστις δηχθείη, ἐπὶ τὴν σκηνὴν φοιτᾶν τὴν βασιλέος. (12) Οἱ δὲ αὐτοὶ οὗτοι καὶ τῶν ἄλλων νούσων τε καὶ παθέων ἰητροὶ ἦσαν. Οὐ πολλὰ δὲ ἐν Ἰνδοῖσι πάθεα γίνεται, ὅτι αἱ

carnes suillæ tostæ atque intritæ vulneribus. Hæc ap
Indos morbis eorum remedia sunt.

CAP. XV.

Tigrim vero Indi elephanto multo fortiorem esse c
sent. Ejus pellem se vidisse scribit Nearchus, fer
ipsam nequaquam : Indos tamen narrare magnitudine
maximi equi; tanta vero velocitate et robore, ut n
alii feræ comparari possit. (2) Quando cum elepha
congrediatur, in caput ejus insilire, facileque strangula
(3) Cæterum eas quas nos videmus et tigres vocam
thoes esse maculosas, majores quam sint reliquæ th
(4) De formicis etiam scribit Nearchus, se quidem eas
vidisse, cujusmodi nonnulli tradant in India nasci; pe
tamen earum non paucas abs se visas, in castra Mace
num allatas. (5) Megasthenes certa veraque esse quæ
formicis scribuntur dicit : eas nimirum esse quæ auru
terra effodiant, non quidem auri ipsius causa, sed ut
antra in quibus delitescant parent : quemadmodum nos
etiam formicæ exiguæ quum sint, nonnihil terræ erua
(6) illas vero, quippe quæ sint vulpibus majores, pro
tione magnitudinis quoque terram fodere, quæ aurum
stum habeat, et ex ea Indis aurum fieri. (7) Sed Me
sthenes auditum narrat, ego vero quum nihil habeam c
tius quod ea de re scribere possim, libenter hunc de f
micis sermonem missum faciam. (8) Psittacos autem Ne
chus narrat, tanquam rem miram, apud Indos nasci
cujusmodi avis sit psittacus describit, ac vocem human
exprimere ait. (9) Ego quoniam multas ipse ejus gene
aves vidi et alios scio nosse hanc avem, nihil de ea t
quam mirum narrabo, neque de simiarum magnitudin
vel quod pulchræ apud Indos simiæ sint, vel quomodo
piantur, dicam. Nota enim omnibus dixerim : præterqu
fortasse quod pulchræ sint. (10) Scribit etiam Nearc
serpentes ibidem capi maculosos magnæque velocitatis,
eum quem Pithon Antigenis F. cepit, fuisse cubitorum c
citer XVI : Indos vero affirmare, multo majores his ap
se nasci eos qui maximi sint. (11) Neminem autem Gr
corum medicorum remedium adversus morsum Indici s
pentis invenisse : ipsos tamen Indos eos qui morsi ess
curasse. Addit Nearchus Alexandrum Indos quotqu
medicinæ peritissimi erant apud se habuisse, et per præc
nem in castris edictum fuisse, ut quisquis a serpente ict
esset, ad regis tabernaculum veniret. (12) Hi ipsi med
etiam reliquis morbis medebantur. At non multi in In
morbi grassantur, quod tempora anni bene temperata
locis sunt. Si qua vero major vis ingrueret, sophis

ὧραι σύμμετροί εἰσιν αὐτόθι· εἰ δέ τι μέζον καταλαμβάνοι, τοῖσι σοφιστῇσιν ἀνεκοινοῦντο· καὶ ἐκεῖνοι οὐκ ἄνευ θεοῦ ἐδόκεον ἰῆσθαι ὅ, τι περ ἰήσιμον.

ΚΕΦ. ΙϚʹ.

Ἐσθῆτι δὲ Ἰνδοὶ λινέῃ χρέονται, κατάπερ λέγει Νέαρχος, λίνου τοῦ ἀπὸ τῶν δένδρεων, ὑπὲρ ὅτων μοι ἤδη λέλεκται. Τὸ δὲ λίνον τοῦτο ἢ λαμπρότερον τὴν χροιήν ἐστιν ἄλλου λίνου παντὸς, ἢ μέλανες αὐτοὶ ἐόντες λαμπρότερον τὸ λίνον φαίνεσθαι ποιέουσιν. (2) Ἔστι δὲ κιθὼν λίνεος αὐτοῖς ἔστε ἐπὶ μέσην τὴν κνήμην, εἷμα δὲ τὸ μὲν περὶ τοῖσιν ὤμοισι περιβεβλημένον, τὸ δὲ περὶ τῇσι κεφαλῇσιν εἱλιγμένον. (3) Καὶ ἐνώτια Ἰνδοὶ φορέουσιν ἐλέφαντος, ὅσοι κάρτα εὐδαίμονες· οὐ γὰρ πάντες Ἰνδοὶ φορέουσι. (4) Τοὺς δὲ πώγωνας λέγει Νέαρχος ὅτι βάπτονται Ἰνδοὶ, χροιὴν δὴ ἄλλην καὶ ἄλλην· οἱ μὲν, ὡς λευκοὺς φαίνεσθαι, οἵους λευκοτάτους, οἱ δὲ κυανέους· τοὺς δὲ φοινικέους εἶναι, τοὺς δὲ καὶ πορφυρέους, ἄλλους πρασοειδέας. (5) Καὶ σκιάδια ὅτι προβάλλονται τοῦ θέρεος ὅσοι οὐκ ἠμελημένοι Ἰνδῶν. Ὑποδήματα δὲ λευκοῦ δέρματος φορέουσι, περισσῶς καὶ ταῦτα ἠσκημένα· καὶ τὰ ἴχνεα τῶν ὑποδημάτων αὐτοῖσι ποικίλα καὶ ὑψηλὰ, τοῦ μέζονας φαίνεσθαι. (6) Ὁπλίσιος δὲ τῆς Ἰνδῶν οὐχ ὡϋτὸς εἷς τρόπος, ἀλλ' οἱ μὲν πεζοὶ αὐτοῖσι τόξον τε ἔχουσιν, ἰσόμηκες τῷ φορέοντι τὸ τόξον, καὶ τοῦτο κάτω ἐπὶ τὴν γῆν θέντες καὶ τῷ ποδὶ τῷ ἀριστερῷ ἀντιβάντες, οὕτως ἐκτοξεύουσι, τὴν νευρὴν ἐπὶ μέγα ὀπίσω ἀπαγαγόντες· (7) ὁ γὰρ ὀϊστὸς αὐτοῖσιν ὀλίγον ἀποδέων τριπήχεος, οὐδέ τι ἀντέξει τοξευθὲν πρὸς Ἰνδοῦ ἀνδρὸς τοξικοῦ, οὔτε ἀσπὶς οὔτε θώρηξ οὔτε εἴ τι καρτερὸν ἐγένετο. (8) Ἐν δὲ τῇσιν ἀριστερῇσι πέλται εἰσὶν αὐτοῖσιν ὠμοβόϊνοι, στεινότεραι μὲν ἢ κατὰ τοὺς φορέοντας, μήκεϊ δὲ οὐ πολλὸν ἀποδέουσαι. Τοῖσι δὲ ἄκοντες ἀντὶ τόξων εἰσί. (9) Μάχαιραν δὲ πάντες φορέουσι, πλατέην δὲ καὶ τὸ μῆκος οὐ μέζω τριπήχεος· καὶ ταύτην, ἐπεὰν συστάδην καταστῇ αὐτοῖσιν ἡ μάχη (τὸ δὲ οὐκ εὐμαρέως Ἰνδοῖσιν ἐς ἀλλήλους γίνεται) ἀμφοῖν ταῖν χεροῖν καταφέρουσιν ἐς τὴν πληγὴν, τοῦ καρτερὴν τὴν πληγὴν γενέσθαι. (10) Οἱ δὲ ἱππέες ἀκόντια δύο αὐτοῖσιν ἔχουσιν, οἷα τὰ σαύνια ἀκόντια, καὶ πέλτην σμικροτέρην τῶν πεζῶν. Οἱ δὲ ἵπποι αὐτοῖσιν οὐ σεσαγμένοι εἰσὶν, οὐδὲ χαλινοῦνται τοῖσιν Ἑλληνικοῖσι χαλινοῖσιν ἢ τοῖσι Κελτικοῖσιν ἐμφερέως, (11) ἀλλὰ περὶ ἄκρῳ τῷ στόματι τοῦ ἵππου ἐν κύκλῳ ἔχουσι δέρμα ὠμοβόϊνον ῥαπτὸν περιηρτημένον· καὶ ἐν τούτῳ χάλκεα κέντρα ἢ σιδήρεα, οὐ κάρτα ὀξέα, ἔσω ἐστραμμένα· τοῖσι δὲ πλουσίοισιν ἐλεφάντινα κέντρα ἐστίν· ἐν δὲ τῷ στόματι σίδηρον αὐτοῖσιν οἱ ἵπποι ἔχουσιν, οἷόν περ ὀβελὸν, ἔνθεν ἐξηρτημένοι εἰσὶν αὐτοῖσιν οἱ ῥυτῆρες· (12) ἐπεὰν ὦν ἐπαγάγωσι τὸν ῥυτῆρα, ὅ τε ὀβελὸς

consulebant, iique non sine numine, quicquid medicabile esset, curare videbantur.

CAP. XVI.

Linea veste utuntur Indi, ut ait Nearchus, lino ex arboribus facto, de quibus mihi jam dictum est : et hoc quidem linum aut reliquis omnibus linis candidius est, aut nigri ipsi quum sint, faciunt ut candidius id quam est esse videatur. (2) Est autem ipsis subucula linea crure medio tenus : amiculum autem partim humeris circumjectum, partim capiti involutum. (3) Inaures etiam Indi gestant ex ebore, qui admodum locupletes sunt; neque enim vulgus iis utitur. (4) Barbas quoque variis coloribus fucare Indos Nearchus scribit : ut aliis quam maxime alba appareat, aliis fusca, aliis purpurea, aliis viridis. (5) Umbracula quoque præ se gestare æstate eos qui alicujus nominis sint. Calceos ex corio albo gestant, eosque accurate atque eleganter confectos; soleæ calceorum apud eos variis coloribus distinctæ sunt, et calcibus altioribus, quo proceriores esse videantur. (6) Armaturæ autem Indicæ non unus atque idem est modus. Pedites enim Indi arcum habent, ejusdem cum eo qui eum gestat longitudinis : atque hunc quidem ad terram obfirmantes sinistroque pede contranitentes, nervum longe retro adducunt, et sic sagittant. (7) Sagittis enim utuntur trium paulo minus cubitorum : nihilque est quod Indici sagittarii telum non penetret : non scutum, non thorax, aut aliud armaturæ genus quantumvis validum. (8) In sinistra peltas ex crudo corio bubulo, angustiores quam ii qui eas gestant, longitudine propemodum æquales. Quibusdam vero jacula sunt loco arcuum. (9) Ensem omnes gestant, et latum, et trium cubitorum, non ultra, longitudine. Hunc, quum cominus pugna miscetur, (quam quidem non facile Indi inter se ineunt) utraque manu demittunt, quo majorem plagam inferant. (10) Equites duobus jaculis utuntur, quæ verutis sunt similia : pelta minore quam pedites. Equi neque sellis insternuntur, neque frenis quæ Græcanicis aut Celticis similia sint cohibentur : (11) sed extremam faucium equi partem loro, quod ex crudo corio bubulo consutum est, circumvinciunt : ad hujus lori interiorem partem claviculos æneos aut ferreos non admodum acutos affigunt : locupletiores eburneis utuntur. In ipsis equorum faucibus ferrum est, instar veru, cui habenæ alligantur. (12) Quando igitur adducunt ha-

κρατέει τὸν ἵππον, καὶ τὰ κέντρα, οἷα δὴ ἐξ αὐτοῦ ἠρτημένα, κεντέοντα οὐκ ἐᾷ ἄλλο τι ἢ πείθεσθαι τῷ ῥυτῆρι.

ΚΕΦ. ΙΖ'.

Τὰ δὲ σώματα ἰσχνοί τε εἰσὶν οἱ Ἰνδοὶ καὶ εὐμήκεες, καὶ κοῦφοι πολλόν τι ὑπὲρ τοὺς ἄλλους ἀνθρώπους. Ὀχήματα δὲ τοῖσι μὲν πολλοῖσιν Ἰνδῶν κάμηλοί εἰσι καὶ ἵπποι καὶ ὄνοι, τοῖσι δὲ εὐδαίμοσιν ἐλέφαντες. (2) Βασιλικὸν γὰρ ὄχημα ὁ ἐλέφας παρ' Ἰνδοῖσίν ἐστι· δεύτερον δὲ τιμῇ ἐπὶ τούτῳ τὰ τέθριππα, τρίτον δὲ αἱ κάμηλοι· τὸ δὲ ἐπ' ἑνὸς ἵππου ὀχέεσθαι ἄτιμον. (3) Αἱ γυναῖκες δὲ αὐτοῖσιν, ὅσαι κάρτα σώφρονες, ἐπὶ μὲν ἄλλῳ μισθῷ οὐκ ἄν τι διαμάρτοιεν, ἐλέφαντα δὲ λαβοῦσα γυνὴ μίσγεται τῷ δόντι· οὐδὲ αἰσχρὸν Ἰνδοὶ ἄγουσι τὸ ἐπὶ ἐλέφαντι μιγῆναι, ἀλλὰ καὶ σεμνὸν δοκέει τῇσι γυναιξὶν, ἀξίην τὸ κάλλος φανῆναι ἐλέφαντος. (4) Γαμέουσι δὲ οὔτε τι διδόντες οὔτε λαμβάνοντες, ἀλλὰ ὅσαι ἤδη ὡραῖαι γάμου, ταύτας οἱ πατέρες προάγοντες ἐς τὸ ἐμφανὲς κατιστᾶσιν ἐκλέξασθαι τῷ νικήσαντι πάλην ἢ πὺξ ἢ δρόμον, ἢ κατ' ἄλλην τινὰ ἀνδρίην προκριθέντι. (5) Σιτοφάγοι δὲ καὶ ἀροτῆρες Ἰνδοί εἰσιν, ὅσοι γε μὴ ὄρειοι αὐτῶν· οὗτοι δὲ τὰ θήρεια κρέα σιτέονται. (6) Ταῦτά μοι ἀπόχρη δεδηλῶσθαι ὑπὲρ Ἰνδῶν, ὅσα γνωριμώτατα Νέαρχός τε καὶ Μεγασθένης, δοκίμω ἄνδρε, ἀνεγραψάτην· (7) ἐπεὶ δὲ οὐδὲ ἡ ὑπόθεσίς μοι τῆσδε τῆς ξυγγραφῆς τὰ Ἰνδῶν νόμιμα ἀναγράψαι ἦν, ἀλλ' ὅπως γὰρ παρεκομίσθη Ἀλεξάνδρῳ ἐς Πέρσας ἐξ Ἰνδῶν ὁ στόλος, ταῦτα δή μοι ἐκβολὴ ἔστω τοῦ λόγου.

ΚΕΦ. ΙΗ'.

Ἀλέξανδρος γὰρ, ἐπειδή οἱ παρεσκεύαστο τὸ ναυτικὸν ἐπὶ τοῦ Ὑδάσπεω τῇσιν ὄχθῃσιν, ἐπιλεγόμενος ὅσοι τε Φοινίκων καὶ ὅσοι Κύπριοι ἢ Αἰγύπτιοι εἵποντο ἐν τῇ ἄνω στρατηλασίῃ, ἐκ τούτων ἐπλήρου τὰς νέας, ὑπηρεσίας τε αὐτῇσι καὶ ἐρέτας ἐπιλεγόμενος, ὅσοι τῶν θαλασσίων ἔργων δαήμονες. (2) Ἦσαν δὲ καὶ νησιῶται ἄνδρες οὐκ ὀλίγοι ἐν τῇ στρατιῇ, οἷσι ταῦτα ἔμελε, καὶ Ἴωνες καὶ Ἑλλησπόντιοι. (3) Τριήραρχοι δὲ αὐτῷ ἐπεστάθησαν, ἐκ Μακεδόνων μὲν Ἡφαιστίων τε Ἀμύντορος, καὶ Λεοννάτος ὁ Εὔνου, καὶ Λυσίμαχος ὁ Ἀγαθοκλέους, καὶ Ἀσκληπιόδωρος ὁ Τιμάνδρου, καὶ Ἄρχων ὁ Κλεινίου, καὶ Δημόνικος ὁ Ἀθηναίου, καὶ Ἀρχίας ὁ Ἀναξιδότου, καὶ Ὀφέλλας Σειληνοῦ, καὶ Τιμάνθης Παντιάδου· οὗτοι μὲν Πελλαῖοι. (4) Ἐκ δὲ Ἀμφιπόλεως ἦγον οἵδε· Νέαρχος Ἀνδροτίμου, ὃς τὰ ἀμφὶ τῷ παράπλῳ ἀνέγραψε· καὶ Λαομέδων ὁ Λαρίχου, καὶ Ἀνδροσθένης Καλλιστράτου· (5) ἐκ δὲ Ὀρεστίδος Κράτερός τε ὁ Ἀλεξάνδρου, καὶ Περδίκκας ὁ Ὀρώντεω. Ἐορδαῖοί τε

benas, veru equum cohibet, claviculique illi appensi pungentes habenis morem gerere cogunt.

CAP. XVII.

Indi corporibus sunt graciles, proceri, multoque cæteris mortalibus leviores atque expeditiores. Vehuntur plerique camelis, equis et asinis : ditiores, elephantis. (2) Regium enim apud Indos est elephanto vehi : proximus huic honor, quadrigis : tertius, camelis vehi. Uno equo vehi, vile est. (3) Mulieres apud eos, quæ castæ admodum sunt, non sane ulla mercede alia, quam elephanti, corrumpi se patiuntur. Elephantum danti copiam sui faciunt. Neque hoc turpitudini vertitur, si elephanti mercede adducta mulier consuetudinem cum quoquam habeat : quin potius honorificum sibi ducunt, formæ suæ pulchritudinem elephanto dignam haberi. (4) Uxores ducunt nihil vel dantes vel accipientes : sed quotquot jam maturæ viro fuerint, adducuntur a parentibus in publicum, ut is qui lucta vicerit aut pugillatu aut cursu, vel alia quapiam virtute reliquis antecelluerit, eam sibi quam volet deligat. (5) Plerique vero Indi arationem exercent et frumento vescuntur, exceptis montanis qui ferinas carnes edunt. (6) Atque hæc quidem mihi de Indis exposuisse sufficiat, quæ tanquam præcipua Nearchus et Megasthenes viri graves de 'is conscripserunt. (7) Quum enim mihi hoc opere propositum non fuerit Indorum mores atque instituta describere, sed quo pacto Alexandro ex Indis in Persas classis prætervexerit, hæc mihi sint loco excursus in narrando.

CAP. XVIII.

Alexander enim parata jam ad Hydaspis ripas classe, collectis omnibus Phœnicibus et Cypriis aut Ægyptiis qui in expeditione versus orientem secuti fuerant, ex iis naves implevit; delectis ministris ac remigibus, qui rerum navalium peritissimi essent. (2) Erant vero etiam in exercitu insulares non pauci iis in rebus bene versati, Ionesque ac Hellespontii. (3) Trierarchos vero constituit : ex Macedonibus quidem Hephæstionem Amyntoris filium, Leonnatum Eunoi, Lysimachum Agathoclis, Asclepiodorum Timandri, Archontem Cliniæ, Demonicum Athenæi, Archiam Anaxidoti, Ophellam Sileni, Timanthem Pantiadæ; hi Pellæi erant. (4) Ex Amphipoli hi duces fuerunt : Nearchus Androtimi filius, qui Paraplum conscripsit, Laomedon Larichi F., Androsthenes Callistrati. F. (5) Ex Orestide Craterus Alexandri filius, et Perdiccas Orontis. Eordæi Ptolemæus Lagi F. et Aristonus Pisææ. Ex Pydna Metron Epicharmi F.

Πτολεμαῖός τε ὁ Λάγου καὶ Ἀριστόνους ὁ Πεισαίου. Ἐκ Πύδνης τε Μήτρων τε ὁ Ἐπιχάρμου, καὶ Νικαρχίδης ὁ Σίμου. (6) Ἐπὶ δὲ Ἄτταλός τε ὁ Ἀνδρομένεω, Στυμφαῖος, καὶ Πευκέστας Ἀλεξάνδρου, Μιεζεύς, καὶ Πείθων Κρατεύα, Ἀλκομενεύς, καὶ Λεοννάτος Ἀντιπάτρου, Αἰγαῖος, καὶ Πάνταυχος Νικολάου, Ἀλωρίτης, καὶ Μυλλέας Ζωΐλου, Βεροιαῖος· οὗτοι μὲν οἱ ξύμπαντες Μακεδόνες. (7) Ἑλλήνων δὲ Μήδιος μὲν Ὀξυνθέμιδος, Λαρισσαῖος, Εὐμένης δὲ Ἱερωνύμου, ἐκ Καρδίης, Κριτόβουλος δὲ Πλάτωνος, Κῷος, καὶ Θόας Μηνοδώρου, καὶ Μαίανδρος Μανδρογένεος, Μάγνητες. (8) Ἄνδρων δὲ Καβήλεω, Τήϊος, Κυπρίων δὲ Νικοκλέης Πασικράτεος, Σόλιος, καὶ Νιθάφων Πνυταγόρεω, Σαλαμίνιος. Ἦν δὲ δὴ καὶ Πέρσης αὐτῷ τριήραρχος, Βαγώας ὁ Φαρνουχέως· (9) τῆς δὲ αὐτοῦ Ἀλεξάνδρου νεὸς κυβερνήτης ἦν Ὀνησίκριτος Ἀστυπαλαιεύς· γραμματεὺς δὲ τοῦ στόλου παντὸς Εὐαγόρας Εὐκλέωνος, Κορίνθιος. (10) Ναύαρχος δὲ αὐτοῖσιν ἐπεστάθη Νέαρχος Ἀνδροτίμου, τὸ γένος μὲν Κρὴς ὁ Νέαρχος, ᾤκεε δὲ ἐν Ἀμφιπόλει τῇ ἐπὶ Στρυμόνι. (11) Ὡς δὲ ταῦτα ἐκεκόσμητο Ἀλεξάνδρῳ, ἔθυε τοῖσι θεοῖσιν ὅσοι τε πάτριοι ἢ μαντευτοὶ αὐτῷ, καὶ Ποσειδῶνι καὶ Ἀμφιτρίτῃ καὶ Νηρηΐσι καὶ αὐτῷ τῷ Ὠκεανῷ, καὶ τῷ Ὑδάσπῃ ποταμῷ, ἀπὸ τοῦ ὡρμᾶτο, καὶ τῷ Ἀκεσίνῃ, ἐς ὅντινα ἐκδιδοῖ Ὑδάσπης, καὶ τῷ Ἰνδῷ, ἐς ὅντινα ἄμφω ἐκδιδοῦσιν· (12) ἀγῶνές τε αὐτῷ μουσικοὶ καὶ γυμνικοὶ ἐποιεῦντο, καὶ ἱερήϊα τῇ στρατιῇ πάσῃ κατὰ τέλεα ἐδίδοτο.

ΚΕΦ. ΙΘʹ.

Ὡς δὲ πάντα ἐξήρτυτο αὐτῷ εἰς ἀναγωγὴν, Κράτερον μὲν τὰ ἐπὶ θάτερα τοῦ Ὑδάσπεω ἰέναι σὺν τῇ στρατιῇ ἐκέλευσε πεζικῇ τε καὶ ἱππικῇ· ἐς τὸ ἐπὶ θάτερα δὲ Ἡφαιστίων αὐτῷ παρεπορεύετο, σὺν ἄλλῃ στρατιῇ πλείονι ἔτι τῆς τῷ Κρατέρῳ συντεταγμένης. Καὶ τοὺς ἐλέφαντας Ἡφαιστίων αὐτῷ ἦγεν, ὄντας ἐς διηκοσίους. (2) Αὐτὸς δὲ τούς τε ὑπασπιστὰς καλεομένους ἅμα οἷ ἦγε, καὶ τοὺς τοξότας πάντας, καὶ τῶν ἱππέων τοὺς ἑταίρους καλεομένους· τοὺς πάντας ἐς ὀκτακισχιλίους. (3) Τοῖσι μὲν δὴ ἀμφὶ Κράτερον καὶ Ἡφαιστίωνα ἐτέτακτο, ἵνα προπορευθέντες ὑπομένοιεν τὸν στόλον. (4) Φίλιππον δὲ, ὃς αὐτῷ σατράπης τῆς χώρης ταύτης ἦν, ἐπὶ τοῦ Ἀκεσίνου ποταμοῦ τὰς ὄχθας πέμπει, ἅμα στρατιῇ πολλῇ καὶ τοῦτον· (5) ἤδη γὰρ καὶ δώδεκα μυριάδες αὐτῷ μάχιμοι εἵποντο σὺν οἷς ἀπὸ θαλάσσης τε αὐτὸς ἀνήγαγε καὶ αὖθις οἱ ἐπὶ συλλογὴν αὐτῷ στρατιῆς πεμφθέντες ἧκον ἔχοντες, παντοῖα ἔθνεα βαρβαρικὰ ἅμα οἷ ἄγοντι, καὶ πᾶσαν ἰδέην ὡπλισμένα. (6) Αὐτὸς δὲ ἄρας ταῖσι νηυσὶ κατέπλει κατὰ τὸν Ὑδάσπεα ἔστε ἐπὶ τοῦ Ἀκεσίνου τε καὶ τοῦ Ὑδάσπεω τὰς συμβολάς. (7) Νέες δὲ αἱ σύμπασαι αὐτῷ χίλιαι καὶ ὀκτακόσιαι ἦσαν, αἵ τε μακραὶ καὶ

et Nicarchides Simi. (6) Præterea Attalus Andromenis F. Stymphæus : et Peucestas Alexandri, Miezeus : Pithon Crateuæ, Alcomeneus : et Leonnatus Antipatri, Ægæus : et Pantauchus Nicolai, Alorites : et Mylleas Zoili, Berœensis : hi quidem omnes Macedones. (7) Ex Græcis vero Medius Oxynthemidis F. Larissæus : Eumenes Hieronymi, Cardianus : Critobulus Platonis, Cous : Thoas Menodori F. et Mæander Mandrogenis, Magnesii : (8) Andron Cabelei, Teius : ex Cypriis, Nicocles Pasicratis F. Solius : et Nithaphon Pnytagoræ, Salaminius. Erat autem etiam Persa quidam triremi præfectus Bagoas Pharnuchæ F. (9) Ipsius vero Alexandri triremis gubernator erat Onesicritus Astypalæensis. Scriba totius classis Euagoras Eucleonis F., Corinthius. (10) Navarchum eis constituit Nearchum Androtimi F. Erat hic Nearchus Cres genere : habitabat autem Amphipoli quæ ad Strymonem fluvium sita est. (11) His rebus ita constitutis Alexander diis patriis, et quibus vates monebant, sacrum fecit : Neptuno etiam, et Amphitritæ, ac Nereidibus, ipsique Oceano; Hydaspi quoque, unde solvebat : Acesini præterea, in quem Hydaspes influit : Indo, in quem uterque fertur. (12) Certamina quoque musica et gymnica agebantur, et victimæ per singula agmina et turmas distribuebantur.

CAP. XIX.

Omnibus itaque rebus ad navigandum paratis, Craterum ad alteram Hydaspis ripam cum exercitu equestri ac pedestri iter facere jubet; ab altera vero parte Hephæstion cum alio majore adhuc quam Craterus exercitu procedebat. Elephantos etiam ducebat Hephæstion, numero CC. (2) Ipse scutatos dictos secum ducebat, et sagittarios omnes et equites, quos amicos vocant; omnes erant ad VIII millia. (3) Atqui Cratero et Hephæstioni assignatum erat, ubi profecti classem præstolarentur. (4) Philippum vero, quem in ea regione præsidem constituerat, ad Acesinis fluvii ripas mittit, magnas etiam hunc copias ducentem. (5) Jam enim CXX M. militum eum sequebantur cum iis quos ex maritimis oris ipse adduxerat, et quod ii adduxerant, qui ad colligendum exercitum missi fuerant, barbaras omnis generis nationes secum ducentem, easque cujusvis generis armis instructas. (6) Ipse navibus solvens per Hydaspem ad Acesinis et Hydaspis confluentes navigavit. (7) Erant ei in universum naves MDCCC, simul longæ, simul onerariæ,

ὅσα στρογγύλα πλοῖα καὶ ἄλλα ἱππαγωγὰ καὶ σιτία ἅμα τῇ στρατιῇ ἄγουσαι. (8) Ὅκως μὲν δὴ κατὰ τοὺς ποταμοὺς διέπλωσεν αὐτῷ ὁ στόλος, καὶ ὅσα ἐν τῷ παράπλῳ ἔθνεα κατεστρέψατο, καὶ ὅκως διὰ κινδύνου αὐτὸς ἐν Μαλλοῖσιν ἦκε, καὶ τὸ τρῶμα ὃ ἐτρώθη ἐν Μαλλοῖσι, καὶ Πευκέστας τε καὶ Λεοννάτος ὅκως ὑπερήσπισαν αὐτὸν πεσόντα, πάντα ταῦτα λέλεκταί μοι ἤδη ἐν τῇ ἄλλῃ τῇ Ἀττικῇ ξυγγραφῇ. (9) Ὁ δὲ λόγος ὅδε τοῦ παράπλου μοι ἀπήγησίς ἐστιν, ὃν Νέαρχος σὺν τῷ στόλῳ παρέπλωσεν ἀπὸ τοῦ Ἰνδοῦ τῶν ἐκβολέων ὁρμηθεὶς κατὰ τὴν θάλασσαν τὴν μεγάλην ἔστε ἐπὶ τὸν κόλπον τὸν Περσικὸν, ἣν δὴ Ἐρυθρὴν θάλασσαν μετεξέτεροι καλέουσι.

ΚΕΦ. Κ′.

Νεάρχῳ δὲ λέλεκται ὑπὲρ τούτων ὅδε ὁ λόγος· πόθον μὲν εἶναι Ἀλεξάνδρῳ ἐκπεριπλῶσαι τὴν θάλασσαν τὴν ἀπὸ Ἰνδῶν ἔστε ἐπὶ τὴν Περσικήν, (2) ὀκνέειν δὲ αὐτὸν τοῦ τε πλόου τὸ μῆκος καὶ μή τινι ἄρα χώρῃ ἐρήμῳ ἐγκύρσαντες ἢ ὅρμων ἀπόρῳ ἢ οὐ ξυμμέτρως ἐχούσῃ τῶν ὡραίων, οὕτω δὴ διαφθαρῇ αὐτῷ ὁ στόλος, καὶ οὐ φαύλη κηλὶς αὕτη τοῖσιν ἔργοισιν αὐτοῦ τοῖσι μεγάλοισιν ἐπιγενομένη τὴν πᾶσαν εὐτυχίην αὐτῷ ἀφανίσοι· ἀλλὰ ἐκνικῆσαι γὰρ αὐτῷ τὴν ἐπιθυμίην τοῦ καινόν τι αἰεὶ καὶ ἄτοπον ἐργάζεσθαι. (3) Ἀπόρως δὲ ἔχειν, ὅντινα οὐκ ἀδύνατόν τε ἐς τὰ ἐπινοεύμενα ἐπιλέξαιτο, καὶ ἅμα τῶν ἐν νηῒ ἀνδρῶν, ὡς καὶ τῶν τοιοῦτον στόλον στελλομένων ἀφελεῖν τὸ δεῖμα τοῦ δὴ ἠμελημένως αὐτοὺς ἐς προὖπτον κίνδυνον ἐκπέμπεσθαι. (4) Λέγει δὴ ὁ Νέαρχος, ἑωυτῷ ξυνοῦσθαι τὸν Ἀλέξανδρον, ὅντινα προχειρίσηται ἐξηγέεσθαι τοῦ στόλου· ὡς δὲ ἄλλου καὶ ἄλλου εἰς μνήμην ἰόντα τοὺς μὲν ὡς οὐκ ἐθέλοντας κινδυνεύειν ὑπὲρ οὗ ἀπολέγειν, τοὺς δὲ ὡς μαλακοὺς τὸν θυμὸν, τοὺς δὲ ὡς πόθῳ τῆς οἰκηίης κατεχομένους, τοῖσι δὲ ἄλλο καὶ ἄλλο ἐπικαλέοντα· (5) τότε δὴ αὐτὸν ὑποστάντα εἰπεῖν, ὅτι Ὦ βασιλεῦ, ἐγώ τοι ὑποδέκομαι ἐξηγήσασθαι τοῦ στόλου, καὶ τὰ ἀπὸ τοῦ θεοῦ ξυνεπιλαμβάνοι· περιάξω τοι σώας τὰς νέας καὶ τοὺς ἀνθρώπους ἔστε ἐπὶ τὴν Περσίδα γῆν, εἰ δὴ πλωτός τε ἐστὶν ὁ ταύτῃ πόντος καὶ τὸ ἔργον οὐκ ἄπορον γνώμῃ ἀνθρωπίνῃ. (6) Ἀλέξανδρον δὲ λόγῳ μὲν οὐ φάναι ἐθέλειν ἐς τοσήνδε ταλαιπωρίην καὶ τοσόνδε κίνδυνον τῶν τινα ἑωυτοῦ φίλων ἐμβάλλειν, αὐτὸν δὲ ταύτῃ δὴ καὶ μᾶλλον οὐκ ἀνιέναι, ἀλλὰ λιπαρέειν. (7) Οὕτω δὴ ἀγαπῆσαί τε Ἀλέξανδρον τοῦ Νεάρχου τὴν προθυμίην, καὶ ἐπιστῆσαι αὐτὸν ἄρχειν τοῦ στόλου παντός· (8) καὶ τότε δὴ ἔτι μᾶλλον τῆς στρατιῆς ὅ, τι περ ἐπὶ τῷ παράπλῳ τῷδε ἐτάσσετο καὶ τὰς ὑπηρεσίας ἵλεω ἔχειν τὴν γνώμην, ὅτι δὴ Νέαρχόν γε οὔποτε ἂν Ἀλέξανδρος προήκατο ἐς κίνδυνον καταφανέα, εἰ μή σφι σωθήσεσθαι ἔμελλον· (9) λαμπρότης τε πολλὴ τῇ παρασκευῇ ἐπεοῦσα καὶ κόσμος τῶν νεῶν, καὶ σπουδαὶ

aliæque vehendis equis et commeatui exercitus idoneæ. (8) Quonam vero pacto per flumina navigarit, et quot in ea navigatione gentes subjugarit, quodque periculum in Mallis incurrerit, et quomodo ibidem vulnus acceperit, quomodo etiam Peucestas et Leonnatus eum prostratum scutis suis protexerint : omnia hæc a nobis in alia historia, quam Attica lingua conscripsimus, commemorata sunt. (9) In hoc autem libro id tantum narro, quomodo Nearchus ab Indi ostiis solvens per oceanum magnum in sinum Persicum navigarit, quem quidem nonnulli mare Rubrum appellant.

CAP. XX.

Nearchus de hac re ita scribit : Alexandro desiderium fuisse mare, quod ab Indis in Persiam usque patet, enavigare : (2) ceterum illum navigationis longinquitate deterritum fuisse, simulque veritum, ne in aliquam desertam regionem aut portus difficiles frugibusque carentes delatam classem amitteret, ingensque hæc macula rebus præclare abs se gestis offusa omnem felicitatis gloriam obliteraret : vicisse tamen inusitatæ alicujus ac magnæ rei gerendæ cupiditatem. (3) Dubitasse autem quem perficiendis consiliis suis parem deligeret : simulque classiariorum causa, ut iis tam longinquam expeditionem facturis metum adimeret, sese neglectos in manifestum periculum mitti. (4) Nearchus auctor est Alexandrum secum communicasse, quem potissimum classis ducem ac præfectum designaret : quumque diversorum meminisset, alios tanquam pro se periclitari nolentes, alios præ mollitie animi, alios tanquam patriæ desiderio occupatos recusasse, in aliis vero aliud reprehendisse. (5) Tum se operam suam pollicitum dixisse : Ego, O rex, classis gubernationem suscipiam, et deus cœpta secundet! classem simul et militem sospites in Persidem ducam, si omnino ea regione mare navigabile fuerit, aut si id ulla ratione ab humano ingenio præstari possit. (6) Alexandrum vero verbo negasse velle se in tantos labores tantaque pericula aliquem amicorum suorum conjicere : se vero eo etiam magis non remisisse, sed obnixe orasse ; (7) ac tum demum Alexandrum Nearchi animum adeo promptum atque alacrem libenter amplexum esse, eumque universæ classi præfecisse : (8) ac tunc quidem magis jam exercitum qui ad hanc navigationem destinatus erat et nautas quieto animo fuisse, quod persuasum haberent Alexandrum nulla ratione ad manifesta pericula Nearchum missurum, nisi ipsi servandi essent. (9) Summa vero apparatus magnificentia, et navium ornatus studiaque trierarchorum

τῶν τριηράρχων ἀμφὶ τὰς ὑπηρεσίας τε καὶ τὰ πληρώματα ἐκπρεπέες καὶ τοὺς πάντη δὴ πάλαι κατοκνέοντας ἐς ῥώμην ἅμα καὶ ἐλπίδας χρηστοτέρας ὑπὲρ τοῦ παντὸς ἔργου ἐπηρκότα ἦν· (10) πολλὸν δὲ δὴ συνεπιλαβέσθαι ἐς εὐθυμίην τῇ στρατιῇ τὸ δὴ αὐτὸν Ἀλέξανδρον ὁρμηθέντα κατὰ τοῦ Ἰνδοῦ τὰ στόματα ἀμφότερα ἐκπλῶσαι ἐς τὸν πόντον, σφάγιά τε τῷ Ποσειδῶνι ἐντεμεῖν καὶ ὅσοι ἄλλοι θεοὶ θαλάσσιοι, καὶ δῶρα μεγαλοπρεπέα τῇ θαλάσσῃ χαρίσασθαι· (11) τῇ τε ἄλλῃ τῇ Ἀλεξάνδρου παραλόγῳ εὐτυχίῃ πεποιθότας οὐδὲν ὅ, τι οὐ τολμητόν τε ἐκείνῳ καὶ ἐρκτὸν ἐξηγέεσθαι.

ΚΕΦ. ΚΑ'.

Ὡς δὲ τὰ ἐτήσια πνεύματα ἐκοιμήθη, ἃ δὴ τοῦ θέρεος τὴν ὥρην πᾶσαν κατέχει ἐκ τοῦ πελάγεος ἐπιπνέοντα ἐπὶ τὴν γῆν, καὶ ταύτῃ ἄπορον τὸν πλόον ποιέοντα, τότε δὴ ὥρμηντο ἐπὶ ἄρχοντος Ἀθήνησι Κηφισοδώρου, εἰκάδι τοῦ Βοηδρομιῶνος μηνὸς, κατότι Ἀθηναῖοι ἄγουσιν· ὡς δὲ Μακεδόνες τε καὶ Ἀσιανοὶ ἦγον, ** τὸ ἑνδέκατον βασιλεύοντος Ἀλεξάνδρου. (2) Θύει δὲ καὶ Νέαρχος πρὸ τῆς ἀναγωγῆς Διὶ Σωτῆρι, καὶ ἀγῶνα ποιέει καὶ οὗτος γυμνικόν. Ἄραντες δὲ ἀπὸ τοῦ ναυστάθμου τῇ πρώτῃ ἡμέρῃ κατὰ τὸν Ἰνδὸν ὁρμίζονται ποταμὸν πρὸς διώρυχι μεγάλῃ, καὶ μένουσιν αὐτοῦ δύο ἡμέρας· Στοῦρα δὲ ἦν οὔνομα τῷ χώρῳ· στάδιοι ἀπὸ τοῦ ναυστάθμου ἐς ἑκατόν. (3) Τῇ τρίτῃ δὲ ἄραντες ἔπλωον ἔστε ἐπὶ διώρυχα ἄλλην σταδίους τριήκοντα, ἁλμυρὴν ἤδη ταύτην τὴν διώρυχα· ἀνῄει γὰρ ἡ θάλασσα ἐς αὐτὴν, μάλιστα μὲν ἐν τῇσι πλημμυρίῃσιν, ὑπέμενε δὲ καὶ ἐν τῇσιν ἀμπώτεσι τὸ ὕδωρ μεμιγμένον τῷ ποταμῷ· Καύμαρα δὲ ἦν οὔνομα τῷ χώρῳ. (4) Ἔνθεν δὲ εἴκοσι σταδίους καταπλώσαντες ἐς Κορέεστιν ὁρμίζονται ἔτι κατὰ τὸν ποταμόν. (5) Ἔνθεν δὲ ὁρμηθέντες ἔπλωον οὐκ ἐπὶ πολλόν· ἕρμα γὰρ ἐφάνη αὐτοῖσι κατὰ τὴν ἐκβολὴν τὴν ταύτῃ τοῦ Ἰνδοῦ, καὶ τὰ κύματα ἐῤῥόχθεε πρὸς τῇ ἠϊόνι, καὶ ἡ ἠϊὼν αὕτη τραχέα ἦν. (6) Ἀλλὰ ἵναπερ μαλθακὸν ἦν τοῦ ἕρματος, ταύτῃ διώρυχα ποιήσαντες ἐπὶ σταδίους πέντε, διῆγον τὰς νέας, ἐπειδὴ ἡ πλήμμυρα ἐπῆλθεν ἡ ἐκ τοῦ πόντου. (7) Ἐκπεριπλώσαντες δὲ σταδίους πεντήκοντα καὶ ἑκατὸν ὁρμίζονται ἐς Κρώκαλα νῆσον ἀμμώδεα, καὶ μένουσιν αὐτοῦ τὴν ἄλλην ἡμέρην· (8) προσοικέει δὲ ταύτῃ ἔθνος Ἰνδικὸν, οἱ Ἀράβιες καλεόμενοι, ὧν καὶ ἐν τῇ μέζονι ξυγγραφῇ μνήμην ἔσχον· καὶ ὅτι εἰσὶν ἐπώνυμοι ποταμοῦ Ἀράβιος, ὃς διὰ τῆς γῆς αὐτῶν ῥέων ἐκδιδοῖ ἐς θάλασσαν, ὁρίζων τούτων τε τὴν χώρην καὶ τῶν Ὠρειτέων. (9) Ἐκ δὲ Κρωκάλων ἐν δεξιῇ μὲν ἔχοντες ὄρος τὸ καλεόμενον αὐτοῖσιν Εἶρον, ἐν ἀριστερῇ δὲ νῆσον ἁλιτενέα ἔπλωον· ἡ δὲ νῆσος παρατεταμένη τῇ ἠϊόνι κόλπον στεινὸν ποιέει. (10) Διεκπλώσαντες δὲ ταύτην ὁρμίζονται ἐν λιμένι εὐόρ-

egregia circa ministeria et socios navales vel eorum qui antea præ metu quam maxime cunctati erant, animos ad robur melioremque spem de omni conatu attollebant. (10) Multum præterea de metu ipsorum adimebat, quod Alexander ipse per utraque Indi ostia in mare navigasset: quod Neptuno cæterisque diis marinis hostias mactasset, eximiaque dona mari dedisset. (11) Cetera quoque et inusitata Alexandri felicitate confisi nihil esse dicebant, quod illi non sit audendum et perficiendum.

CAP. XXI.

Quo igitur tempore etesiæ spirare desierant, qui quidem per integram æstatem ex mari in terram flantes navigationem impediunt, naves solverunt, archonte Athenis Cephisodoro, XX die Boedromionis, quemadmodum Athenienses computant: ut vero Macedones et Asiani **, undecimo ex quo Alexander regnabat anno. (2) Sacrificavit autem et Nearchus antequam navigationem susciperet Jovi Servatori, ludosque gymnicos etiam is edidit. Primo itaque die quum e statione solvissent, in Indo fluvio ad amplum quendam alveum appulerunt, loco Stura nomen est, distantem a statione stadiis circiter C, biduoque ibi commorati sunt. (3) Tertio die inde moventes ad alium alveum XXX stadiis inde remotum pervenerunt, cujus aqua jam salsedinem maris referebat: mare enim in eam accedente æstu se ingerit, aquaque flumini permista etiam recedente æstu manebat. Caumara is locus dicitur. (4) Inde XX stadia provecti ad Coreestim etiamnum in flumine pervenerunt. (5) Hinc rursum moventes non multum navigarunt, scopulum conspicati ea parte qua Indus illic in mare fertur, et fluctus littori illidebantur cum truci et immani strepitu, littusque ipsum asperum erat. (6) Cæterum qua scopulus mollior videbatur, fossa quinque stadiorum perducta, naves traduxerunt æstu marino accedente. (7) Inde stadia CL circumnavigando emensi in Crocala arenosam insulam pervenerunt, ibique alterum diem commorati sunt. (8) Vicina huic insulæ loca incolunt Arabies Indica gens, quorum etiam in majori opere mentionem feci: eosque id nominis a fluvio Arabi accepisse, qui per ipsorum regionem fluens in mare fertur, eorumque fines ab Oritarum finibus dividit. (9) Ex Crocalis, ad dextram habentes montem Irum ab ii vocatum; ad sinistram vero insulam vadosam, ulterius navigarunt: hæc insula ad littus extenta angustum sinum efficit. (10) Hunc emensi in portu commodam navibus stationem præbentem appellunt. Qui quod amplus

μῳ· ὅτι δὲ μέγας τε καὶ καλὸς ὁ λιμὴν Νεάρχῳ ἔδοξεν, ἐπονομάζει αὐτὸν Ἀλεξάνδρου λιμένα. (11) Νῆσος δέ ἐστιν ἐπὶ τῷ στόματι τοῦ λιμένος ὅσον σταδίους δύο ἀπέχουσα· Βίβακτα οὔνομα τῇ νήσῳ· ὁ δὲ χῶρος ἅπας Σάγγαδα· ἡ δὲ νῆσος καὶ τὸν λιμένα, προκειμένη πρὸ τοῦ πελάγεος, αὐτὴ ἐποίεεν. (12) Ἐνταῦθα πνεύματα μεγάλα ἐκ τοῦ πόντου ἔπνεε καὶ συνεχέα, καὶ Νέαρχος δείσας τῶν βαρβάρων μή τινες συνταχθέντες ἐπ' ἁρπαγὴν τοῦ στρατοπέδου τραποίατο, ἐκτειχίζει τὸν χῶρον λιθίνῳ τείχεϊ. (13) Τέσσαρες δὲ καὶ εἴκοσιν ἡμέραι τῇ μονῇ ἐγένοντο· καὶ λέγει ὅτι μύας τε ἐθήρων τοὺς θαλασσίους οἱ στρατιῶται, καὶ ὄστρεα δὲ καὶ τοὺς σωλῆνας καλεομένους, ἄτοπα τὸ μέγεθος, ὡς τοῖσιν ἐν τῇδε τῇ ἡμετέρῃ θαλάσσῃ συμβαλέειν· καὶ ὕδωρ ὅτι ἁλμυρὸν ἐπίνετο.

ΚΕΦ. ΚΒ'.

Ἅμα τε ὁ ἄνεμος ἐπαύσατο καὶ οἳ ἀνήγοντο· καὶ περαιωθέντες σταδίους ἐς ἑξήκοντα ὁρμίζονται πρὸς αἰγιαλῷ ψαμμώδεϊ· νῆσος δὲ ἐπῆν τῷ αἰγιαλῷ ἐρήμη. (2) Ταύτην δὲ πρόβλημα ποιησάμενοι ὡρμίσθησαν· Δόμαι οὔνομα τῇ νήσῳ· ὕδωρ δὲ οὐκ ἦν ἐν τῷ αἰγιαλῷ, ἀλλὰ προελθόντες ἐς τὴν μεσογαίην ὅσον εἴκοσι σταδίους ἐπιτυγχάνουσιν ὕδατι καλῷ. (3) Τῇ δὲ ὑστεραίῃ ἐς νύκτα αὐτοῖσιν ὁ πλόος ἐγίνετο ἐς Σάραγγα σταδίους τριηκοσίους, καὶ ὁρμίζονται πρὸς αἰγιαλῷ, καὶ ὕδωρ ἦν ἀπὸ τοῦ αἰγιαλοῦ ὅσον ὀκτὼ σταδίους. (4) Ἔνθεν δὲ πλώσαντες ὁρμίζονται ἐν Σακάλοισι, τόπῳ ἐρήμῳ· καὶ διεκπλώσαντες σκοπέλους δύο, οὕτω τι ἀλλήλοισι πελάζοντας, ὥστε τοὺς ταρσοὺς τῶν νεῶν ἅπτεσθαι ἔνθεν καὶ ἔνθεν τῶν πετρέων, καθορμίζονται ἐν Μοροντοβάροισι, σταδίους διελθόντες ἐς τριηκοσίους· (5) ὁ δὲ λιμὴν μέγας καὶ εὔκυκλος καὶ βαθὺς καὶ ἄκλυστος· ὁ δὲ ἔσπλους ἐς αὐτὸν στεινός· τοῦτον τῇ γλώσσῃ τῇ ἐπιχωρίῃ Γυναικῶν λιμένα ἐκάλεον, ὅτι γυνὴ τοῦ χώρου τούτου πρώτη ἐπῆρξεν. (6) Ὡς δὲ διὰ τῶν σκοπέλων διεξέπλωον, κύμασί τε μεγάλοισιν ἐνέκυρσαν καὶ τῇ θαλάσσῃ ῥοώδεϊ· ἀλλὰ ἐκπεριπλῶσαι γὰρ ὑπὲρ τοὺς σκοπέλους μέγα ἔργον ἐφαίνετο. (7) Ἐς δὲ τὴν ὑστεραίην ἔπλωον νῆσον ἐς ἀριστερὰ ἔχοντες πρὸ τοῦ πελάγεος, οὕτω τι τῷ αἰγιαλῷ συναφέα, ὥστε εἰκάσαι ἂν διώρυχα εἶναι τὸ μέσον τοῦ τε αἰγιαλοῦ καὶ τῆς νήσου· στάδιοι οἱ πάντες ἑβδομήκοντα τοῦ διέκπλου· καὶ ἐπί τε τοῦ αἰγιαλοῦ δένδρεα ἦν πολλὰ καὶ δασέα, καὶ ἡ νῆσος ὕλῃ παντοίῃ σύσκιος. (8) Ὑπὸ δὲ τὴν ἕω ἔπλωον ἔξω τῆς νήσου κατὰ ῥηχίην στεινήν· ἔτι γὰρ ἀνάπωτις κατεῖχε. Πλώσαντες δὲ ἐς ἑκατὸν καὶ εἴκοσι σταδίους ὁρμίζονται ἐν τῷ στόματι τοῦ Ἀράβιος ποταμοῦ· καὶ λιμὴν μέγας καὶ καλὸς πρὸς τῷ στόματι· ὕδωρ δὲ οὐκ ἦν πότιμον· τοῦ γὰρ Ἀράβιος αἱ ἐκβολαὶ ἀναμεμιγμέναι τῷ πόντῳ ἦσαν· (9) ἀλλὰ τεσσαράκοντα σταδίους ἐς τὸ ἄνω προχωρήσαντες λάκκῳ ἐπιτυγχάνουσι, καὶ

simul et pulcher Nearcho videbatur, Alexandri portum eum appellavit. (11) In portus faucibus insula adjacet, circiter duo inde stadia distans, cui Bibacta nomen est: omnis vero adjacens regio Sangada dicitur. Hæc insula mari opposita suapte natura portum efficit. (12) Hic ingentes continuique venti a mari spirabant. Nearchus veritus ne qua barbarorum manus collecta castra diriperet, lapideo muro locum cingit; (13) XXIIII dies ibi moratus est: dicitque milites per id tempus myes marinos cepisse et ostrea et solenes, qui vocantur, inusitatæ magnitudinis, si cum nostri maris testaceis conferantur. Aquam etiam salsam potasse narrat.

CAP. XXII.

insulam appellant, aliis vero etiam in ipsa navigatione, si haud procul ab illa absint, iisque significare in quamnam insulæ partem appellere navesque sistere præstet. Nonnulli etiam vigilantibus dicunt sibi apparuisse Achillem, eodem modo quo Dioscuros, in malo vel in summa antenna. (2) Hoc solo volunt eum Dioscuris cedere, quod Dioscuri ubique navigantibus perspicui appareant, et visi salutem afferant; Achilles vero iis tantum, qui ad insulam ejus propius jam accedant. Nonnulli ipsum quoque Patroclum sibi in somnis visum esse aiunt. (3) Atque hæc quidem de Achillis insula refero audita ab iis, qui vel ipsi illuc appulerunt, vel ab aliis rem compererunt: quæ mihi quidem fide haud indigna videntur. (4) Achillem enim, si quem alium, heroem esse credo ob nobilitatem et pulcritudinem animique robur et propterea quod juvenis e vita decesserit, et ab Homero celebratus sit, denique quod in amoribus atque amicitiis colendis ita fuerit constans, ut post amores suos et ipse mortem oppetere voluerit.

XXIV. Ab ostio Istri Psilo vocato ad secundum ejusdem ostium, stadia sexaginta. Hinc ad Calum appellatum ostium, stadia quadraginta; et a Calo ad Naracum, quartum Istri ostium, stadia sexaginta. (2) Inde ad quintum, centum et viginti, et inde ad Istriam urbem, stadia quingenta. Hinc ad Tomes urbem stadia trecenta. (3) A Tomibus ad Callantiam urbem, ubi statio navibus, alia trecenta. Hinc ad Carum portum, centum et octoginta; et ipsa regio quæ est circum portum illum, Caria appellatur. A Carum portu ad Tetrisiada, stadia centum et viginti. Inde ad Bizum, locum desertum, stadia sexaginta. (4) A Bizo ad Dionysopolim, stadia octoginta. Hinc ad Odessum, ubi statio navibus, ducenta. Ab Odesso usque ad radices Hæmi montis, quæ ad Pontum usque protenduntur, stadia trecenta et sexaginta: ibi etiam statio navibus. (5) Ab Hæmo ad Mesembriam urbem, ubi statio navibus, nonaginta. A Mesembria ad Anchialum urbem, stadia septuaginta, et ab Anchialo ad Apolloniam, centum et octoginta. (6) Hæ omnes sunt urbes Græcæ, in Scythia sitæ, quæ occurrunt a sinistra in Pontum naviganti. Ab Apollonia ad Chersonesum, ubi statio navibus, stadia sexaginta. A Chersoneso ad Aulæi murum, ducenta et quinquaginta. Hinc ad Thyniada litus, centum et viginti.

XXV. A Thyniade ad Salmydessum, stadia ducenta. Hujus regionis Xenophon senior (*Anab.* 7, 5, 7) meminit, et hucusque Græcorum exercitum penetrasse scribit, cui ipse præfuit, quum postremo cum Seutha Thrace militiam egit. (2) Multis quoque idem exponit, quam importuosa sit hæc regio, navesque vi tempestatis eo ejici; atque Thraces accolas de naufragiorum reliquiis inter se digladiari. (3) A Salmydesso ad Phrygiam, stadia trecenta et triginta; inde

γίαν στάδιοι τριάκοντα καὶ τριακόσιοι. Ἐνθένδε ἐπὶ Κυανέας, εἴκοσι καὶ τριακόσιοι. Αὗται δὲ αἱ Κυανέαι εἰσὶν, ἃς λέγουσιν οἱ ποιηταὶ πλαγκτὰς πάλαι εἶναι· καὶ διὰ τούτων πρώτην ναῦν περάσαι τὴν Ἀργὼ, ἥτις ἐς Κόλχους Ἰάσονα ἤγαγεν. (4) Ἐκ δὲ Κυανέων ἐπὶ τὸ Ἱερὸν τοῦ Διὸς τοῦ Οὐρίου, ἵναπερ τὸ στόμα τοῦ Πόντου, στάδιοι τεσσαράκοντα. Ἐνθένδε εἰς λιμένα Δάφνης τῆς Μαινομένης καλουμένης, στάδιοι τεσσαράκοντα. Ἀπὸ δὲ Δάφνης εἰς Βυζάντιον ὀγδοήκοντα. Τάδε μὲν καὶ τὰ ἀπὸ τοῦ Βοσπόρου τοῦ Κιμμερίου ἐπὶ Βόσπορον τὸν Θρᾴκιον καὶ πόλιν Βυζάντιον.

ΤΕΧΝΗ ΤΑΚΤΙΚΗ.

I. Ὁ Πύῤῥου παῖς καὶ Κλέαρχος, οὐχ ὁ τῶν μυρίων Ἑλλήνων ἐπὶ βασιλέα ἡγησάμενος, ἀλλὰ ἄλλος οὗτος Κλέαρχος, καὶ μὴν καὶ Παυσανίου ἐστὶ συγγράμματα ὑπὲρ τούτων· εὕροις δ' ἂν καὶ Εὐαγγέλου, ἀλλὰ καὶ Πολυβίου τοῦ Ἀρκάδος, ὃς καὶ Σκιπίωνι τῷ Ῥωμαίῳ ξυνεγένετο, πολλοὺς καὶ μεγάλους πολέμους διαπολεμοῦντι ἄλλους τε καὶ ἐν ᾧ καὶ Καρχηδόνα τὴν ἐν Λιβύῃ εἷλέν τε καὶ ἠνδραπόδισεν. Συγγέγραπται ἄλλα ὑπὲρ τούτων καὶ Εὐπολέμῳ καὶ Ἰφικράτει, οὐ τῷ Ἀθηναίων στρατηγῷ, ἀλλὰ ἄλλῳ τούτῳ. Ποσειδώνιος δὲ ὁ Ῥόδιος καὶ τέχνην τινὰ τακτικὴν συγγράψας κατέλιπεν. (2) Ἔστι δὲ ξύμπαντα ταῦτα τὰ συγγράμματα ἐκείνῃ μάλιστα οὐκ ὠφέλιμα, ὅτι ὡς πρὸς εἰδότας συγγέγραπται. Καὶ τοίνυν τὰ ὀνόματα τῆς τε ὁπλίσεως ἑκάστης καὶ τῆς τάξεως οἱ μὲν γὰρ ὡς γνώριμα ἀνέγραψαν, τὰ δέ ἐστιν εἰ μὴ ἐξηγήσαιο πάντῃ ἄγνωστα. (3) Τοῦτο δὲ αὐτὸ ἔδοξέ μοι πρῶτον ἰάσασθαι αὐτῶν τὴν ἀσάφειαν. Ὡς οὖν εὐγνωστότατα ἔσται τοῖς ἐντυγχάνουσι τά τε πράγματα καὶ τὰ ὀνόματα, ἐνθένδε τοῦ λόγου ἄρξομαι.

II. Ὅτι δὴ τῶν παρασκευῶν τῶν εἰς τὸν πόλεμον ἡ μέν τις κατὰ γῆν τυγχάνει οὖσα, ἡ δὲ διὰ θαλάττης· καὶ γὰρ οἱ πολέμιοι πολεμοῦνται οἱ μὲν ἐν γῇ, οἱ δ' ἐν θαλάττῃ. Τῶν δὲ ὁπωσοῦν πολεμούντων, τὸ μέν τί ἐστι μάχιμον, αὐτοὶ οἱ στρατιῶται, τὸ δὲ τοῦ μαχίμου εἵνεκα ἠθροισμένον, ὅσον θητικὸν ἢ ἰατρικὸν ἢ ἐμπορικὸν ἢ καπηλικόν. (2) Τοῦ δὲ αὖ ἐν γῇ μαχίμου ** τὸ δ' ἐπὶ σχήματι ἄλλῳ καὶ ἄλλῳ· καὶ τῆς δευτέρας ἰδέας τὸ μὲν ἱππικὸν, ὅπερ ἵπποις χρῆται, τὸ δ' ἐπὶ ἐλεφάντων, καθάπερ τὰ Ἰνδῶν στρατόπεδα καὶ τὰ Αἰθιοπικὰ, χρόνῳ δ' ὕστερον καὶ Μακεδόνες καὶ Καρχηδόνιοι καί που καὶ Ῥωμαῖοι. (3) Τοῦ δὲ ἀφ' ἵππων μαχητικοῦ τὸ μὲν ἰδίᾳ λεχθείη ἂν ἱππικὸν, τὸ δὲ ἐφ' ἁρμάτων. Καὶ τοῦ ἱππικοῦ οἱ μὲν ἱππεῖς, οἱ δὲ ἄμφιπποι· ἱππεῖς μὲν οἱ ἐφ' ἑνὸς ἵππου ὀχούμενοι, ἄμφιπποι δὲ οἱ ἐπὶ δυοῖν ἀστρώτοιν ξυνδεδεμένοιν, ὡς μεταπηδᾷν ἀπ' ἄλλου ἐπ' ἄλλον. (4) Ἡ μὲν δὴ ἀπὸ

ad Cyaneas, trecenta et viginti. Hæ sunt Cyaneæ illæ, quas poetæ olim tradunt vagas fuisse, per easque primam transiisse Argo navem, quæ Iasonem in Colchos perduxerit. (4) A Cyaneis ad Hieron (*templum*) Jovis Urii (*Propitii navigantibus*), ubi os Ponti, stadia quadraginta. Inde ad portum Daphnes, quæ Mænomena (*Furens*) dicitur, stadia quadraginta: a Daphne Byzantium usque, octoginta. Atque hæc quidem sunt a Bosporo Cimmerio ad Bosporum Thracium urbemque Byzantium.

ARS TACTICA.

I. Pyrrhi filius (*Alexander*), et Clearchus, non ille, qui decem Græcorum millia duxit contra regem Persarum, verum alius Clearchus *de arte tactica scripserunt*; porro Pausaniæ quoque scripta de hac materia exstant. Reperias etiam scripta Euangeli, itemque Polybii Arcadis, qui Scipionis Romani fuit comes bella multa maximaque gerentis quum alia tum illud, in quo Carthaginem Libyæ urbem cepit et in servitutem redegit. Alia de hoc argumento conscripserunt Eupolemus et Iphicrates, non ille Atheniensium dux, verum alius. Porro Posidonius Rhodius inter alia etiam Artem quandam tacticam ab ipso conditam reliquit. (2) Sunt autem omnia illa scripta eatenus maxime minus utilia, quatenus in eorum facta sunt usum, qui jam tenent artem; atque ideo vocabula quæ ad singula armaturæ et acierum genera pertinent, velut vulgo nota, commemorare omiserunt, quæ tamen, nisi exponantur, omnino non intelliguntur. (3) Hoc ipsum vero ante omnia necessum esse mihi videbatur, ut obscuritati eorum afferretur remedium. Ergo ut cuilibet in hæc incidenti cognita sint et res et vocabula, inde orationis meæ faciam initium.

II. Omnia quæ ad bellum parantur, vel ad terram pertinent, vel ad mare. Bellantes enim bella gerunt alii terra, alii mari. Eorum autem qui alterutra ratione ad bellum proficiscuntur, alii sunt destinati ad pugnandum, milites scilicet ipsi, alii vero horum causa comparantur, ut operariorum genus, medicorum, mercatorum, cauponum. (2) Eorum autem qui terra militant ** alia aliaque species est. Ac alterius quidem speciei sunt equites, qui utuntur equis, et qui elephantis insident, ut in Indorum exercitibus et Æthiopum, itemque postea apud Macedones et Carthaginienses et interdum etiam apud Romanos. (3) Porro equestrium copiarum genus unum proprie equestre dicitur, alterum vero quod pugnat ex vehiculis. Atque equitum quidem alii equites sunt simpliciter sic dicti, alii amphippi. Simpliciter sic dicti, qui equo utuntur unico; amphippi vero, qui binis non stratis, conjunctis, ut ab altero transiliant in alterum. (4) Pugna vero ex elephantis simplex

τῶν ἐλεφάντων ἁπλῆ ἐστι, πλήν γε δὴ ὅτι καὶ πύργους ἔφερον ἔστιν ὅτε οἱ ἐλέφαντες· τῶν δὲ καὶ οἱ ὀδόντες σιδήρῳ ὀξεῖ ὡπλισμένοι ἦσαν, τοῦ τε τομώτεροι εἶναι καὶ τοῦ μὴ ἀποθραύεσθαι εὐπετῶς. (5) Ἡ δὲ ἀπὸ τῶν ἁρμάτων μάχη πολυειδεστέρα ταύτης· ἢ γὰρ ψιλὰ ἦν τὰ ἅρματα, καθάπερ τὰ Τρωϊκὰ ἦν, ἢ δρεπανηφόρα, ὡς ὕστερον τὰ Περσικά, καὶ ἢ πεφραγμένων τῶν ἵππων ἢ ἀφράκτων, καὶ ἢ ἁπλοῦ τοῦ ῥυμοῦ ἢ διπλοῦ· τὰ δὲ καὶ πολύρρυμα.

III. Αἱ δὲ πεζικαί τε καὶ ἱππικαὶ τάξεις καὶ ὁπλίσεις πολυειδεῖς τε καὶ πολύτροποί εἰσιν. Αὐτίκα τῶν πεζῶν ἡ ὅπλισις, ὥς γε δὴ ἐς τὰ ἀνωτάτω τεμεῖν, τριχῆ νενέμηται, ἔς τε τὸ ὁπλιτικὸν καὶ ἐς τὸ ψιλὸν καὶ ἐς τὸ πελταστικόν. (2) Τὸ μὲν δὴ βαρύτατον ὁπλιτικὸν θώρακας ἔχει καὶ ἀσπίδας ἢ θυρεοὺς παραμήκεις καὶ μαχαίρας καὶ δόρατα, ὡς Ἕλληνες, καὶ σαρίσσας, ὡς οἱ Μακεδόνες. (3) Τὸ δὲ ψιλὸν ἐναντιώτατα ἔχει τῷ ὁπλιτικῷ πᾶν, ὅτιπερ ἄνευ θώρακος καὶ ἀσπίδος καὶ κνημῖδος καὶ κράνους ἑκηβόλοις τοῖς ὅπλοις διαχρώμενον τοξεύμασιν ἢ ἀκοντίοις ἢ σφενδόναις ἢ λίθοις ἐκ χειρός. (4) Τὸ πελταστικὸν δὲ κουφότερον μὲν τυγχάνει ὂν τοῦ ὁπλιτικοῦ· ἡ γὰρ πέλτη σμικρότερον τῆς ἀσπίδος καὶ ἐλαφρότερον, καὶ τὰ ἀκόντια τῶν δοράτων καὶ σαρισσῶν λειπόμενα· βαρύτερον δὲ τοῦ ψιλοῦ. (5) Τῷ δὲ ἀκριβεῖ καὶ βαρεῖ ὁπλιτικῷ καὶ κράνη πρόσκειται, ἢ πῖλοι Λακωνικοὶ ἢ Ἀρκαδικοὶ καὶ κνημῖδες, ὡς τοῖς πάλαι Ἕλλησιν, ἢ ὡς Ῥωμαίοις κνημὶς μία πρὸ τῆς κνήμης τῆς ἐν ταῖς μάχαις προβαλλομένης, καὶ θώρακες, οἱ μὲν φολιδωτοί, οἱ δὲ ἁλύσεσι λεπταῖς ἐπηλλαγμένοι.

IV. Τῆς δὲ ἱππικῆς ὁπλίσεως ἡ μὲν κατάφρακτος τυγχάνει οὖσα, ἡ δὲ ἄφρακτος. Καὶ κατάφρακτος μὲν τοὺς ἵππους καὶ τοὺς ἱππέας πεφραγμένους παρεχομένη, τοὺς μὲν θώραξι φολιδωτοῖς ἢ λινοῖς ἢ ἐκ κεράτων καὶ περιμηριδίοις, τοὺς ἵππους δὲ παραπλευριδίοις καὶ προμετωπιδίοις. (2) Ἄφρακτος δὲ ἡ ἐναντία· τούτων δὲ οἱ μὲν δορατοφόροι εἰσίν, ἢ κοντοφόροι ἢ λογχοφόροι, οἱ δὲ ἀκροβολισταὶ μόνον. (3) Δορατοφόροι μὲν οἱ πελάζοντες ταῖς τάξεσι τῶν πολεμίων καὶ δόρασιν ἀπομαχόμενοι ἢ κοντοῖς ἐν τῇ ἐπελάσει ἐξωθοῦντες, ὡς Ἀλανοὶ καὶ Σαυρομάται· ἀκροβολισταὶ δὲ οἱ πόρρωθεν ἀκροβολισμοῖς διαχρώμενοι, καθάπερ Ἀρμένιοι, καὶ Παρθυαίων ὅσοι μὴ κοντοφόροι. (4) Τῆς προτέρας δὲ ἰδέας οἱ μὲν καὶ θυρεοὺς φέρουσιν καὶ καλοῦνται θυρεαφόροι, οἱ δὲ ἄνευ τούτων αὐτὸ μόνον δόρασι καὶ κόντοις μάχονται· οἳ δὴ καὶ δορατοφόροι ἢ κοντοφόροι ὀνομάζονται, ἔστιν δὲ ὑφ' ὧν ξυστοφόροι. (5) Ἀκροβολισταὶ δὲ λεχθεῖεν ἂν οἱ μὴ ἐς χεῖρας ἰόντες, ἀλλὰ πόρρωθεν ἐξακοντίζοντες. Καὶ τούτων οἱ μὲν δορατίοις διαχρῶνται ἐς τὸν ἀκροβολισμόν, οἱ δὲ τόξοις. Οἱ μὲν δὴ δορατίοις ἀκροβολιζόμενοι Ταραντῖνοι ὀνομάζονται, οἱ δὲ ἕτεροι ἱπποτοξόται. (6) Καὶ αὐτῶν δὲ τῶν Ταραντίνων οἱ μὲν αὐτὸ μόνον πόρρωθεν ἐφιστάμενοι ἢ ἐς κύκλους παριππεύοντες δια-

est, nisi quod eis turres interdum imponantur, dentes quoque eorum ferro armentur præacuto, quo et vulnera facilius inferre possint, nec ipsi tam prompte præfringantur. (5) At vero pugna, quæ ex vehiculis instituitur, plures habet species. Aut enim nuda erant vehicula, sicut illa ad Trojam, aut falcata, ut postea apud Persas; eaque iterum vel equis cataphractariis, vel nudis, qui rursum vel ad temonem unum sunt juncti, vel ad duos vel etiam ad plures.

III. Exercituum pedestrium equestriumque ordinationes armaque genere et specie multiplicia sunt. Ac peditum quidem armatura, si generatim dividenda, distingui potest in tria genera: in gravis armaturæ unum, et aliud levis armaturæ, et rursum aliud, quod peltastarum est. (2) Gravissimæ armaturæ genus thoracibus instructum est et clypeis sive scutis prælongis, item gladiis et hastis, sicut Græci, et sarissis, sicut Macedones. (3) At vero levis armaturæ genus omnia habet contraria: nam et thorace clypeoque et ocreis et galea destitutum, armis utitur quæ procul jaciuntur, sagittis, jaculis, lapidibus vel funda vel e manu projiciendis. (4) Illud vero quod peltis utitur, levius quidem est quam gravis armaturæ genus; pelta namque levior minorque clypeo, et veruta hastis sarissisque breviora sunt; gravius tamen quam levis armaturæ genus. (5) Militibus autem plane gravis armaturæ sunt etiam galeæ, vel pilei Laconici Arcadicive, et ocreæ, ut apud veteres Græcos, aut, sicuti apud Romanos, ocrea una ad eam scilicet tibiam, quæ in conflictu præponitur; item thoraces e squamis aut annulis parvis consertis.

IV. Equestris autem exercitus aut cataphractis munitus, aut caret cataphractis. Qui cataphractis est munitus, equos pariter ac viros tectos habet armis; hos quidem thoracibus squamatis aut linteis aut ex cornibus, et femoralibus, equos vero munimentis lateralibus et frontalibus. (2) Qui vero nullis cataphractis utitur, aphractus dicitur; ejusque alii hastis utuntur vel contis lanceisve, alii acrobolistæ solummodo sunt. (3) Ac contati quidem acies hostium invadunt, hastisque prœliantur, aut contis, porrigentes eos in incursione, sicut Alani et Sauromatæ; acrobolistæ vero eminus utuntur jaculis, quemadmodum Armenii et Parthorum quotquot non utuntur contis. (4) Prioris autem generis alii etiam scutis utuntur, appellanturque thyreophori (*scutati*); alii absque iis, hastis solis contisve prœliantur, qui propterea doratophori aut contophori (*hastati*), a quibusdam etiam xystophori nuncupantur. (5) Acrobolistæ vero dicuntur, qui haud veniunt ad manus, verum eminus missilia emittunt. Atque horum quidem alii utuntur jaculis, alii sagittis; illi Tarentini, hi hippotoxotæ vocantur. (6) Porro ex ipsis Tarentinis alii stantes eminus, aut circumequitantes jacula emittunt,

χρῶνται τῷ ἀκροβολισμῷ, οἳ δὴ καὶ εἰλικρινεῖς Ταραντῖνοί εἰσιν, οἱ δὲ τὰ πρῶτα ἐξακοντίζοντες, ἔπειτα συμπλέκονται τοῖς πολεμίοις, ἢ δόρυ ἓν ὧν ἔσχον ὑπολειπόμενοι ἢ καὶ σπάθῃ διαχρώμενοι· καὶ οὗτοι καλοῦνται ἐλαφροί. (7) Ῥωμαίοις δὲ οἱ ἱππεῖς οἱ μὲν κοντοὺς φέρουσιν, καὶ ἐπελαύνουσιν εἰς τὸν τρόπον τὸν Ἀλανικὸν καὶ τῶν Σαυροματῶν, οἱ δὲ λόγχας ἔχουσι. (8) Σπάθη δὲ μακρὰ καὶ πλατεῖα ἀπήρτηται αὐτοῖς ἀπὸ τῶν ὤμων, καὶ θυρεοὺς πλατεῖς παραμήκεις φέρουσιν, καὶ κράνος σιδηροῦν καὶ θώρακα τὸν πεπλεγμένον καὶ κνημῖδας μικράς. (9) Λόγχας δὲ ἐς ἀμφότερα φέρουσι, καὶ ἀκοντίσαι μακρόθεν, ὁπότε τούτου δέοι, καὶ ἐγγύθεν ἐκ χειρὸς ἀπομάχεσθαι· συμπλακῆναι δὲ εἰ δεήσοι εἰς χεῖρας ἐλθόντας, ταῖς σπάθαις μάχονται. Οἱ δὲ καὶ πελέκεις μικροὺς φέρουσι, πάντοθεν ἐν κύκλῳ ἀκωκὰς ἔχοντας.

V. Ἑκάστης δὲ τάξεως πεζικῆς τε καὶ ἱππικῆς συστήματά τ' ἐστι καὶ ἡγεμόνες καὶ ἀριθμὸς καὶ ὀνόματα, ὡς δέχεσθαι ὀξέως τὰ παραγγελλόμενα, ὑπὲρ ὧν ἤδη λεκτέον. (2) Πρῶτον μὲν δὴ καὶ μέγιστον τῶν ἐν στρατηγίᾳ ἔργον παραλαβόντα πλῆθος ἀνθρώπων ἀθρόον καὶ ἄτακτον ἐς τάξιν καὶ κόσμον καταστῆσαι· τὸ δ' ἔστιν καταλοχίσαι τε καὶ ξυλλοχίσαι, ἀριθμόν τε ἐπιθεῖναι τῷ πλήθει παντὶ ξύμμετρον καὶ ἐπιτήδειον ἐς τὰς μάχας. (3) Τὸ γὰρ συντεταγμένον στράτευμα ἔν τε τῇ πορείᾳ κουφότερον καὶ ἐν στρατοπεδείᾳ ἀσφαλέστερον καὶ ἐς τὰς μάχας ὠφελιμώτερον, ὥστε ἤδη καὶ μεγάλα στρατόπεδα καὶ εὐοπλοῦντα δι' ἀταξίαν διαφθαρέντα ἴσμεν ὑπὸ ἐλάττονός τε στρατιᾶς καὶ οὐκ ἀκριβῶς ὡπλισμένης, τὰ δὲ ἀσθενέστερα καὶ οὐκ εὐοπλοῦντα κρατήσαντα τοῦ πλήθους τῇ εὐταξίᾳ. (4) Τὸ μὲν δὴ καταλοχίσαι ἐστὶν εἰς λόχους συντάξαι. Ὁ δὲ λόχος ὀνομάζεται ἀριθμὸς ἀνδρῶν ἀπὸ τοῦ ἡγουμένου καὶ τῶν μετὰ τούτου κατόπιν τεταγμένων ἔστ' ἐπὶ τὸν τελευταῖον κατὰ τὸ βάθος, ὃς δὴ οὐραγὸς καλεῖται. (5) Ἀριθμὸν δὲ τοῦ λόχου οἱ μὲν ὀκτὼ ἀνδρῶν ἐποίησαν, οἱ δὲ δέκα, οἱ δὲ δύο ἐπὶ τοὺς δέκα, οἱ δὲ καὶ ἑκκαίδεκα. Ἐκκείσθω δὲ ἡμῖν τὸ βαθύτατον αὐτοῦ ἐς ἑκκαίδεκα. Σύμμετρον γὰρ τοῦτο πρός τε τὴν ἐπὶ μῆκος τάξιν καὶ πρὸς τὴν ἐς βάθος τῆς φάλαγγος καὶ πρὸς τὸ ὑπερτοξεύεσθαί τε καὶ ὑπερακοντίζεσθαι πρὸς τῶν ψιλῶν τῶν ἐφεστηκότων. (6) Καὶ εἴ τε διπλασιάσαι δεήσειεν τὸ βάθος ἐπὶ τριάκοντα δύο ἄνδρας, ἡ τάξις σύμμετρος ἔσται· εἴ τε αὖ μηκῦναι τὸ μέτωπον ἐς ὀκτώ, ἔσται οὐ πάντη ἀβαθὴς ἡ φάλαγξ· τὴν δὲ εἰς ὀκτὼ εἰ ἐκτεῖναι ἐθελήσειας ἐπὶ τέσσαρας, ἀβαθὴς γίνεται. Χρὴ οὖν τὸν λοχαγὸν ἢ πρῶτον τοῦ λόχου ταττόμενον, τὸν κράτιστον ἐπιλέγεσθαι· ὁ δὲ αὐτὸς καὶ πρωτοστάτης καὶ ἡγεμὼν καλεῖται.

VI. Τὸν δὲ λόχον καὶ στίχον ἤδη τινὲς ὀνομάζουσιν, οἱ δὲ δεκανίαν, τυχὸν οἷς ἐκ δέκα ὁ λόχος ἦν. (2) Ὑπὲρ δὲ τῆς ἐνωμοτίας ἀμφιγνοούμενόν ἐστιν· οἱ μὲν γὰρ ἄλλο ὄνομα τῷ λόχῳ εἶναι τοῦτο, οἱ δὲ τὸ τέταρτον τοῦ λόχου ἐνωμοτίαν καλοῦσιν, καὶ ἐνωμοτάρχην τὸν τούτου ἡγούμενον, τὰς δὲ δύο ἐνωμοτίας διμοιρίαν καὶ τὸν

quales specialiori sensu dicuntur Tarentini, alii primo quidem jacula emittunt, deinde vero cominus congrediuntur cum hoste, vel jaculum unum ex iis, quæ habebant, ad hoc sibi reliquum facientes vel etiam gladio utentes; atque hi quidem appellantur leves. (7) Equitum vero Romanorum alii gestant contos, irruuntque more Alanorum aut Sauromatarum : alii vero habent lanceas. (8) Gladius vero magnus latusque dependet ab ipsorum humeris, et scuta gestant lata et oblonga, et galeam ferream et thoracem sutilem et ocreas parvas. (9) Lanceas autem gestant duplici fine, et ut emittant eminus, si videatur utile, et e propinquo cominus cum eis certent manu; sin propius etiam congressis ipsa manus conserenda est, tum vero gladiis pugnant. Alii et secures parvas gestant undique cuspidibus armatas.

V. Cujuslibet autem exercitus sive pedestris sive equestris certa quædam sunt corpora certique duces ac numeri, eorumque vocabula certa, quo celerius mandata expedire valeant, de quibus nunc dicendum. (2) Primum igitur maximumque omnium in arte militari opus est, multitudinem hominum collectam temere promiscuamque ubi ceperis, eam bene decenterque distribuere in suos ordines, et ordines eos inter se sociare, et singulorum definire numerum, convenientem toti multitudini, et idoneum ad conflictum. (3) Exercitus enim bene ordinatus et in itinere est expeditior et in castris tutior et in prœliis utilior, adeo ut magnos etiam exercitus beneque armatos propterea, quod essent negligentioris ordinis, sciamus profligatos a paucioribus nec bene armatis, et contra viribus inferiores maleque armatos eo quod bene ordinati essent vicisse magnum numerum. (4) Ceterum distribuere in ordines, est conjungere certos quosdam in unum ordinem. Ordo autem nominatur certus numerus virorum a præfecto suo iisque, qui sequuntur ipsum, a tergo constitutorum usque ad postremum, secundum latitudinem, qui uragus dicitur. (5) Numerum autem ordinis alii definiverunt viris octo, alii decem, alii duodecim, alii etiam sedecim. Nobis autem summus latitudinis illius numerus sit virorum sedecim; convenientem enim habet magnitudinem et ad longitudinem et ad latitudinem phalangis, et transmittere jacula velites a tergo stantes poterunt. (6) Et sive duplicetur latitudo, fiatque virorum octo, non tamen latitudine omni phalanx erit destituta; si vero numerus ejus octonarius dividatur in quaternarium, plane latitudo omnis amittetur. Oportet autem præfectum primumve ordinis cujuslibet eligere sibi optimum, qui protostata vel ductor vocatur.

VI. Ordinem autem aliqui et versum vocant, aliqui etiam decuriam, forsan quod ex decem apud eos viris constaret. (2) De Enomotiæ autem vocabulo alia aliaque est sententia. Quidam enim putant aliud hoc ordinis nomen esse, alii quartam partem ordinis enomotiam et præfectum ejus enomotarcham dicunt; duas autem enomotias, dimœriam, cum-

ἡγούμενον τούτου διμοιρίτην. (3) Ξενοφῶν δὲ πόστον μὲν μέρος τοῦ λόχου ἡ ἐνωμοτία ἐστὶν, οὐ διασαφεῖ· ὅτι δὲ μεῖον καὶ πάντως γε τῷ ἡμίσει, δηλοῖ ἐν ᾧ λέγει, ὅτι οἱ λοχαγοὶ κατ' ἐνωμοτίας ἕκαστος ἐποιήσαντο τὸν αὐτοῦ λόχον. (4) Ὁ μὲν δὴ τοῦ λοχαγοῦ κατόπιν ἑστὼς ἐπιστάτης καλεῖται· ὁ δὲ αὖ κατόπιν τούτου, πρωτοστάτης· ὁ δ' ἐπὶ τούτου, ἐπιστάτης· ὡς τὸν πάντα τοῦ λόχου στίχον ἐκ πρωτοστατῶν καὶ ἐπιστατῶν τετάχθαι παραλλὰξ ἱσταμένων. (5) Χρὴ δὲ μὴ μόνον τὸν λοχαγὸν τὸν κράτιστον τοῦ λόχου εἶναι, ἀλλὰ καὶ οὐραγὸν οὐ πολύ τι ἀποδέοντα ἐπιλέγεσθαι· πολλὰ γὰρ καὶ τούτῳ καὶ οὐ τὰ φαυλότατα ἐν τοῖς πολεμικοῖς ἐπιτέτραπται. (6) Εἴη ἂν οὖν ὁ λόχος, στίχος ἐξ ἐπιστατῶν καὶ πρωτοστατῶν, ἐν μέσῳ λοχαγοῦ τε καὶ οὐραγοῦ συντεταγμένος.

VII. Συλλοχισμὸς δ' ἐστὶ παράθεσις λόχου ἑτέρῳ λόχῳ. Γίνεται δὲ εἰ τῷ τοῦ πρώτου στίχου λοχαγῷ ὁ τοῦ δευτέρου λοχαγὸς ἐπισταθείη, τῷ δὲ τούτου ἐπιστάτῃ ὁ τοῦ δευτέρου λόχου ἐπιστάτης, καὶ ἐφεξῆς οὕτως. (2) Παραστάτης δὲ πᾶς ὁ συζυγῶν ὀνομάζεται, λοχαγὸς μὲν ὁ πρῶτος τῷ δευτέρῳ λοχαγῷ, ἐπιστάτης δὲ ὁ πρῶτος τῷ δευτέρῳ ἐπιστάτῃ, καὶ τοῦτο ἐφεξῆς ἔστ' ἐπὶ τοὺς οὐραγοὺς τῶν λόχων. Ἐπειδὰν οὖν πολλοὶ ἐφεξῆς λόχοι ταχθῶσι, συλλοχισμὸς τὸ τοιόνδε καλεῖται.

VIII. Τὸ δὲ σύμπαν σύνταγμα τοῦ πλήθους φάλαγξ ὀνομάζεται· ἧς μῆκος μὲν τὸ πρῶτον ἂν εἴη ἐκ τῶν λοχαγῶν σύνταγμα, ὅπερ καὶ μέτωπον ἤδη τινὲς ὀνομάζουσιν· ἔστιν δὲ οἳ πρόσωπον καὶ ζυγὸν, καὶ στόμα δὲ οἱ ἄλλοι ταὐτὸν τοῦτο, καὶ πρωτολοχίαν ἄλλοι. (2) Τὸ δὲ κατόπιν τοῦ μετώπου ἅπαν, ὃ ἔστιν ἐπὶ τοὺς οὐραγοὺς, βάθος ὀνομάζεται. Καὶ τὸ μὲν κατὰ μῆκος ἐπ' εὐθείας εἶναι τοῖς πρωτοστάταις ἢ τοῖς ἐπιστάταις συζυγεῖν καλοῦσι, στοιχεῖν δὲ τὸ κατὰ βάθος τῷ ἐπ' εὐθείας εἶναι τοῖς οὐραγοῖς καὶ λοχαγοῖς. (3) Τέμνεται δὲ ἡ φάλαγξ εἰς μέρη τὰ μέγιστα δύο, δίχα διαιρουμένου τοῦ παντὸς μετώπου ἔστ' ἐπὶ τὸ πᾶν βάθος. Καὶ τούτου τὸ μὲν ἥμισυ τὸ ἐν δεξιᾷ, δεξιὸν καλεῖται κέρας καὶ κεφαλή· τὸ δ' ἐν ἀριστερᾷ, εὐώνυμον κέρας καὶ οὐρά. (4) ἵνα δὲ (ὅπου) ἡ διχοτομία γίνεται τοῦ μήκους, ὀμφαλὸς ὀνομάζεται καὶ στόμα καὶ ἀραρός.

IX. Ἐπὶ δὲ τοῖς ὁπλίταις τὸ πολὺ οἱ ψιλοὶ τάττονται, ὡς αὐτοῖς μὲν τὴν σκέπην ἐκ τῶν ὅπλων εἶναι, τοῖς δὲ ὁπλίταις αὖ τὴν ὠφέλειαν ἐκ τῶν κατόπιν ἀκοντισμάτων. (2) Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἐν ἄλλῃ χώρᾳ ἤδη ψιλοὶ ἐτάχθησαν, ὁπότε οὕτω δέοι, ἢ ἐπὶ κέρως ἑκατέρου, ἢ εἰ πρόβλημα εἴη τοῦ ἑτέρου κέρως ποταμὸς ἢ τάφρος ἢ θάλασσα, ἐπὶ τοῦ ἑτέρου μόνον ὑπερδεξίως τοῦ χωρίου τοῦ ἀποκρούεσθαι τῶν πολεμίων τὴν ταύτῃ ἔφοδον, ἢ ἐς κώλυσιν κυκλώσεως· καὶ γὰρ αἱ τῶν ἱππέων τάξεις ἄλλοτε ἄλλῃ καθίστανται, ὅπως ἂν μέλλωσι ταχθέντες ὠφέλιμοι ἔσεσθαι. (3) Τὸ μὲν οὖν ἅπαν πλῆθος τῆς στρατιᾶς ὁπόσον χρὴ εἶναι, οὐκ ἐπὶ τῷ στρατηγῷ ἐλέσθαι τὸ δέον· ὅπως δὲ συντάξῃ τε καὶ ἀσκήσῃ καὶ ἐκ τά-

que qui ipsi præest, dimœritam. (3) Xenophon, quanta pars sit ordinis enomotia, non declarat, sed minorem locho esse saltem parte dimidia, apparet ex eo loco, ubi lochagos per enomotias dicit constituisse suum quemque ordinem. (4) Ceterum qui locum suum habet statim post lochagum, epistates dicitur; qui vero post hunc, protostates; et qui post ipsum, iterum epistates, ut totus ordinis versus sit compositus ex protostatis et epistatis per vices. (5) Oportet autem non lochagum solum optimum ordinis totius, sed uragum quoque non multo deteriorem eligi. Multa enim huic quoque, eaque non levia, in prœliis committuntur. (6) Est igitur ordo, versus ex epistatis protostatisque in medio lochagi et uragi constitutus.

VII. Syllochismus vero est conjunctio lochi seu ordinis unius cum altero, fitque quum primi ordinis lochagus lochago secundi adjungitur, ejusdem epistatæ epistates ordinis secundi, atque sic deinceps. (2) Parastates autem appellatur, qui in jugo alii associatur, ut lochagus primus lochago secundo, epistates primus epistatæ secundo, atque sic deinceps usque ad uragos ordinum. Quumque multi ordines sic inter se sunt sociati, syllochismus id vocatur.

VIII. Tota autem omnis multitudinis conjunctio phalanx appellatur. Cujus longitudo est consociatio prima ex lochagis constans, quæ frons a quibusdam dicitur. Sunt qui et faciem et jugum et os hoc ipsum, itemque qui protolochiam seu primum ordinem appellent. (2) Quicquid autem est post frontem ad uragos usque, latitudo dicitur. Qui vero in longitudinem directe inter se sunt conjuncti protostatæ aut epistatæ, dicuntur jugare; qui autem secundum latitudinem directe inter se sunt conjuncti cum uragis et lochagis, versare. (3) Dividitur autem phalanx in partes duas maximas, divisione frontis per totam latitudinem. Et harum quidem partium una dimidia, quæ a dextra est, dextrum appellatur cornu sive caput; quæ vero a sinistra, sinistrum cornu sive cauda. (4) Ubi autem est divisio illa longitudinis, ibi dicitur esse umbilicus et os et compago.

IX. Post graviter armatos plerumque collocantur leves, ut ipsi quidem habeant munimentum ab illorum armis; graviter armati autem commodum ex missilium jaculatione, facta ab iis, qui post ipsos collocati sunt. (2) Quanquam etiam alio in loco, si opus fuerit leviter armati sint collocati, vel ad utrumque cornu, vel si alterum ex his munitum fuit flumine aut fossa aut mari, tantum ad alterum idque ad reprimendum ex superiori loco hostium incursum in illud, aut ad prohibendam ejus circumventionem. Equestres quoque copiæ alias aliter ordinantur, prouti vel hac vel illa ordinatione utiliores sunt futuræ. (3) Jam ut universam exercitus multitudinem tantam habeat, quantam habere debet, imperator, non est penes ipsum: verum ut bene com-

ξεως ἐς τάξιν ἄλλην εὐπετῶς μετακινήσῃ, τοῦτο ἐπασκητέον. (4) Τόσον δὲ μέντοι συμβουλεύσαιμ' ἂν τῷ στρατηγῷ, ἐκ τοῦ παντὸς πλήθους τῆς στρατιᾶς τοσούτους ἐς τὰς μάχας ἐξαγαγεῖν, ὁπόσοι ἐπιτήδειοι ἔσονται πρὸς τὰς μεταβολάς τε τῶν τάξεων καὶ τὰς μετακινήσεις, οἷον τοὺς διπλασιασμοὺς καὶ πολυπλασιασμοὺς καὶ ὅσας πτύξεις ἢ ἐξελιγμοὺς ἢ εἴ δή τινες ἄλλαι μεταβολαὶ τάξεων. (5) Ἔνθεν δὴ τούτους μάλιστα τοὺς ἀριθμοὺς ἐπελέξαντο οἱ δεινοὶ ἀμφὶ ταῦτα, ὅσοι ἀριθμοὶ μέχρι μονάδος οἷοί τε δίχα διαιρεῖσθαι, ὁποία ἐστὶν ἡ τῶν μυρίων καὶ ἑξακισχιλίων καὶ τριακοσίων καὶ ἐπὶ τούτοις τεσσάρων καὶ ὀγδοήκοντα τάξις εἰ τύχοι οὖσα ὁπλιτική· ταύτης δὲ ἡμίσειαν τὴν τῶν ψιλῶν, καὶ ταύτης ἔτι ἡμίσειαν τὴν τῶν ἱππέων. Οὗτος γάρ τοι ὁ ἀριθμὸς μέχρι μονάδος δίχα τέμνεται, ὥστε διπλασιάζειν αὐτὸν ἐς τὸ βάθος ξυνάγοντα, καὶ αὖ ἐκτείνειν ἀναπτύσσοντα εὔμαρες καθίστασθαι, ὁπότε τούτου δεήσειεν. (6) Αὐτίκα ἐπεὶ τῷ λόχῳ ἑκκαίδεκα ἀνδρῶν τὸ βάθος ὑπεθέμεθα, τέσσαρες καὶ εἴκοσι ἐπὶ τοῖς χιλίοις ἔσονται οἱ λόχοι ἐν τῷδε τῷ ἀριθμῷ· καὶ οὗτοι μεμερισμένοι ἐς τάγματα, ὧν ἑκάστῳ καὶ ὄνομα οἰκεῖον πρόκειται.

X. Οἱ μέν γε δύο λόχοι διλοχία καλεῖται, ἐξ ἀνδρῶν δύο καὶ τριάκοντα, καὶ διλοχίτης ὁ τούτου ἡγούμενος· ** τετράρχης τεσσάρων καὶ ἑξήκοντα ἀνδρῶν ἔξαρχος. (2) Αἱ δὲ δύο τετραρχίαι τάξις λόχων μὲν ὀκτὼ, ἀνδρῶν δὲ ὀκτὼ καὶ εἴκοσι καὶ ἑκατὸν, καὶ ὁ τούτων ἡγούμενος ταξιάρχης. (3) Ὅπου δὲ ἐξ ἑκατὸν γίνεταί τι σύνταγμα, ἑκατοντάρχης ὁ τούτου αὖ ἡγεμὼν ὀνομάζεται· ** λόχων μὲν ἑκκαίδεκα, ἀνδρῶν δὲ ἓξ καὶ πεντήκοντα καὶ διακοσίων, καὶ ὁ τούτου αὖ ἡγούμενος, συνταγματάρχης. Οἱ δὲ ξεναγίαν τοῦτο ὀνομάζουσι, καὶ ξεναγὸν τὸν τούτου ἡγούμενον. (4) Καθ' ἑκάστην δὲ σύνταξιν τῶν ἓξ καὶ πεντήκοντα καὶ διακοσίων ἐπίλεκτοί εἰσι σημειοφόρος, οὐραγὸς, σαλπιγκτὴς, ὑπηρέτης, στρατοκήρυξ· καὶ τὸ πᾶν σύνταγμα ἐς τετράγωνον σχῆμα ταχθὲν ἐς ἑκκαίδεκα ἔχει τὸ μῆκος καὶ τὸ βάθος. (5) Τὰ δὲ δύο συντάγματα γίνεται ἀνδρῶν δώδεκα καὶ πεντακοσίων, λόχων δύο καὶ τριάκοντα, καὶ τούτων ὁ ἡγούμενος πεντακοσιάρχης· ** Αἱ δὲ δύο χιλιαρχίαι μεραρχία, δισχιλίων ἀνδρῶν καὶ ὀκτὼ καὶ τεσσαράκοντα, καὶ ὁ τούτου ἔξαρχος μεράρχης, λόχων ὀκτὼ καὶ εἴκοσι καὶ ἑκατόν. Οἱ δὲ καὶ τέλος τοῦτο ὀνομάζουσιν. (6) Αἱ δὲ δύο μεραρχίαι φαλαγγαρχία, τετρακισχιλίων ἀνδρῶν καὶ ἓξ καὶ ἐνενήκοντα, λόχων ἓξ καὶ πεντήκοντα καὶ διακοσίων· καὶ ὁ τούτου αὖ ἡγούμενος, φαλαγγάρχης. Οἱ δὲ στρατηγίαν τοῦτο ὀνομάζουσι, καὶ τὸν ἡγούμενον στρατηγόν. (7) Αἱ δὲ δύο φαλαγγαρχίαι διφαλαγγαρχία, δύο ἀνδρῶν καὶ ἐνενήκοντα καὶ ἑκατὸν καὶ ὀκτακισχιλίων, λόχων δώδεκα καὶ πεντακοσίων. Ἔστι δὲ τὸ τάγμα τοῦτο καὶ μέρος, καὶ κέρας. (8) Αἱ γάρ τοι δύο διφαλαγγαρχίαι τετραφαλαγγαρχία τε καλεῖται καὶ λόχων γίνεται χιλίων καὶ εἴκοσι καὶ τεττάρων, ἀνδρῶν μυρίων ἑξακισχιλίων τριακοσίων ὀγδοήκοντα ἐπόντων τεσσάρων· (9) ὅντινα τὸν πάντα ἀριθμὸν τῇ πεζικῇ τάξει ὑπεθέμεθα,

ponat eam et exerceat et ex alio in alium ordinem facile transducere possit, hoc ei curandum est. (4) Atque suaserim ego imperatori, ut ex omni exercitûs multitudine tot tantum in pugnam educat, quot idonei futuri sint ad transmutationes acierum variationesque, quales sunt duplicationes et multiplicationes vel coarctationes et dilatationes et si quæ aliæ mutationes acierum. (5) Hinc etiam eos maxime numeros elegerunt viri harum rerum periti, quos ad unitatem usque licet in duo dividere, uti verbi causa sedecim millium et trecentorum, et præterea octoginta quattuor virorum aciem gravis armaturæ; hujus autem dimidium levis armaturæ, et hujus rursum dimidium equitum aciem. Hic enim numerus usque ad unitatem dividi potest, adeo ut duplicare eum in latitudinem coactum et rursus explicare res sit facilis effectu, quando usus ejus veniat. (6) Et quia ordinis versusve cujuslibet latitudinem virorum sedecim constituimus, quattuor et viginti supra mille ordines erunt dicti numeri totius. Hi autem dividuntur in tagmata sua, quorum quodlibet deinde suum proprium habet nomen.

X. Nam ordines duo juncti inter se vocantur dilochia, constans viris triginta duobus, quique præest eis, dilochita; ** tetrarcha vero, qui viris sexaginta quattuor præest. (2) Duæ autem tetrarchiæ appellantur taxis, ordinum quidem octo, virorum vero centum viginti octo, quique præest eis, taxiarcha. (3) Sin ex viris centum corpus fit, is qui præest ei, hecatontarcha nominatur. (*Duæ taxes vocantur syntagma,*) ordinum quidem sedecim, virorum autem ducentorum quinquaginta sex, quique ei præest, syntagmatarcha. Quidam vero corpus hoc xenagiam nominant, quique præest ei, xenagum. (4) In quolibet autem corpore virorum ducentorum quinquaginta sex selecti sunt viri, signifer, uragus, tubicen, minister, præco; totumque quadrata figura dispositum sedecim viros habet in longitudinem, et sedecim in latitudinem. (5) Duo autem syntagmata continent viros quingentos et duodecim, ordines duos et triginta, quique his præest, pentacosiarcha dicitur.* Duæ autem chiliarchiæ, merarchia, quæ continet viros bis mille quadraginta octo, quique præest eis, merarcha dicitur, ordines autem sunt centum viginti octo. Quidam corpus hoc appellant telos. (6) Duæ porro merarchiæ phalangarchia dicuntur, quæ continet viros quater mille nonaginta sex, ordines ducentos quinquaginta sex, quique præest ei, phalangarcha nominatur. Aliqui hoc corpus vocant strategiam, quique præest ei, strategum. (7) Duæ autem phalangarchiæ diphalangarchia, quæ continet viros octies mille centum nonaginta duos, ordines quingentos et duodecim. Dicitur autem hoc corpus a quibusdam etiam pars et cornu. (8) Duæ autem diphalangarchiæ dicuntur tetraphalangarchia, quæ habet ordines mille viginti quattuor, viros decies sexies mille trecentos octoginta quattuor: (9) quem numerum tanquam totius exercitus pedestris posuimus.

καὶ εἶεν ἐν τούτῳ κέρατα μὲν δύο, φαλαγγαρχίαι δὲ τέσσαρες, καὶ μεραρχίαι δὲ ὀκτὼ, χιλιαρχίαι δὲ ἑκκαίδεκα, πεντακοσιαρχίαι δὲ δύο καὶ τριάκοντα, συνταγματαρχίαι δὲ τέσσαρες καὶ ἑξήκοντα, ταξιαρχίαι δὲ [ὀκτὼ] καὶ εἴκοσι καὶ ἑκατὸν, τετραρχίαι δὲ ἓξ καὶ πεντήκοντα καὶ διακόσιαι, διλοχίαι δὲ πεντακόσιαι καὶ δέκα δύο, λόχοι δὲ εἴκοσι καὶ χίλιοι τεσσάρων ἐπόντων.

XI. Τάττεται δὲ ἡ φάλαγξ ἐπὶ μῆκος ὅπου μὲν ἀραιοτέρα, εἰ ἥ τε χώρα παρέχοι καὶ ὠφελιμώτερον εἴη, ὅπου δὲ πυκνοτέρα, εἰ αὐτῇ τῇ πυκνότητι καὶ τῇ ῥώμῃ τοὺς πολεμίους ἐξῶσαι δέοι· (2) καθάπερ Ἐπαμινώνδας ἔν τε Λεύκτροις αὐτοὺς τοὺς Θηβαίους ἔταξε καὶ πρὸς Μαντινείας τοὺς πάντας Βοιωτοὺς, ὥσπερ ἔμβολον ποιήσας, καὶ ἐπάγων τῇ τάξει τῶν Λακεδαιμονίων· ἢ αὖ εἰ δέοι τοὺς ἐπελαύνοντας ἀποκρούσασθαι, καθάπερ πρὸς τοὺς Σαυρομάτας τε καὶ τοὺς Σκύθας χρὴ τάττειν. (3) Καὶ ἔστι πύκνωσις μὲν ἡ ἐκ τοῦ ἀραιοτέρου ἐς τὸ πυκνότερον συναγωγὴ κατὰ παραστάτην τε καὶ ἐπιστάτην, ὅπερ ἐστὶ κατὰ μῆκός τε καὶ βάθος. (4) Συνασπισμὸς δὲ ἐπειδὰν εἰς τοσόνδε πυκνώσῃς τὴν φάλαγγα, ὡς διὰ τὴν συνέχειαν μηδὲ κλίσιν τὴν ἐφ' ἑκάτερα ἔτ' ἐγχωρεῖν τὴν τάξιν. Καὶ ἀπὸ τοῦδε τοῦ συνασπισμοῦ τὴν χελώνην Ῥωμαῖοι ποιοῦνται, τὸ πολὺ μὲν τετράγωνον, ἔστιν δὲ ὅπου καὶ στρογγύλην ἢ ἑτερομήκη ἢ ὅπως ἂν προχωρῇ. (5) Οἱ μὲν ἐν κύκλῳ τοῦ πλινθίου ἢ τοῦ κύκλου ἑστηκότες τοὺς θυρεοὺς προβέβληνται πρὸ σφῶν, οἱ δ' ἐφεστηκότες αὐτοῖς ὑπὲρ τῶν κεφαλῶν ἄλλος ὑπὲρ τοῦ ἄλλου ὑπεραιρήσας προβάλλεται· (6) καὶ τὸ πᾶν οὕτως ἀκριβῶς φράττεται, ὥστε καὶ ἀκοντιστὰς ἄνωθεν καθάπερ ἐπὶ στέγης διαθέοντας δέχεσθαι, καὶ λίθους ἁμαξιαίους μὴ διαλύειν τὴν σύγκλεισιν, ἀλλὰ κατακυλιομένους τῇ ῥύμῃ ὑπερπίπτειν εἰς τὸ δάπεδον.

XII. Ἀγαθὸν δὲ εἴπερ τι ἄλλο καὶ τὸ τοὺς λοχαγοὺς τοὺς μεγίστους τε καὶ κρατίστους εἶναι, καὶ τῶν κατὰ πόλεμον δαημονεστάτους. (2) Τοῦτο γάρ τοι τὸ ζυγὸν ξυνέχει τὴν πᾶσαν φάλαγγα, καὶ τὸ ἴσον παρέχεται ἐν ταῖς μάχαις ὅτιπερ τὸ στόμωμα τῷ σιδήρῳ· ὁποῖον γὰρ ᾖ τοῦτο ἐν ᾧ ἡ τομὴ τοῦ σιδήρου, οὕτω καὶ ὁ πᾶς σίδηρος τὸ αὐτὸ ἐργάζεται· ἡ μέν γε τομὴ αὐτῷ κατὰ τὸ στόμωμα γίγνεται, τὸ δὲ ὑπόλοιπον, καὶ εἰ μαλθακὸν τύχοι ὂν, τῷ βάρει ὅμως ξυνεπερείδει τῷ τέμνοντι· οὕτω καὶ τῆς φάλαγγος στόμωμα μὲν θείη τις ἂν τὸ ἐκ τῶν λοχαγῶν σύνταγμα, ὄγκον δὲ καὶ βάρος τὸ κατόπιν τούτων πλῆθος. (3) Δευτέρους δ' ἐπὶ τούτοις κατ' ἀρετὴν χρὴ εἶναι τοὺς τῶν λοχαγῶν ἐπιστάτας· καὶ γὰρ τὸ τούτων δόρυ ἐξικνεῖται ἔστε ἐπὶ τοὺς πολεμίους, καὶ τοὺς ὠθισμοὺς τοῖς προτεταγμένοις σφῶν ἐγγύθεν συνερείδουσιν. (4) Ἤδη δέ τις καὶ μαχαίρᾳ τοῦ ἐναντίου ἐφικέσθαι ἠδυνήθη, ὑπερενεγκὼν ὑπὲρ τὸν ἔμπροσθεν τεταγμένον τὴν πληγὴν, καὶ πεσόντος ἡγεμόνος ἢ καὶ τρωθέντος ὡς ἀπόμαχον γενέσθαι, προπηδήσας ὁ πρῶτος ἐπιστάτης ἐς λοχαγοῦ τάξιν τε καὶ ἀξίωσιν κατέστη, καὶ ἀρραγῆ τὴν πᾶσαν φάλαγγα παρέσχετο. (5) Τὸ δὲ γ' καὶ δ'

Fuerint ergo in eo cornua quidem duo, phalangarchiæ vero quattuor, merarchiæ octo, chiliarchiæ sedecim, pentacosiarchiæ duæ et triginta, syntagmatarchiæ quattuor et sexaginta, taxiarchiæ centum viginti (*octo*), tetrarchiæ ducentæ quinquaginta sex, dilochiæ quingentæ duodecim, lochi sive ordines mille viginti quattuor.

XI. Collocatur autem phalanx in longitudine quidem aliquando largius, si permittit locus et utile est; aliquando vero densius, quo condensatione tali et robore tutius hostes possint invadi: (2) quemadmodum Epaminondas in pugna Leuctrica ordinavit Thebanos, et ad Mantineam omnes Bœotios, velut cuneum constituens, et ita irruens in aciem Lacedæmoniorum; vel etiam, quo incurrentes possint submoveri; quemadmodum contra Sauromatas et Scythas hoc est utile. (3) Est autem condensatio, aciei largius stantis in angustius coarctatio secundum parastatam et epistatam, hoc est, in longitudinem pariter ac latitudinem. (4) Synaspismus vero, quum phalanx condensatur in tantum, ut propter continuitatem in latus nullum amplius vergere ordines possint. Et per hujusmodi synaspismum Romanorum fit testudo, plerumque quadrata, aliquando tamen etiam ovali figura, vel altera parte longior, vel si quam aliam formam res suppeditaverint. (5) Quique in ea vel oblonga vel rotunda circumquaque stant primi, scuta ante se protendunt, qui vero constituti sunt post ipsos, tendunt ea super istorum capita, et alii super horum, (6) atque ita totum corpus undiquaque tegitur, adeo, ut et jaculatores superne velut in tecto percurrentes sustinere queat nec saxa ingentia compagem istam dissolvant, sed super eam devolvantur et sic in humum decidant.

XII. Utile vero, si quid aliud, ut lochagi sint maximi et fortissimi et rerum bellicarum peritissimi. (2) Horum enim jugum continet phalangem totam, idemque in prœliis est quod ferro est acies. Nam qualis est ea ferri pars quæ scindit, tale se totum præbet ferrum: scindendi autem facultas ferro est secundum robur aciei, reliqua vero pars, etiamsi mollis fuerit, tamen pondere suo etiam ipsa vim aciei adauget. Ad eundem plane modum acies quasi phalangis corpus est ex lochagis constans, moles vero ac pondus, multitudo cetera post ipsos collocata. (3) Proximos a lochagis virtute esse oportet lochagorum epistatas. Nam horum quoque hastæ se extendunt usque ad hostes, ipsique simul cum stantibus ante se ex propinquo impressionem faciunt. (4) Interdum etiam gladio hostem attingere possint ictum inferentes supra protostatam. Porro cadente duce vel etiam vulnerato et inutili facto ad pugnam, procurrens epistata primus in lochagi locum ac munus succedere, atque ita phalangem integram imperturbatamque conservare solet. (5) Tertium

ζυγὸν κατὰ λόγον ἤδη τῆς ἀπὸ τοῦ πρώτου ἀποστάσεως ἐπιλεγομένους τακτέον. (6) Ταύτῃ τοι ἡ Μακεδονικὴ φοβερὰ τοῖς πολεμίοις οὐκ ἐν τῷ ἔργῳ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν τῇ ὄψει ἐφαίνετο. Ἀνὴρ γὰρ ὁπλίτης εἱστήκει αὐτοῖς κατὰ πύκνωσιν ἐν δύο πήχεσι μάλιστα· (7) τὸ δὲ μέγεθος τῶν σαρισσῶν πήχεις ἐπεῖχεν ἑκκαίδεκα, καὶ τούτων οἱ μὲν τέσσαρες τὴν χεῖρά τε τοῦ κατέχοντος καὶ τὸ ἄλλο σῶμα ἀπετείνοντο, οἱ δώδεκα δὲ προεῖχον πρὸ τῶν σωμάτων ἑκάστου τῶν πρωτοστατῶν· (8) οἱ δ' ἐν τῷ β' ζυγῷ ὑποβεβηκότες ἐκείνων πήχεσι δυσὶ τὴν σαρίσσαν αὖ εἶχον προβεβλημένην ὑπὲρ τοὺς πρωτοστάτας ἐς δέκα πήχεις· (9) οἱ δ' ἐν τῷ γ' ἔτι καὶ οὗτοι ὑπεραίρουσαν ὑπὲρ τοὺς πρωτοστάτας πήχεις ὀκτώ· καὶ ἔτι οἱ ἐν τῷ τετάρτῳ ἐς ἕξ· καὶ ἔτι οἱ ἐν τῷ πέμπτῳ ἐς τέσσαρας· οἱ δ' ἐν τῷ ἕκτῳ ἐς δύο. (10) Καθ' ἕκαστον οὖν τῶν πρωτοστατῶν ἓξ σαρίσσαι προβεβλημέναι ἦσαν, ἐν κύκλῳ ἐφεξῆς ὑποβαίνουσαι, ὥστε ἕκαστον ὁπλίτην ἓξ σαρίσσαις πεφράχθαι, καὶ ταῖς δυνάμεσιν ἐπερείδειν ὅποι ἐπιβρίσειαν. Καὶ οἱ τῷ ἕκτῳ δὲ ἐφεστηκότες, εἰ μὴ καὶ αὐταῖς ταῖς σαρίσσαις, τῷ δὲ βάρει τῶν σωμάτων ξυνεπέρειδον τοῖς πρὸ σφῶν τεταγμένοις, ὡς τήν τε ἐμβολὴν τὴν ἐς τοὺς πολεμίους τῆς φάλαγγος οὐ φορητὴν γίνεσθαι, καὶ τοῖς πρωτοστάταις αὐτῶν ἄπορον τὴν φυγήν. (11) Τοὺς δὲ οὐραγοὺς οὐ κατ' ἀλκὴν, ὡς κατὰ σύνεσιν καὶ ἐμπειρίαν τῶν πολεμικῶν ἐπιλέκτους χρὴ εἶναι, ὡς ἐπιμελεῖσθαι τοῦ στοιχεῖν τὰ ζυγὰ, καὶ τοῖς ἐθελοκακοῦσι μὴ ἐφιέναι ἀποδιδράσκειν ἔξω τῆς τάξεως· ὅπου τε συνασπισμοῦ δεήσειεν, οὗτός ἐστιν ὁ μάλιστα ἐς πυκνότητα τοὺς πρὸ ἑαυτοῦ τεταγμένους ξυνάγων, ὃς τὴν πᾶσαν ἰσχὺν τῷ συντάγματι τούτῳ παρέχεται.

XIII. Τούς γε μὴν ψιλοὺς ἄλλους ἄλλῃ τακτέον· ἄλλοτε γὰρ ἄλλῃ καὶ ὠφέλιμοι γίγνονται τεταγμένοι, ὅπως ἂν ᾖ τὰ τῆς χώρας ἔχῃ, ἵνα ἡ παράταξις γίγνεται, ἢ τῶν πολεμίων ἡ παρασκευὴ πρὸς οὕστινας ἀντιταττόμεθα· (2) ποτὲ μὲν γὰρ προτετάχθαι δεήσει τῆς φάλαγγος, ἄλλοτε δὲ ἐν τοῖς δεξιοῖς, νῦν δὲ ἐν τοῖς εὐωνύμοις τετάχθαι· τὸ πολὺ δὲ καὶ κατόπιν τῶν ὁπλιτῶν ἱστάμενοι ὠφελοῦσιν· ἤδη δὲ καὶ ἐς λόχους καταχωρισθέντων τῶν πεζῶν, λόχοι ἐνεβλήθησαν ἐναλλὰξ τῶν ψιλῶν.

XIV. Τὸν δὴ ἀριθμὸν τάξεώς τε ἑκάστης καὶ τὰ ὀνόματα αὐτῆς τε καὶ τῶν ἡγουμένων ἤδη λεκτέον. (2) Πρῶτα μὲν δὴ ἐπὶ τῶν πεζῶν ἡμίσεας τοὺς ψιλοὺς φαμὲν χρῆναι ἔχειν, εἰ σύμμετροι ἔσονται πρὸς τὸ ἔργον, καὶ τοὺς λόχους αὐτῶν οὐχὶ ἑκκαίδεκα ἀνδρῶν χρὴ εἶναι, ἀλλὰ ὀκτὼ, ὥστε τοὺς χιλίους καὶ τέσσαρας καὶ εἴκοσι λόχους τὸν ἥμισυν ἀριθμὸν ἐκπιμπλάναι τῆς πεζικῆς φάλαγγος, καὶ εἶναι ἀνδρῶν ὀκτακισχιλίων καὶ ἑκατὸν καὶ δύο ἐπὶ τοῖς ἐνενήκοντα. (3) Ὀνόματα δὲ αὐτῶν καὶ τάξεις αἵδε εἰσιν. Οἱ τέσσαρες λόχοι τῶν ψιλῶν καλοῦνται σύστασις, καὶ εἰσὶν ἐξ ἀνδρῶν δύο καὶ τριάκοντα· αἱ δὲ δύο συστάσεις πεντηκονταρχία, τεσσάρων καὶ ἑξήκοντα ἀνδρῶν· αἱ δὲ δύο πεντηκονταρχίαι

autem et quartum jugum pro ratione qua a primo distant electi viri obtinere debent. (6) Hac ratione phalanx Macedonica terribilis hostibus non opere solum, verum etiam aspectu fuit. Vir enim armatus stabat in condensatione spatium duorum cubitorum summum occupans. (7) Sarissarum autem longitudo cubitorum erat sedecim, quorum quattuor quidem cedunt manibus tenentis corporique, duodecim autem prominent ante corpus cujuslibet ex protostatis. (8) Qui autem substituti sunt in jugo secundo, eorum sarissæ subtractis cubitis duobus ultra protostatas prominent ad cubitos decem; (9) qui vero in tertio, eorum ultra protostatas prominent ad cubitos octo; qui in quarto, ad cubitos sex; qui in quinto, ad cubitos quattuor; qui in sexto denique, ad cubitos duos. (10) Ad quem libet igitur protostatam prominebant sarissæ sex, undiquaque alia post aliam provenientes, ut armatum unumquemque sex tuerentur sarissæ, viribusque suis impetum promoverent ejus. Quique in sexto stabant jugo, si non sarissis, pondere saltem corporum juvabant eos, qui stabant ante ipsos, ut impetum phalangis hostes sustinere non possent, atque protostatis nulla esset fugiendi facultas. (11) Uragos autem non tam ex promptitudine animi, quam usu et experientia rerum bellicarum eligi oportet, ut sciant, quomodo ordines jugare debeant, iisque, qui flagitium aliquod volent committere, obstent, nec concedant suum ordinem deserere. Porro si quando synaspismo opus est, hic est potissimum, qui in arctum constitutos ante se compellit, unde robur omne agmen nanciscitur.

XIII. At vero levis armaturæ milites alii aliter sunt ordinandi : alias enim aliter ordinati usui sunt futuri, prout sese habet regio, ubi acies est instruenda, vel apparatus hostium, adversus quem instruuntur. (2) Aliquando enim necesse est ut collocentur ante phalangem, aliquando vero a latere dextro, aliquando a sinistro statuantur. Utplurimum autem prodest ut a tergo gravis armaturæ militum collocentur. Interdum etiam in ordines peditum divisos alternatim ordines leviter armatorum interponuntur.

XIV. Numerus autem ordinis cujusque et nomina eorum, illorumque qui ipsis præsunt, nunc sunt indicanda. (2) Primum ergo dimidios respectu peditum leves dicimus adhiberi oportere, ut sint idonei negotio, versusque eorum non virorum sedecim, verum octo fieri, ut mille viginti quattuor versus expleant numerum dimidium phalangis pedestris, contineantque viros octies mille centum et nonaginta duos. (3) Nomina vero ipsorum corporaque hæc sunt. Levis armaturæ militum quattuor ordines nominantur systasis, quæ habet viros triginta duos; duæ autem systases, pentecontarchia, virorum quattuor et sexaginta; duæ autem pentecontarchiæ, hecatontarchia, virorum centum viginti

ἑκατονταρχία ὀκτὼ καὶ εἴκοσι ἀνδρῶν καὶ ἑκατόν. (4) Καθ' ἑκάστην δὲ ἑκατονταρχίαν ἔκτακτοι ἄνδρες τέσσαρες ἔστωσαν, σημειοφόρος καὶ σαλπιγκτὴς καὶ ὑπηρέτης καὶ στρατοκήρυξ. Αἱ δὲ δύο ἑκατονταρχίαι εἰσὶ μὲν ἀνδρῶν ἓξ καὶ πεντήκοντα καὶ διακοσίων, καλεῖται δὲ τὸ σύνταγμα ψιλαγία· αἱ δὲ δύο ψιλαγίαι ξεναγία, δώδεκα ἀνδρῶν καὶ πεντακοσίων· (5) αἱ δὲ δύο ξεναγίαι, ἀνδρῶν τεσσάρων καὶ εἴκοσι καὶ χιλίων, σύστρεμμα καλεῖται· τὰ δὲ δύο συστρέμματα ἐπιξεναγία ὀνομάζεται, ὀκτὼ καὶ τεσσαράκοντα ἀνδρῶν καὶ δισχιλίων· αἱ δὲ δύο ἐπιξεναγίαι στῖφος, ἓξ καὶ ἐνενήκοντα ἀνδρῶν καὶ τετρακισχιλίων· τὰ δὲ δὴ δύο στίφη ἐπίταγμα ὀνομάζουσι, λόχων μὲν τεσσάρων καὶ εἴκοσι καὶ χιλίων, ἀνδρῶν δὲ ὀκτακισχιλίων ἑκατὸν ἐνενήκοντα δύο ἐπόντων. (6) Δεῖ δὲ καὶ τούτοις συντετάχθαι ἄνδρας ὀκτὼ ἐπιλέκτους, ὧν τέσσαρες μὲν ἔσονται ἐπιξεναγοί, τέσσαρες δὲ συστρεμματάρχαι.

XV. Ὠφέλιμοι δ' ἐν μάχῃ τοξόται τε καὶ ἀκοντισταὶ καὶ σφενδονῆται καὶ πάντες ὅσοι ἑκηβόλοις ὅπλοις διαχρῶνται πολλαχῇ· (2) καὶ γὰρ ὅπλα συντρίψαι τῶν πολεμίων ἱκανοί, μάλιστα δὲ οἱ τοῖς λίθοις ἀκροβολιζόμενοι, καὶ τραύματα ἐκ μακροῦ ἐμβαλεῖν, εἰ δὲ βιαιοτέρα πληγὴ γένοιτο, καὶ κατακτανεῖν. (3) Χρήσιμοι δ' ἐκκαλέσασθαι ἐκ χωρίου ὀχυροῦ πολεμίους, τῷ διὰ μακροῦ τὰ βέλη ἐφιέντες ἐλπίδα παρέχειν, ὅτι ἐπιόντας οὐκ ἂν δέξαιντο. (4) Χρήσιμοι δὲ καὶ φάλαγγα τεταγμένην διαλῦσαι καὶ ἵππον ἐπιφερομένην ἀναστεῖλαι καὶ χωρία ὑπερδέξια καταλαβέσθαι τῷ τε ταχεῖς εἶναι διὰ κουφότητα, καὶ τῷ εἰ καταλάβοιεν, τῇ συνεχείᾳ τοῦ ἀκροβολισμοῦ μηδένα πελάσαι αὐτοῖς ἄνευ πολλῶν τραυμάτων. (5) Χρήσιμοι δὲ καὶ ἀποκρούσασθαι ἀπὸ χωρίου τοὺς κατειληφότας, οὐχ ὑπομένοντας τὰ τραύματα· ἐπιτήδειοι δὲ καὶ τὰ ὕποπτα χωρία διερευνήσασθαι· ὠφέλιμοι δὲ καὶ ἐς ἐνέδραν ἐγκαθέζεσθαι, ἑνί τε λόγῳ καὶ προαγωνίζεσθαι τῶν πεζῶν ἀγαθοί, καὶ συναγωνίζεσθαι ὠφέλιμοι, καὶ ἐπιμαχόμενοι ἱκανοὶ τελέαν τὴν ἧτταν τοῖς πρὸς τοὺς βαρβάρους τῶν πεζῶν τραπεῖσι καταστῆσαι.

XVI. Τῶν δὲ δὴ ἱππέων ποικίλαι καὶ πολυειδεῖς αἱ τάξεις· αἱ μὲν τεγράγωνοι, αἱ δὲ ἑτερομήκεις, αἱ δὲ ῥομβοειδεῖς, αἱ δὲ ἐς ἐμβολὴν ξυνηγμέναι. (2) Ἀγαθαὶ δὲ ξύμπασαι αὗται αἱ τάξεις ἐν καιρῷ ταττόμεναι, καὶ μίαν οὐκ ἄν τις ἐπιλεξάμενος αὐτῶν προκρίνειεν τῶν ἄλλων, ὅτι ἐν ἄλλῳ χωρίῳ καὶ πρὸς ἄλλους πολεμίους καὶ ἐν καιρῷ ἄλλῳ εὕροι ἂν τῆς προκριθείσης ἄλλην ὠφελιμωτέραν. (3) Τῇ μὲν δὴ ῥομβοειδεῖ τάξει τὸ πολὺ Θεσσαλοὶ ἐχρήσαντο, καὶ Εἰλεὼν, ὡς λόγος, ὁ Θετταλὸς τὸ σχῆμα τοῦτο πρῶτος ἐξεῦρεν· ἐμοὶ δὲ δοκεῖν, προεξευρημένῳ πολλῷ χρησάμενος ἀπ' αὐτοῦ εὐδοκίμησεν. (4) Καὶ ἔστιν ἐς πᾶσάν τε μεταβολὴν ἁρμοδιώτατον καὶ πρὸς τὸ ἥκιστα κατὰ νώτου ἢ πλαγίων ἁλίσκεσθαι ἀσφαλέστερον. (5) Κατὰ μὲν γὰρ τὰς γωνίας τοῦ ῥόμβου τοὺς ἡγεμόνας τεταγμένους ἔχει, ἐπὶ μὲν τῆς ἔμπροσθεν τὸν ἰλάρχην, ἐπὶ δὲ τῆς

octo. (4) In qualibet autem hecatontarchia viri extraordinarii sunt quattuor, signifer et tubicen et minister et præco. Duæ autem hecatontarchiæ sunt virorum quidem ducentorum quinquaginta sex, corpus autem totum psilagia nominatur; duæ autem psilagiæ sunt xenagia, virorum quingentorum et duodecim; (5) xenagiæ vero duæ virorum mille viginti quattuor, quod vocatur systremma; duo vero systremmata epixenagia nominantur, virorum bis mille quadraginta octo; duæ autem epixenagiæ stiphos, virorum quater mille nonaginta sex; duo vero stiphe epitagma vocantur, ordines quidem habens mille viginti quattuor, viros vero octies mille centum nonaginta duos. (6) Oportet autem hos quoque habere viros selectos octo, quorum quattuor sint epixenagi, et quattuor systremmatarchæ.

XV. Jaculatores autem et sagittarii et funditores omnesque qui missilibus pugnant, in prœliis multipliciter sunt utiles. (2) Nam et arma hostium possunt confringere, ii præcipue, qui lapidibus pugnant, et vulnera e longinquo inferre, vel si ictus fuerit validior, etiam occidere. (3) Sunt quoque utiles ad eliciendos ex munitiore loco hostes: quoniam eo quod tela emittunt e longinquo, spem faciunt fore ut si impetus in eos fiat, ipsum minime sustinere valeant. (4) Sunt etiam ad dissolvendum ordinem phalangis idonei, et ad repellendum irruentem equitatum et ad occupandos locos editiores, quum propter celeritatem, quia leves sunt, tum quia si quem locum occupaverint, propter densas jaculationes nemo appropinquare iis possit qui non plurimis vulneribus affligatur. (5) Idonei quoque sunt ad repellendos loco quopiam potitos, quia vulnera sustinere nequeunt, item ad exploranda loca suspecta, et ad subsidendum in insidiis, et ut uno verbo dicam, et ad pugnandum ante pedites, et ut una cum eis prœlientur pugnantes post eos, denique etiam ad consummandam cladem apti sunt peditibus contra hostem conversis.

XVI. Equitum autem varii diversique generis sunt acies. Quædam enim sunt quadratæ, quædam oblongæ, aliæ rhombi figura, aliæ in cuneum formatæ. (2) Omnes autem hæ utiles sunt suo tempore, neque unam earum quis dicere possit esse meliorem altera, quoniam alio in loco et adversus alios hostes alioque tempore alia intelligitur utilior aliis, quæ antelatæ fuerunt. (3) Ac acie quidem rhombi figura formata Thessali plerumque usi sunt, quam Ileon Thessalus, uti fama est, primus invenit; ex mea autem sententia longe prius inventam frequentius adhibuit et ex eo nactus est famam. (4) Et est illa ad mutationem omnem valde idonea, difficillimeque vel a tergo vel a lateribus invadi potest. (5) Nam ad angulos quidem rhombi collocatos habet duces, in primo quidem ilarcham, in dextro ac sinistro eos, qui dicuntur plagiophylaces, in postremo

δεξιᾶς καὶ εὐωνύμου τοὺς καλουμένους πλαγιοφύλακας, ἐπὶ δὲ τῆς ὑπολοίπου τὸν οὐραγὸν, κατὰ δὲ τὰς πλευρὰς τοῦ ῥόμβου τοὺς ἀρίστους τῶν ἱππέων, ὡς καὶ τούτους ἐν ταῖς μάχαις μεγάλα ἐπωφελεῖν. (6) Ταῖς δὲ δὴ ἐμβολοειδέσι τάξεσι Σκύθας κεχρῆσθαι μάλιστα ἀκούομεν, καὶ Θρᾶκας, ἀπὸ Σκυθῶν μαθόντας. Φίλιππος δὲ ὁ Μακεδὼν καὶ Μακεδόνας ταύτῃ τῇ τάξει χρῆσθαι ἐπήσκησεν. (7) Ὠφέλιμος δὲ καὶ αὕτη δοκεῖ ἡ τάξις, ὅτι ἐν κύκλῳ οἱ ἡγεμόνες τεταγμένοι εἰσὶ, καὶ τὸ μέτωπον ἐς ὀξὺ ἀπολῆγον εὐπετῶς πᾶσαν τάξιν πολεμίαν διακόπτειν παρέχει, καὶ τὰς ἐπιστροφάς τε καὶ ἀναστροφὰς ὀξείας ποιεῖσθαι δίδωσιν. (8) Αἱ γὰρ τετράγωνοι τάξεις δυσπεριάγωγοί εἰσιν· ἡ δ' εἰς ὀξὺ προηγμένη, εἰ καὶ προϊοῦσα ἐς βάθος προχωρεῖ, ἀλλ' αὐτῇ γε τῇ ἀρχῇ δι' ὀλίγου ἐπιστρέφουσα τὴν πᾶσαν τάξιν εὐμαρῶς ἐξελισσομένην παρέχεται. (9) Ταῖς δὲ δὴ τετραγώνοις τάξεσι Πέρσαι μάλιστα ἐχρήσαντο, καὶ οἱ ἐν Σικελίᾳ βάρβαροι καὶ τῶν Ἑλλήνων οἱ πλεῖστοι καὶ ἱππικώτατοι. (10) Εὐσύντακτός τε γὰρ ἥδε ἡ τάξις ἄλλης μᾶλλον, ἅτε καὶ κατὰ στοῖχον καὶ κατὰ ζυγὸν τεταγμένων, καὶ τὰς ἐπελάσεις καὶ ἀπελάσεις εὐμαρεστέρας παρέχεται, καὶ μόνων τούτων πάντων οἱ ἡγεμόνες ἀθρόοι ἐμπίπτουσι τοῖς πολεμίοις. (11) Ἄρισται δὲ εἰσὶ διπλασίονα τὸν ἀριθμὸν ἐν τῷ μήκει ἤπερ ἐν τῷ βάθει ἔχουσαι· οἷον εἰ ἐπὶ δέκα κατὰ μέτωπον τεταγμένοι εἶεν, καὶ ἐπὶ πέντε εἰς τὸ βάθος· ἢ ἐπὶ εἴκοσι μὲν κατὰ μέτωπον, ἐπὶ δέκα δ' ἐς βάθος. (12) Αἱ γὰρ τοιαῦται τάξεις τῷ μὲν ἀριθμῷ ἑτερομήκεις εἰσὶ, τῷ δὲ σχήματι ἐς τετράγωνον καθίστανται. Τὸ γὰρ τοῦ ἵππου μῆκος ἀπὸ κεφαλῆς ἐπ' οὐρὰν ἐκπίμπλησι τοῦ τετραγώνου ὅ τι περ ἐς βάθος τῷ ἀριθμῷ ἐνδέον· ὥστε ἤδη τινὲς καὶ τριπλασίονα τὸν ἀριθμὸν τῶν ἐν τῷ μήκει ταττομένων ἐποίησαν πρὸς τὸ βάθος, οὕτως οἰόμενοι ἐς ἀκριβὲς τετράγωνον καταστήσειν τὸ σχῆμα, ὡς τριπλάσιον τὸ μῆκος τοῦ ἵππου ὑπὲρ τὸ πλάτος τοῦ ἀνθρώπου τὸ κατὰ τοὺς ὤμους ἐπέχον, ὥστε ἐννέα κατὰ μῆκος ἐν τῷ μετώπῳ τάττοντες τρεῖς ἐν τῷ βάθει ἐπέταττον. (13) Ἐπεὶ οὐδ' ἐκεῖνο χρὴ ἀγνοεῖν, ὅτι οἱ ἐς βάθος ἐπιτεταγμένοι ἱππεῖς οὐ τὴν ἴσην ὠφέλειαν παρέχουσιν, ἥνπερ τὸ ἐπὶ τῶν πεζῶν βάθος· οὔτε γὰρ ἐπωθοῦσι τοὺς πρὸ σφῶν, διὰ τὸ μὴ δύνασθαι ἐπερείδειν ἵππῳ, καθάπερ ἐκεῖ κατὰ τοὺς ὤμους καὶ τὰς πλευρὰς αἱ ἐνερείσεις γίνονται τῶν πεζῶν, (14) οὔτε συνεχεῖς γινόμενοι τοῖς πρὸ σφῶν τεταγμένοις; ἕν τι βάρος τοῦ παντὸς πλήθους ἀποτελοῦσιν, ἀλλ' εἰ ξυνερείδοιεν καὶ πυκνοῖντο, ἐκταράσσουσι μᾶλλον ἵππους.

XVII. Ὁ δὲ ῥόμβος ὧδε ἔχει· ὁ μὲν ἰλάρχης πρῶτος τάττεται, οἱ δ' ἐφ' ἑκάτερα αὐτοῦ ἱππεῖς οὐχ ἐξ ἴσου αὐτῷ στοιχοῦσιν, ἀλλὰ ἐς τοσόνδε ὑποβεβληκότες, ὡς τὰς κεφαλὰς κατὰ τοὺς ὤμους μάλιστα τοῦ ἵππου τετάχθαι, ἐφ' ᾧ ἰλάρχης ἐποχεῖται. (2) Καὶ οὕτω τοὺς ἐφεξῆς στίχους πλατύνοντες ἔστε ἐπὶ τὸ ἥμισυ τοῦ παντὸς, ἐνθένδε αὖ κατὰ ταὐτὰ ἐς στενὸν

Προάγειν δὲ τὰς κύνας τοὐλάχιστον τετράκις (ἐπὶ) τῇ ἡμέρᾳ ἐς ὁμαλὸν χωρίον καὶ καθαρόν· ἐνταῦθα ἀφιέναι τοῦ δεσμοῦ, τῶν τε ἀναγκαίων ἕνεκα, καὶ ἐς τὸ ἀποσκιρτᾶν καὶ διαθεῖν. (2) Εἰ δὲ ἀργοῦσαι ἀπὸ θήρας τύχοιεν, καὶ πλεονάκις ταὐτὸ τοῦτο δρᾶν· καὶ δύο ἐπὶ δυοῖν ἐν τῷ αὐτῷ, ὥστε ἁμιλλωμένας καὶ παιζούσας ὁμοῦ μὲν εὐφραίνεσθαι, ὁμοῦ δὲ γυμνάζεσθαι. (3) Πολλὰς δὲ μὴ λύειν ἐν ταὐτῷ· ἐμπίπτουσαι γὰρ ἀλλήλαις ἔστιν ὅτε μεγάλα κακὰ ἐργάζονται. (4) Ἀλλὰ μηδὲ σκληρὰν κύνα καὶ πεπηγυῖαν ἅμα τῇ σκυλακευομένῃ λυέτω· βαρεῖα γὰρ αὕτη καὶ ἀνιαρὰ συμφέρεσθαι· καὶ διώκουσά τε αἱρεῖ, καὶ ἀποφεύγουσα ἀπολείπει εὐμαρῶς· ὥστε ἀθυμεῖν ἀνάγκη τὸ σκυλάκιον ἐν ἑκατέρῳ μεῖον φερόμενον. (5) Ἀλλὰ μηδὲ ὅσαι

ties, si locum aliquem ingrediaris, ubi multi canes simul quiescunt.

CAP. X.

Frictionem canibus prodesse, et quomodo instilui debeat.

Multum quoque canibus frictio totius corporis prodest, non minus quam equo : utilis est enim ad confirmandos et corroborandos artus ; tum pilum mollem cutemque nitidam reddit, atque omnia ejus vitia expurgat. (2) Perfricandum autem dorsum et lumbi manu dextra, sinistra interim ventri supposita : ne pressus desuper canis labantibus genubus aliquid mali patiatur. (3) Latera autem et clunes utraque manu ad extremos pedes perducendi ; eodem modo et scapulæ. (4) Ubi satis superque perfrictus videbitur, apprehensa cauda tollendus, eaque extensa dimittendus : at ille dimissus concutiet corpus et aperte se ea re delectatum ostendet.

CAP. XI.

Præstare vinctos potius canes esse quam solutos.

Inprimis autem conducit canem generosum interdiu vinctum esse : sin minus, necessum est eos feros indomitosque evadere; et si quando vinculis alligentur, tum ægre ferentes ululant, et numellas corrodunt, adeo ut ferreis vinculis improborum hominum instar coercendi sint. (2) Tum canem solutum omni cibo promiscue vesci necessum est; et diem totum obambulanti currendi vigor perit : sed moderata quidem ambulatio illis permittenda, ut plurimum tamen quiescant.

CAP. XII.

Quoties producendi canes singulis diebus, et quot qualesque simul solvendi.

Singulis autem diebus quater ut minimum in locum planum liberumque producendi sunt; et vinculo exsoluti ibidem dimittendi, quum ad necessitatem naturæ, tum ut saltu cursuque se recreent. (2) Si pigriores post venationem fuerint, sæpius id faciendum; et bini ac bini simul educendi, ut mutuo certamine atque lusu simul sese et oblectent et exerceant. (3) Plures una eademque vice ne solvas; sæpius enim in se invicem irruentes plurimum damni inferunt. (4) Nec robustum et confirmatæ ætatis canem una cum catulo emittas : gravis enim nec sine noxa ejus concursus : nam ubi insequitur, facile præcedentem occupat, et dum fugit, nullo negotio insequentem a tergo relinquit; adeo ut catulo necessario excidat animus, quum utrobique minus valeat. (5) Sed nec infensi sibi invicem

διεχθρεύουσιν ἀλλήλαις, μηδὲ ταύτας λύειν ὁμοῦ, ὡς μὴ λυμαίνοιντο ἀλλήλας· εἰσὶ γάρ τοι κύνες ἐχθραὶ ἀλλήλαις, καὶ ἄλλαι φίλαι, καθάπερ ἄνθρωποι, καὶ μάλιστα δὴ οἵ τε ἄῤῥενες τοῖς ἄῤῥεσι, καὶ αἱ θήλειαι ταῖς θηλείαις, τὸ πολὺ ὑπὸ φθόνου· καὶ οὐδὲ τούτων ἀμελῶς χρὴ ἔχειν.

ΚΕΦ. ΙΓ'.

Περὶ τοῦ, ποσάκις δεῖ ἐν χειμῶνι ἢ θέρει σιτεῖσθαι τὰς κύνας.

Καὶ δὴ χειμῶνος μὲν ὥρᾳ ἅπαξ σιτεῖσθαι τὰς κύνας ὀλίγον πρὸ τῆς ἑσπέρας· ἥ τε γὰρ ἡμέρα βραχεῖα, καὶ χρὴ γεγυμνάσθαι αὐτὰς, ὥστε, εἰ δέοι πόῤῥω τῆς ἡμέρας διαπονεῖσθαι ἐν θήρᾳ, τοῦ λιμοῦ ἀνέχεσθαι. (2) Θέρους δὲ ἀγαθὸν καὶ ἄρτου ὀλίγον δοῦναι ἐμφαγεῖν, ὡς μὴ ἀποκναίεσθαι ὑπὸ μήκους· καὶ γὰρ, εἰ διψήσειαν, ἀλυπότερον ἂν πίνοιεν ἐμφαγοῦσαι. Εἰ δὲ καὶ στέαρ ταριχευόμενον καθείης τῆς κυνὸς, ἀγαθὸν καὶ τοῦτο. (3) Εἰ δὲ μέγα τὸ καῦμα ἐπιφλέγοι, ᾠὸν ἐμβαλόντα εἰς τὴν χεῖρα, καὶ ἀνατείνοντα τῆς κυνὸς τὸ στόμα καθιέναι, ὡς ἀθρόον καταπιεῖν· καὶ τοῦτο σιτίον τε ἱκανὸν ἔσται αὐτῇ, καὶ ἀναψύξει τὸ ἆσθμα, καὶ ἀναπαύσει τὸ δίψος.

ΚΕΦ. ΙΔ'.

Περὶ τοῦ, ποίῳ χρόνῳ ἐξακτέον τὰς κύνας ἐπὶ θήραν.

Ἐξάγειν δὲ ἐπὶ θήραν ἦρος μὲν καὶ φθινοπώρου θαμινά· ἀσφαλέσταται γὰρ αἱ ὧραι αὗται ταῖς κυσίν· (2) θέρους δὲ ὀλιγάκις, καὶ τὸ πολὺ διαλείποντα, εἰ πνῖγος εἴη· οὐ γὰρ ἀνέχονται καύματος αἱ κύνες, ἀλλὰ πολλαὶ ἤδη διώξασαι ἀνὰ κράτος, ἀπεπνίγησαν ὑπὸ τοῦ ἄσθματος. (3) Τούτου δὴ ἕνεκα φέρειν χρὴ ᾠὰ τὸν κυνηγέτην, ὥστε, εἰ ὑπερασθμαίνοι ἡ κύων, καθιέναι ἀθρόα· οὐ γάρ ἐστιν ὅ τι μᾶλλον ἀναψύχει τε αὐταῖς τὸ καῦμα, καὶ τὸ ἆσθμα ἀναπαύει. (4) Εἰ δὲ πίοι ἀθρόον ὑπερασθμαίνουσα, καὶ τοῦτο οὐκ ἀσφαλές. Τούτων δὴ ἕνεκα χρὴ φυλάττεσθαι ἐν καύματι ἐξάγειν. (5) Καὶ χειμῶνος δὲ μὴ ἐξάγειν, εἰ τὸ κρύος τύχοι χαλεπὸν, καὶ πολὺ δὴ μάλιστα, εἰ πεπηγυῖα ἡ γῆ τύχοι· ἀποκαίονται γὰρ ἐν τῷ κρυστάλλῳ αἱ κύνες, καὶ τοὺς ὄνυχάς ἐστιν αἳ ἀπολλύουσι, καὶ τὰ νέρθεν τῶν ποδῶν αὐταῖς ῥήγνυνται. (6) Εἰ δὲ εὐψυχότεραι εἶεν, καὶ θραύοιεν ἂν περὶ τῷ κρυστάλλῳ τὰ ὀστᾶ τῶν ποδῶν, ἀφειδῶς θέουσαι· ὁ δὲ λαγὼς κοῦφός τέ ἐστι, καὶ δασεῖς ἔχει τοὺς πόδας καὶ μαλθακοὺς, ὥστε ἀλύπως θεῖν ἐν τῷ πάγῳ.

simul solvendi, ne malo se vicissim afficiant : nam canes quoque mutuas inimicitias et amicitias exercent, sicuti homines, præsertim masculi cum masculis et feminæ cum feminis; quod invidia plerumque laborent; neque id susque deque habendum.

CAP. XIII.

Quoties hieme vel æstate canibus præbendus sit cibus.

Hiberno tempore semel canibus cibus præbeatur, idque paullo ante vesperam : nam et dies contractior est, et exercitio assuefaciendi sunt, ut si per diem fere integrum venationi foret incumbendum, famem perferre valeant. (2) Æstate præstat iis nonnihil panis præberi, ne diei longitudine segniores fiant; tum si sitiant, minori cum damno post sumptum cibum bibunt : sed et illud bonum est, si adipem sale conditum cani immittas. (3) Verum ubi intensior æstus fuerit, præstat ovum manu capere, et diducto canis rictu ita immittere, ut una vice deglutiat; quod et in victum illi sufficiet et halitum refrigerabit et sitim restinguet.

CAP. XIV.

Quo tempore canes ad venationem educendi.

Ad venationem frequentius producendi sunt vere et autumno : quæ anni tempestates canibus omnium sunt tutissimæ : (2) rarius autem æstate, et satis magno temporis spatio interposito, si æstus fuerit : nam canes nullo modo sunt ferendo calori, sed multi dum intentissimis viribus feram persequuntur, suppressa respiratione suffocantur. (3) Quam ob causam venator ova secum deferat, ut si forte respirandi difficultas cani oboriatur, solida immittat : nihil enim æque nimium æstum in canibus refrigerando exstinguit, et respirandi difficultatem sedat. (4) Neque id periculo caret, si dum respiratio difficilior trahitur, nimis avide bibant. Quapropter cavendum ne nimio calore educantur. (5) Nec hiberno tempore producendi, si frigus vehementius fuerit, multo autem maxime, si terra fuerit congelata : nam membra canibus in glacie aduruntur; nonnullis quoque ungues pereunt, et pedum plantæ læduntur. (6) Quodsi animi vehementiores sint, nimio cursu ipsa quoque pedum ossa glacie vulnerantur; sed lepus et levis est et pedes villosos mollesque habet, ut sine ulla noxa per glaciem currat.

ΚΕΦ. ΙΕ'.

Περὶ διαστήματος, ἀφ' ὅτου δεῖ τῷ λαγῷ ἐπιλύειν τὰς κύνας, καὶ πόσας ταύτας.

Χρὴ δὲ, ὅστις κύνας ἀγαθὰς ἔχει, μήτε ἐγγύθεν ἐπιλύειν τῷ λαγῷ, μήτε πλείους δυοῖν· καὶ γὰρ, εἰ πάνυ ὠκὺς τύχοι καὶ πολλὰς πολλάκις κύνας διαπεφευγὼς, ἀλλά γε ἐξ εὐνῆς ἀνιστάμενον, καὶ ξὺν βοῇ καὶ κυνῶν ἐπικειμένων ἐκπλαγῆναι ἀνάγκη, καὶ πατάσσειν αὐτῷ τὴν καρδίαν. Καὶ ἐν τούτῳ πολλάκις γενναῖοι λαγωοὶ ἀκλεῶς ἀπώλοντο, μηδὲν μήτε δράσαντες μήτε ἐπιδειξάμενοι μνήμης ἄξιον. (2) Ἐᾶν δὲ ὑπεκφυγεῖν ἀπὸ τῆς εὐνῆς, καὶ ἀναθαῤῥῆσαι. Ὁ δὲ, εἰ τύχοι δρομικὸς, ἐπαρεῖ εὐθὺς τὰ ὦτα, καὶ μεγάλα ἀπὸ τῆς εὐνῆς πηδήσεται· οἱ δὲ καὶ διαῤῥίψαντες τὰ μέλη, καθάπερ οἱ σκιρτῶντες, τότε ἀπευθυνοῦσι τὸν δρόμον. Καὶ τότε ἄρα ἐστὶ τὸ θέαμα ἄξιον τῶν πόνων, ὅσους ἐπὶ ταῖς κυσὶ πονεῖν ἀνάγκη.

ΚΕΦ. ΙϚ'.

Περὶ λαγωῶν, καὶ τίς ἡ τούτων ἀρετή.

Κράτιστοι δὲ τῶν λαγωῶν οἱ ἐν τοῖς περιφανέσι καὶ ἀναπεπταμένοις τὰς εὐνὰς ἔχοντες· ὑπὸ θάῤῥους γὰρ οὐκ ἀποκρύπτουσι σφᾶς, ἀλλὰ προκαλοῦνται, ἐμοὶ δοκεῖν, τὰς κύνας. (2) Οἱ δὲ αὐτοὶ οὗτοι, ἐπειδὰν διώκωνται, οὐκ ἐπὶ τὰς νάπας φεύγουσιν, οὐδὲ ἐπὶ τὰ ἄλση, εἰ καὶ πάνυ πλησίον τύχοι ὄντα, ὥστε εὐμαρῶς ἀφελέσθαι αὐτοὺς τοῦ κινδύνου· ἀλλὰ ἐς τὰ πεδία βιάζονται, ἐρίζοντες πρὸς τὰς κύνας, καὶ, εἰ μὲν βραδεῖαι κύνες ἕποιντο αὐτοῖς, τοσοῦτον ὅσον διώκονται, θέουσιν· εἰ δὲ ὠκεῖαι, ὅση δύναμις. (3) Πολλάκις δὲ ἤδη ἐς τὰ πεδία ἐκτραπέντες, εἰ αἴσθοιντο ἐφομαρτοῦσαν κύνα ἀγαθὴν, ὡς ἐπισκιάζεσθαι ὑπ' αὐτῆς, θαμινὰ ἐν τοῖς ἐξελιγμοῖς διαῤῥίψαντες αὐτὴν, οἵδε τρέπονται αὖ ἐπὶ τὰς νάπας, ἢ εἴ που κατάδυσιν γιγνώσκοιεν. (4) Καὶ τοῦτο τεκμήριον ποιητέον, ὅτι ἐκράτησεν ἡ κύων τοῦ λαγῶ· οὐ γάρ τοι ἐπὶ τῷ ἁλῶναι τὸ θηρίον ἐξάγουσι τὰς κύνας, ἀλλὰ ἐς ἀγῶνα δρόμου καὶ ἅμιλλαν οἵ γε τῇ ἀληθείᾳ κυνηγετικοί· καὶ ἀγαπῶσιν εἰ ἐπιτύχοι ὁ λαγὼς τοῦ διασώσοντος. (5) Καὶ καταφυγόντα ἐς ἀκάνθας ἔστιν ὅτε ὀλίγας οἵδε καὶ ἰδόντες ἐπτηχότα καὶ ἀπαγορεύοντα, ἀνακαλοῦσι τὰς κύνας· μάλιστα δὴ, εἰ καλῶς διαγωνίσαιντο· ὥστε πολλάκις ἤδη ἔγωγε ἐφ' ἵππου ἐφομαρτῶν τῷ δρόμῳ, καὶ ἁλόντα ἐπελθὼν ζῶντα ἀφειλόμην· καὶ ἀφελόμενος καὶ δήσας τὴν κύνα, ἀφῆκα διαφυγεῖν τὸν λαγών· καὶ εἰ ὕστερος ἀφικόμην, ἢ ὥστε διασῶσαι, ἔπαισα τὴν κεφαλὴν, ὅτι ἀνταγωνιστὴν ἄρα ἀγαθὸν ἀπώλεσαν αἱ κύνες. (6) Καὶ τούτου μόνου ἕνεκα οὐ ξύμφημι τῷ ἐμαυτοῦ ὁμωνύμῳ, ἀλλὰ εὑρισκόμενον μὲν ὅστις ἴδοι τὸ θηρίον καὶ διωκόμενον καὶ μεταθεόμενον, ξυγχωρῶ, διότι ἐπιλάθοιτο ἂν εἴ του ἐρῴη· ἁλισκόμενον δὲ ἰδεῖν, οὔτε ἡδὺ τὸ θέαμα ἀπο-

CAP. XV.

Ex quo intervallo et quot canes simul in leporem immittendi.

Sed quicumque canes egregios habuerit, ne de proximo eos in leporem immittat, neu plures quam duos: nam etiamsi velocissimus sit et multos sæpenumero canes effugerit, nihilominus ubi cum clamore e cubili excitatur, canesque de proximo imminent, exterreri eum necesse est et cum metu percelli: atque in hujusmodi tumultu haud raro generosi lepores sine ullo memorabili facinore inglorii pereunt. (2) Quare permittendum est ut profugiat e cubili et animum recolligat. Ibi ille, si cursu valeat, statim arrigit aures, et magnis passibus sese e cubili proripit: nonnulli etiam magna membrorum volubilitate exsiliunt, quasi saltabundi, et deinde recto et intento cursu pergunt: ibi demum spectaculum dignum tantis laboribus, qui canibus impendendi sunt, exhibetur.

CAP. XVI.

De leporibus eorumque præstantia.

Præstantissimi autem lepores sunt ii, qui in apertis ac patentibus locis cubilia sua habent: nam præ virium fiducia semetipsos non abscondunt, sed, ut mihi videtur, provocant canes. (2) Atque hi, ubi canes persequendo instant, non ad saltus silvasque confugiunt, etiamsi in proximo sint, ut nullo negotio se periculo subducere queant; sed vi summa per camporum planitiem cursum intendunt, contendentes cum canibus, et si quidem canes tardiores insequantur, tantum currunt, quantum premuntur: sin velociores instent, fugiunt quantum possunt. (3) Sæpenumero ubi in apertos campos excurrunt, quum canem insequentem cursu prævalere vident, adeo ut umbra ejus jam tegantur, frequentibus conversionibus gyrisque illum eludunt, et cursum iterum ad saltus convertunt, vel si qua forte latibulum aliquod noverint. (4) Atque ex hoc argumento colligendum est canem lepori prævaluisse: nam veri venatores non eo fine canes educunt, ut feram capiant, sed ut cursu cum ea contendant: quin imo gaudent, si quod perfugium lepori obtingat. (5) Et ubi eum ad rubetum aliquod satis rarum et tenue confugisse ibique delitescere et certamen jam detrectare vident, revocant canes, præsertim si egregie certaverint: adeo quidem ut ego ipse eques non semel currentes assecutus, et capto superveniens, vivum leporem subtraxerim, et retracto ligatoque cane effugere illum siverim; et si accederem tardius, quam ut servari jam amplius posset, percussi caput, quod tam egregium et gnavum adversarium interemissent. (6) Et hac una in re nequaquam cognomini Xenophonti (5, 33) assentior: sed id quidem concedo, quisquis hoc animal videat, dum invenitur et cursu a persequentibus premitur, eum cujusvis rei caræ posse oblivisci: ubi autem capitur, id ego spectaculum nec visu jucundum nec admiratione di-

φαίνω οὔτε ἐκπληκτικὸν, ἀλλ' ἀνιαρὸν μᾶλλον, καὶ οὐκ ἂν ἐπί γε τούτῳ ἐπιλαθέσθαι ἄν τινα, εἴ του ἐρῴη. (7) Ἀλλ' ἐκείνῳ γε τῷ Ξενοφῶντι, οὐκ ἐγνωκότι ὠκείας κύνας, συγγνωστὸν εἰ καὶ ἁλισκόμενος λαγὼς μέγα θέαμα ἐφαίνετο. (8) Ἐφομαρτοῦντα δὲ τῷ δρόμῳ ἐπικλάζειν, εἰ καὶ μὴ παρακελευσαίμην, οἶδα ὅτι πολλὴ ἀνάγκη· ὥστε καὶ ἄναυδόν τινα [ἂν] ῥῆξαι φωνὴν οὐ μεῖον, ἢ, ὡς λόγος, τὸν Κροίσου υἱέα.

gnum esse affirmo, quin potius ingratum, neque tanti, ut cujuscunque tandem rei caræ oblivionem inducat. (7) Verum Xenophonti, qui veloces canes prorsus ignoraverit, ignoscendum si ipsam leporis capturam spectaculum egregium esse duxerit. (8) Id vero maxime necessarium esse scio, ut is qui cursu insequitur, etiam me non cohortante, clamorem edat, adeo ut vel mutus aliquis non secus in vocem prorumperet, quam Crœsi filium fecisse ferunt.

ΚΕΦ. ΙΖ'.

Ὅτι τὸ ἀνακαλεῖν ἐν ταῖς θήραις τὰς κύνας, ἀγαθὸν ταύταις.

Καὶ τὴν κύνα δὲ ἀνακαλεῖν ἀγαθόν· χαίρουσι γὰρ τὴν φωνὴν τοῦ δεσπότου γνωρίζουσαι, καὶ παραμυθίαν ἴσχουσι τῶν πόνων τὸ γιγνώσκειν ὅτι θεατὴς αὐταῖς πάρεστι, καὶ ὅτι οὐ λανθάνουσιν ἀγωνιζόμεναι καλῶς. (2) Καὶ δὴ τὸ ἐν πρώτῳ μὲν δρόμῳ, ὁσάκις φίλον, ἀνακαλεῖν οὐ κωλύω· ἐν δευτέρῳ δὲ ἢ τρίτῳ, ὁπότε εἰκὸς διαπεπονῆσθαι τὴν κύνα, κωλῦσαι ἂν μοι δοκῶ θαμινὰ ἀνακαλεῖν αὐτὴν ὀνομαστὶ, μή ποτε ἄρα ὑπὸ μένους καὶ προθυμίας, χαρίζεσθαι τῷ δεσπότῃ θέλουσα, ἐπὶ τὰ παρὰ δύναμιν ἐνταθεῖσα ῥήξειέ τι τῶν ἐντός· πολλαὶ γὰρ ἤδη οὕτω γε κύνες καὶ αἱ γενναιόταται διαφθείρονται· (3) ἀλλὰ τηνικαῦτα ἀφιέναι διαγωνίζεσθαι, ὅπως ἐθέλουσιν· οὐ γάρ τοι οὐδ' ἴσος ὁ ἀγὼν λαγωῷ καὶ κυνί· ἀλλ' ὁ μὲν, ὅποι βούλεται, θεῖ, ἡ δὲ ἄλλῳ ἐφομαρτεῖ· καὶ ὁ μὲν ἐξελίξας τὸν δρόμον καὶ διαῤῥίψας τὴν κύνα ἵεται τοῦ πρόσω, ἡ δὲ, εἰ διαῤῥιφθείη, πλάζεται· καὶ ἀνάγκη φθάσαντα αὖ μεταθεῖν καὶ ἀναλαβεῖν, ὅσον ἐξηνέχθη τοῦ δρόμου. (4) Καὶ αἱ δυσχωρίαι πρὸς τοῦ λαγῶ μᾶλλόν τί εἰσιν ἢ τῆς κυνὸς, οἷα τὰ τραχέα καὶ οἱ φελλεῶνες καὶ τὰ σιμὰ καὶ τὰ ἀνώμαλα· ὅτι καὶ κοῦφός τέ ἐστι, καὶ οἱ πόδες αὐτῷ ὑπὸ δασύτητος οὐ ῥήγνυνται ἐν τοῖς τραχέσι, καὶ τὸ περὶ ψυχῆς δὲ θεῖν ἀφαιρεῖται τὴν αἴσθησιν τῶν δυσκόλων.

CAP. XVII.

Conducere canibus, ut inter venandum inclamando excitentur.

Expedit etiam canem subinde nomine inclamare; gaudent enim ubi domini vocem agnoscunt, atque id laboris solatium habent, ubi norunt spectatorem sibi adesse, ac conspici se dum strenue gnaviterque certamen cernunt. (2) Nec improbo quin in primo cursu quotiescumque placuerit, voce incites; sed in secundo aut tertio canem jam labore exhaustum eo minus frequenter suo nomine inclamitandum existimo, ne dum animi ardore et propensa domino obsequendi voluntate nimium vires intendit, ramices rumpat; quod multis jam et generosissimis canibus exitio fuit : (3) sed permittendum, tum ut pro suo libito laboret : neque enim æquale certamen est lepori et cani; nam ille quocumque velit cursum dirigit; hic vero aliena vestigia insequitur : ille cursum varians et canem eludens præcedit; hic variato cursu decipitur; et tantum rursus prævertat, reprehendatque necessum est, quantum cursu exerrarat. (4) Ad hæc locorum difficultates multo magis lepori prosunt quam cani : tesqua, inquam, aspera et salebrosa, tum clivosa et iniqua loca, quum et levior sit, nec pedes ob villorum densitatem locorum asperitie lædantur, illud vero omnem ei difficultatum sensum tollat, quod de vita servanda cursu contendit.

ΚΕΦ. ΙΗ'.

Ὅτι δεῖ τὴν κύνα καλῶς ἠγωνισμένην καταψῶντα ἐπευφημεῖν.

Ἔχουσαν δὲ τὴν κύνα ἢ καὶ ἄλλως κρατήσασαν τῷ δρόμῳ, καταπηδήσαντα ἀπὸ τοῦ ἵππου καταψᾶν χρὴ ἐπευφημοῦντα, καὶ τὴν κεφαλὴν φιλεῖν, καὶ τὰ ὦτα ἀποτείνειν, καὶ ὀνομαστὶ ἐπιλέγειν, εὖγε ὦ Κιῤῥά, εὖγε ὦ Βόννα, καλῶς γε ὦ Ὁρμή, καὶ, ὅ τι περ ἄλλο ἑκάστῃ ὄνομα, αὖ τοῦτο ἀνακαλοῦντα· χαίρουσι γὰρ ἐπαινούμεναι, καθάπερ τῶν ἀνθρώπων οἱ γενναῖοι. (2) Ἡ δὲ, εἰ μὴ τύχοι ἀπηγορευκυῖα, πρόσεισιν ἐπιμειδιῶσα καὶ φιλοφρονουμένη. Ἀγαθὸν δὲ ἐπὶ τούτῳ καὶ καλινδεῖσθαι τὴν κύνα, καθάπερ τοὺς ἵππους ὁρῶμεν· δῆλον γὰρ ὅτι μὴ ἀπηγόρευσεν ὑπὸ τοῦ δρόμου, καὶ ἅμα τὸν κάματον παύει αὐτῶν.

CAP. XVIII.

Canem certamine bene peracto, manu verbisque blandioribus demulcendum.

Si canis præda potiatur vel alia ratione cursu prævaluerit, oportet ut ab equo descendens manu eum permulceas verbisque blandiaris, caput deosculeris auresque diducas et proprio nomine appelles : Recte o Cirra ! recte o Bonna ! pulchre o Horme ! atque ita suo quemque nomine : nam hominum generosorum instar laudibus delectantur. (2) Ille vero nisi forte nimis defatigatus sit, adulando atque adblandiendo accedit. Sed bonum est canem sese humi tum volutare, sicuti equos facere videmus : ita enim nec cursu eum defecisse apparet, eademque opera fessas vires instaurat.

ΚΕΦ. ΙΘ′.

[Πῶς Κελτοὶ θηρῶσι, καὶ πότε.]

Θηρῶσι δὲ Κελτοὶ, ὅσοι μὲν πλουτοῦσιν αὐτῶν καὶ τρυφῶσιν· ἕωθεν ἐκπέμπουσιν ἐς τὰ χωρία τὰ ὕποπτα τοὺς κατοπτεύσοντας, ὅπου τυγχάνει ἀναπαυόμενος λαγώς· καὶ ἔστιν ὁ ἀγγέλλων, εἰ τύχοι ὀφθεὶς, ἢ ὁπόσοι ἂν τύχωσιν. (2) Ἔπειτα ἀφικόμενοι μεθιᾶσι τὰς κύνας, ἐξεγείραντες τὸ θηρίον· αὐτοὶ δὲ ἐφ' ἵππων ἕπονται.

ΚΕΦ. Κ′.

[Ὅπως εἰς κυνηγέσιον ἐξιέναι χρὴ τοὺς μὴ τὸ θήραμα οὗ ἐστιν ἐγνωκότας.]

Ὅσοις δὲ οὐκ εἰσὶν οἱ κατοπτεύσοντες, οἱ μὲν αὐτῶν πλείονας συνθήρους συνάγοντες ἐξίασιν ἐφ' ἵππων, καὶ τὰ ὕποπτα ἐπερχόμενοι, ὅπου ἂν τύχῃ ἐξεγερθεὶς λαγὼς, μεθιᾶσι τὰς κύνας· ὅσοι δὲ ἔτι μᾶλλον αὐτουργοί εἰσι κυνηγεσίων, πεζοὶ ἐξίασιν· εἷς δέ τις αὐτοῖς ἐφ' ἵππου ἐφομαρτεῖ, καὶ οὗτος διώκειν τέτακται ἅμα ταῖς κυσίν. (2) Ἐκπεριιᾶσι δὲ ἐπὶ μετώπου ταχθέντες· ἔπειτα ἐπ' εὐθείας προελθόντες, ὅσον ξύμμετρον διανύσαι, ἐπιστρέψαντες· αὖ ἅμα κάμπτουσι παρὰ τὰ αὐτὰ διὰ τῶν αὐτῶν, μηδὲν εἰς δύναμιν παραλείποντες τῶν ὑπόπτων. (3) Χρὴ δὲ, εἰ πλείους κύνας ἐπάγοιντο, μὴ εἰκῆ τεταγμένας ἰέναι· εἰ γάρ τοι ἐξεγερθείη τῆς εὐνῆς λαγὼς, οὐκ ἔστιν ὅστις ἀπόσχοιτο μὴ οὐκ ἐφεῖναι τὴν ἑαυτοῦ κύνα· ὁ μὲν ἐπιθυμίᾳ τοῦ θέουσαν ἰδεῖν τὴν αὑτοῦ ἕκαστος, ὁ δέ τις ἐκπλαγεὶς πρὸς τὴν βοὴν καὶ ἔκφρων γενόμενος· ἁλίσκοιτό τε ἄνευ ἀγῶνος ὁ λαγὼς ὑπὸ θορύβου τῶν κυνῶν, καὶ τοῦ θεάματος ὅ τι περ ὄφελος ἀπολλύοιτο. (4) Ἀλλ' ἄρχοντα χρὴ ἐπιτετάχθαι τῇ θήρᾳ, καὶ οὗτος συνδυαζέτω τὰς κύνας, καὶ ταττέτω, ὡς, εἰ ταύτῃ πηδήσειε, σὺ καὶ σὺ ἐπιλύειν· ἄλλος δὲ μὴ λυέτω· εἰ δὲ ταύτῃ, αὖ σὺ καὶ σύ· οἱ δὲ ἐμπεδούντων τὸ ταχθέν.

ΚΕΦ. ΚΑ.

[Περὶ τοῦ, πῶς θηρῶσι Κελτοί.]

Θηρῶσι δὲ Κελτοὶ καὶ ἀναμιγνύοντες τοῖς ἰχνευταῖς κυσὶ τὰς ὠκείας· καὶ οἱ μὲν μαστεύουσιν, αὐτοὶ δὲ διίστανται, μετὰ χεῖρας ἄγοντες τὰς κύνας τὰς ἀγαθὰς, οὗπερ μάλιστα εἰκὸς τὸν λαγὼ ἀπευθῦναι τὸν δρόμον, ὥστε ἐφιέναι τῶν κυνῶν, ὅπως ἄν τοι προχωρῇ. (2) Καὶ εἰσὶν αἱ κύνες αὗται, ὅ τι περ αἱ ἄρκυς Ξενοφῶντι ἐκείνῳ· ἀλλ' ἄτακτοί γε οὕτως γίγνονται οἱ δρόμοι· καὶ ὁ λαγὼς, εἰ καὶ πάνυ ἀγαθὸς ὢν τύχοι, τὸ πολὺ ὑπὸ τῆς κλαγγῆς τῶν κυνῶν ἐκπλήττεται, καὶ, εἰ μὴ πρὸ πολλοῦ τύχοι προπηδήσας, ὡς καταστῆσαι αὐτῷ τὴν γνώμην, ἁλίσκεται εὐμαρῶς, ἔκφρων γενόμενος. (3) Χρὴ οὖν ὅστις ἐπιλύσαι κύνα ἀγαθὸς, μὴ ἐφιέναι τι

CAP. XIX.

[Quomodo et quo tempore Galli venentur.]

Gallorum opulentissimi quique et voluptatum harum studiosi ita venantur : emittunt primo mane ad loca suspecta qui explorent, ubi lepus delitescat : inde aliquis nuntiat, si forte lepus conspectus fuerit, et quot numero fuerint. (2) Deinde ipsi eo progressi excitant feram et canes in eam immittunt : quos ipsi in equis sequuntur.

CAP. XX.

[Quomodo ii venatum prodire debeant, qui nesciunt quo loco præda commoretur.]

At quibus exploratores desunt, ii plures simul congregati in equis prodeunt : atque ubi loca suspecta peragrant, simul atque lepus excitatur, ibi canes immittunt : sed qui magis etiam venationis studio incumbunt, illi pedites exeunt, uno equite comitante, cui simul cum canibus feræ insequendæ negotium datur. (2) Circumeunt autem fronte sibi invicem obversi : deinde recta ad justum aliquod spatium progressi rursus per eadem loca eodemque tramite iter flectunt, nullum suspectum locum, quoad fieri potest, inexcussum relinquentes. (3) Quodsi plures canes eduxerint, non incedant promiscue; nam ubi lepus ex latebris excitatur, nemo est qui non suum canem emittere gestiat, dum vel suum quisque currentem videre cupit, vel clamore perturbatus sui non satis est compos : atque ita lepus absque ullo certamine solo canum tumultu capitur, et spectaculum, maximum operæ pretium, perit. (4) Sed unus aliquis venationi princeps præficiendus, qui canes binos et binos conjungat, imperetque : Si hac lepus se proripiat, tu et ille canes immittite; ceteri ne solvant : quodsi illac, tu et iste. At illi jussis obtemperent.

CAP. XXI.

[Quomodo Galli venentur.]

Ceterum Galli dum venantur, canes sagaces velocibus permiscent : et illi quidem pervestigant; ipsi vero aliquantum remoti canes cursu præstantes manu ducunt, quo potissimum lepus cursus directurus videtur, ut canes ad eum prævertendum immittant. (2) Idemque canes isti præstant quod Xenophonti retia : sed hac ratione cursus admodum sunt confusi, et lepus quamvis præstantissimus ut plurimum canum clangore percellitur; et nisi longo intervallo præverterit, ut recolligat animum, nullo negotio ita sui parum compos capitur. (3) Quicumque igitur recte voluerit canem exsolvere, non immittat eum lepori perturbato, sed per-

θορυβουμένῳ, ἀλλὰ ἐάσαντα ἐξελιχθῆναι τοὺς ἑλιγμοὺς τοὺς πρώτους, οὕτω μεθεῖναι τὴν κύνα, εἰ μὴ διαφθεῖραι θέλει τὴν θέαν.

ΚΕΦ. ΚΒʹ.

Ὅτι οὐ χρὴ ἐπιλύειν κύνας νεογνῷ θηράματι.

Νεογνῷ δὲ ἐπιλύειν μὴ θέμις ἔστω· ἀλλὰ χρὴ πειθομένους τῷ ἐμῷ ὁμωνύμῳ ἀφιέναι τούτους τῇ θεῷ. (2) Ὥστε καὶ τὰς ἰχνευούσας, εἰ οἷόντε, πειρατέον ἀνακαλεῖν· χακαὶ δὲ ἀνακληθῆναι αὗται, καὶ δυσπειθεῖς ὑπὸ λιμοῦ, δειναὶ δὲ καὶ καταφαγεῖν τὸν ἁλόντα παντελῶς· ὥστε μόλις ἂν ξύλῳ παίων ἀπαλλάξειας αὐτάς.

ΚΕΦ. ΚΓʹ.

Πῶς θηρατέον ἐλάφους, ἢ ἄλλο τι μέγιστον.

Χρὴ δὲ ἔλαφον, ἤ τι ἄλλο ἐς μέγεθος πρὸς τοσόνδε, τόνδε τὸν τρόπον θηρᾶν, ἐφιέντα τὰς κύνας τὰς γενναίας· μέγα τε γὰρ τὸ θηρίον, καὶ θεῖ ἐπὶ πολὺ, καὶ διαγωνίσασθαι οὐκ ἀσφαλές· καὶ ὁ κίνδυνος οὐ σμικρὸς, κύνα ἀγαθὴν ἐλάφου ἕνεκα διαφθαρῆναι. (2) Ἀλλὰ τὰς ἐλάφους, ἔνθα τὰ πεδία εὐήλατα, ἐν μὲν Μυσοῖς καὶ ἐν Γέταις καὶ ἐν Σκυθίᾳ καὶ ἀνὰ τὴν Ἰλλυρίδα, ἀφ' ἵππων τῶν Σκυθικῶν καὶ Ἰλλυριῶν διώκουσιν· αὐτοὶ γὰρ ἐλαύνεσθαι μὲν τὰ πρῶτα οὐκ ἀγαθοί· ἀλλὰ κἂν πάνυ καταφρονήσειας ἰδὼν παραβάλλοντας ἵππῳ Θετταλῷ ἢ Σικελῷ ἢ Πελοποννησίῳ· διαπονούμενοι δὲ ἐπίπαν ἀντέχουσι. (3) Καὶ τότε ἂν ἴδοις τὸν μὲν ὠκὺν ἐκεῖνον ἵππον καὶ μέγαν καὶ σοβαρὸν ἀπαγορεύοντα, τὸν δὲ λεπτὸν καὶ ψωραλέον πρῶτα μὲν παραμείβοντα, ἔπειτα ἀπολείποντα, ἔπειτα ἀπελαύνοντα τὸ θηρίον. (4) Ὁ δὲ ἐς τοσοῦτον ἄρα ἀντέχει, ὥστε ἀπαγορεῦσαι τὴν ἔλαφον, ἀπαγορεύσασα δὲ καὶ χανοῦσα ὑπὸ ἀπορίας ἵσταται· καὶ ἔξεστιν ἤδη, εἰ μὲν βούλοιο, ἀκοντίσαι ἐγγύθεν ὡς πεπεδημένην· εἰ δὲ ἐθέλοις, καὶ ζώσῃ βρόχον περιβαλόντα ἄγειν.

ΚΕΦ. ΚΔʹ.

Ὅπως Λίβυες μεθ' ἵππων αἱροῦσι μεγάλα θηράματα.

Ἐν δὲ Λιβύῃ ἀφ' ἵππων Λιβυκῶν, οἳ δὴ Νομάδες καλοῦνται, οἵ τε ἄνδρες αὐτοὶ καὶ οἱ ἵπποι ἀπὸ τούτων τῶν ἵππων μὴ ὅτι ἐλάφους αἱροῦσιν ἢ δορκάδας (ταῦτα μὲν γὰρ οὐδὲ διὰ πολλοῦ ἀγῶνος, οὐδὲ ἀγαθοὶ ἵπποι δοκοῦσιν οἱ τοιοῦτόν τι ἑλόντες), ἀλλὰ καὶ τοὺς ὄνους τοὺς ἀγρίους, οἳ δὴ ὠκύτητι διαφέροντές εἰσι, καὶ τῷ ἐπὶ μήκιστον ἀντέχειν θέοντες. (2) Ὁπότε γοῦν ἐπὶ μέγαν βασιλέα ἤλαυνον οἱ ἅμα Κύρῳ τῷ Δαρείου Ἕλληνες, οἷς καὶ Ξενοφῶν συνεστράτευσε, λέγει Ξενοφῶν,

mittat ut primos gyros explicet, et tunc canes immittat; nisi spectaculum corrumpere velit.

CAP. XXII.

Canes in tenellæ ætatis prædam non immittendos.

Verum ne fas esto canes immittere in tenellæ ætatis prædam, quæ ex consilio cognominis mihi auctoris in gratiam Dianæ dimittenda. (2) Adeoque ipsi canes sagaces, si fieri potest, revocentur : quamvis difficiles sint revocatu ob famem qua impelluntur : quin imo prædam integram tanta aviditate devorant, ut vix fustibus cæsos abstrahas.

CAP. XXIII.

Quomodo cervos aliasque permagnas feras venari oporteat.]

At cervum similisve magnitudinis feram hoc modo venari oportet canibus immissis generosissimis : nam fera magna est et diu multumque currit, nec satis tuto certamine petitur; et haud leve periculum est ne egregius canis cervi causa pereat. (2) Sed in campestribus locis apud Mysos et Getas, tum in Scythia et Illyria, Scythicis et Illyricis equis cervos insequuntur. Equi enim illi principio quidem haud ita facile ad cursum concitantur : quos licet primo aspectu contemnas, si cum Thessalo aut Siculo aut Peloponnesio equo compares; resistunt tamen quibusvis laboribus. (3) Atque tum mihi celerem aliquem et magnum equum, qui maximo impetu primum ferebatur, deficere videbis : tenuem vero et strigosum principio quidem videas alterum antevertere, mox longe a tergo relinquere, tandem feram ipsam assequi : (4) qui usque adeo laborem sustinet, donec cervus deficiat; ille autem cursum remittens, et ore hiante præ languore spiritum trahens tandem restat : ut vel de proximo, si velis, sagitta conficere queas veluti pedibus irretitum; vel vivum etiam, si id malis, injecto laqueo abducas.

CAP. XXIV.

Quomodo Afri equites majores feras capiant.

Ceterum in Africa equorum genus est, quos Numidas vocant, quod nomen ipsi quoque homines obtinent. Hi in equis hisce non cervos modo vel capreolos (eos enim absque magno labore capiunt, nec præstantes equi habentur, qui hujuscemodi animalia prehendunt), sed asinos quoque silvestres capiunt, qui et velocitate pollent summa, et currendi laborem diutissime ferunt. (2) Quum enim Græci, qui Cyrum Darii filium sequebantur, adversus Magnum regem proficiscerentur, cum quibus et Xenophon militabat,

οὗ τὰ πεδία τὰ Ἀραβίων ἐξήνυον, ἀγέλας προφαίνεσθαι τῶν ὄνων τῶν ἀγρίων, καὶ ὑπὸ ἑνὸς μὲν ἱππέων μήποτε ἁλῶναι ὄνον ἄγριον· διισταμένους δὲ ἄλλους ἐπ' ἄλλοις ἐλαύνειν· τοὺς δὲ πολλοῖς ἀντίσχοντας τελευτῶντας ἤδη ἀπαγορεύειν ὑπὸ καμάτου· οὕτως ἄρα καὶ Κύρῳ τῷ μεγάλου μὲν βασιλέως παιδὶ, μεγάλου δὲ βασιλέως ἀδελφῷ, οὐχ ἀγαθοὶ διώκειν ἵπποι ἦσαν. (3) Λιβύων δὲ παῖδες, ὀκταετεῖς εἰσιν οἱ μὲν αὐτῶν, οἱ δὲ οὐ πολλῷ πρεσβύτεροι, ἐπὶ γυμνῶν τῶν ἵππων ἐλαύνουσι, ῥάβδῳ χρώμενοι ἐπ' αὐτοῖς, ὅσα Ἕλληνες χαλινῷ, καὶ ἐς τοσοῦτον ἄρα ἐφομαρτοῦσι τοῖς ὄνοις τοῖς ἀγρίοις, ὥστε τελευτῶντες βρόχον περιβάλλοντες τῷ θηρίῳ ἄγουσιν αὐτόν· ὁ δὲ ἕπεται ἡττημένος. (4) Οὕτω τοι θηρῶσιν, ὅσοις κύνες τε ἀγαθαὶ καὶ ἵπποι, οὐ πάγαις, οὐδὲ ἄρκυσιν, οὐδὲ βρόχοις, οὐδὲ ἁπλῶς δόλοις καὶ σοφίσμασιν ἐξαπατῶντες τὰ θηρία, ἀλλὰ ἐκ τοῦ εὐθέος διαγωνιζόμενοι. (5) Καὶ ἔστι τὰ θεάματα, ἐμοὶ δοκεῖν, οὐδέν τι ἐκείνοις παραπλήσια· ἀλλὰ τὰ μὲν λῃστείᾳ ἢ κλοπῇ ἔοικε, τὰ δὲ πολέμῳ τῷ ἀνὰ κράτος διαπολεμουμένῳ· καὶ οἱ μὲν ὡς πειραταὶ λάθρᾳ ἐπιπλέοντες προσφέρονται πρὸς τὰ θηρία· οἱ δὲ, καθάπερ Ἀθηναῖοι Μήδων ἐκράτησαν ναυμαχίᾳ περὶ Ἀρτεμίσιον ἢ περὶ Σαλαμῖνα καὶ Ψυτταλίαν, ἢ αὖθις περὶ Κύπρον, οὕτω δὲ καὶ οὗτοι τῶν θηρίων ἐκ τοῦ ἐμφανοῦς κρατοῦσιν.

refert idem Xenophon (*Anab.* 1, 5, 2), dum Arabiæ planitiem transirent, apparuisse greges asinorum silvestrium, neque ullum ex iis ab uno equite solo capi potuisse: verum dispositos ex intervallo equites eos excepisse invicem. Asinos autem quum multis diu restitissent, tandem nimio cursu defatigatos succubuisse: adeo scilicet nec ipse Cyrus Magni regis filius et Magni regis frater equos habuit, qui eos insequi valerent. (3) Sed Afrorum pueri quandoque octennes, quandoque paullo majores natu equis non stratis, quos virga non secus ut Græci freno regunt, asinos illos silvestres venantur, atque adeo fuga premunt, ut tandem injecto laqueo feram abducant: quæ victa ductorem sequitur. (4) Atque ita quidem ii venantur, quibus canes et equi boni sunt, ut nec reti nec plagis nec laqueis neque ullis aliis dolis fraudibusque feras decipiant, sed directo certamine adversus eas contendant. (5) Neque ista spectacula mea quidem sententia cum hisce ullo modo comparari possunt: nam illa latrocinio vel furto, hæc bello virium robore depugnato similia videntur; atque illi quidem ut piratæ clanculum adnavigantes feras adoriuntur: hi vero quemadmodum Athenienses Medos pugna navali ad Artemisium vel Salaminem vel Psyttaliam ac deinde rursus ad Cyprum superarunt; sic et ipsi feras aperto Marte vincunt.

ΚΕΦ. ΚΕ'.

Περὶ τοῦ, ἀφ' οἵας ἡλικίας δεῖ ἐξάγειν εἰς θήραν τὰς θηλείας κύνας.

(Κυνὸς ἡλικία ἐς τὸ θεῖν·) Θήλειαν μὲν μετὰ μῆνα ἑνδέκατον ἐξάγειν ἐπὶ θήραν· πρόσθεν δὲ ἔτι ἀπὸ δεκάτου μηνὸς, εἰ εὐπαγὴς τύχοι καὶ μὴ ὑγρομελὴς, λαγὼ ἀπὸ χειρὸς ἀφιέναι ἐν χωρίῳ περιφανεῖ, καὶ τὴν μὲν ἐγγύθεν ἐφιέναι τῷ λαγῷ, ὥστε τήν τε ὄψιν αὐτὴν ἐμπίπλασθαι, καὶ ἐγγὺς ὁρῶσαν μετ' ἐλπίδος ἀγαθῆς πονεῖν. (2) Κύνα δὲ ἄλλην γενναίαν ἐφιέναι ὕστερον, ὡς μὴ ἐπὶ πολὺ κακοπαθῆσαι τὴν σκύλακα, μηδὲ ἀπαγορεῦσαι ὑπὸ καμάτου· ἡ δὲ θαμινὰ καὶ εὐμαρῶς ἐξελίσσουσα τὸν λαγὼ παραδώσει τῇ σκύλακι· ἑλοῦσαν δὲ ἐᾶν σπαράξαι τοῖς ὀδοῦσιν, ἔστε κατακανεῖν. (3) Ἐπειδὰν δὲ ἐξάγεσθαι ἤδη ὥραν ἔχῃ, πρῶτα μὲν τὰς ὁδοὺς βαδίζειν, ὅσαι τραχεῖαι αὐτῶν· ἀγαθὸν γὰρ τὸ μελέτημα ἐς τὸ πῆξαι τοὺς πόδας ταῖς κυσίν. (4) Ἔπειτα ἵστασθαι τὸν ἔχοντα αὐτὰς ἐν χωρίῳ περιφανεῖ καὶ ὑπερδεξίῳ, καὶ φθάσαντι μὲν τῷ λαγῷ καὶ προλαβόντι οὐχ ὁρῶσαν μὴ ἐφιέναι· τοῦτο γάρ τοι περὶ τῶν εἰς ἰχνείαν ἀσκουμένων κυνῶν παραινεῖ ὁ Ξενοφῶν ἐκεῖνος. (5) Κύνα δὲ ὠκεῖαν εἰ μὴ ὁρῶσαν ἐπιλύσειας, πλάζεται καὶ σκιρτᾷ καὶ ἔκφρων γίγνεται καὶ ἀνασοβεῖται. (6) Καὶ τοίνυν εἴ ποτε διαφύγοι αὐτὴν τελεωθεῖσαν ἤδη ὁ λαγὼς, οὐκ ἀτρέμα ἔχει ἑαυτὴν, οὐδὲ ἐπὶ τὸν κυναγωγὸν ἐπάνεισιν, οὐδὲ ἀνακαλοῦντος ὑπακούει, ἀλλ' ὑπὸ μελέτης τοῦ θεῖν ἐπὶ μηδενὶ εἰκῇ πλά-

CAP. XXV.

Qua ætate canes feminæ venatum educendæ.

Justa canis ætas ad cursum ea est, ut femina quidem post undecimum mensem ad venandum producatur. Sed jam antea a decimo ætatis mense, si corpore sit bene compacto, nec membris nimium teneris, lepus in loco aperto manu dimittatur, et ipsa de proximo immittatur lepori, ut et visum ipsum pascat, et leporem vicinum conspiciens spe bona laborem perferat. (2) Mox vero alius præstantior canis immittendus est, ne catulus nimio affligatur labore, vel fessus deficiat: sed alter ille leporem crebro et facili cursu assecutus catulo tradet: quem quum ceperit, permittendum est ut dentibus discerptum interficiat. (3) Verum quum educendi tempus aderit, primum per vias asperas decurrat: conducit enim hoc exercitium, ut canibus pedes firmi solidique fiant. (4) Deinde is qui canem ducit, in aperto et eminentiore loco consistat, nec immittat lepori longiori intervallo jam elapso, quem ipsa canis non viderit: hoc enim Xenophon ille senior (7, 7) monet de canibus, qui ad pervestigandum exercentur: (5) sed si canem velocem lepori non viso immittas, vagus oberrat, exsilit atque amens irrito discursu turbatur. (6) Et si quando lepus canem ætatis jam integræ effugiat, nunquam ille quiescit, nec ad venatorem redit, nec audit revocantem, sed currendi studio nulla

ζεται, καὶ μαινομένῃ ἔοικεν. (7) Ἀλλὰ ἵστασθαι μὲν τὸν ἔχοντα τὴν σκύλακα ἐν χωρίῳ, ὁποῖον ἤδη μοι λέλεκται, κρυπτόμενον οὗ μάλιστα τεκμήραιτο ἄν τις, ὅτι πονούμενος ὁ λαγὼς ὑποκάμψας ἥξει. (8) Ἰδόντα δὲ διαπεπονημένον ἐγγύθεν ἐφιέναι, μὴ κατὰ στόμα, μηδὲ ἐκ τοῦ ἐναντίου· ἡ μὲν γὰρ κύων ἐξορμήσασα εὐθὺ ἐξενεχθήσεται, ὁ δὲ λαγὼς ἐξελίξας εὐμαρῶς παραμείψει· τὴν δὲ πολὺ ἀπολειφθῆναι ἀνάγκη, καὶ χαλεπῶς ὑποκάμψαι· καθάπερ αἱ τριήρεις εὐθυπλοοῦσαι οὐκ εὐμαρῶς ἐπικάμπτουσιν, εἰ μὴ ἀνεθείη τὸ πολὺ τῆς εἰρεσίας αὐταῖς, πρὶν ἐπιστρέφεσθαι. (9) Ἀλλὰ ἐάσαντα παραμεῖψαι τὸν λαγὼν, ἐκ τοῦ πλαγίου χρὴ ἐφεῖναι· ἁλόντος δὲ, ἐφομαρτείτω τις σπουδῇ, πρὶν ἐμφορηθῆναι τοῦ αἵματος τὰς κύνας· οὐχ ἐπειδὴ τὰ κρέα ἄρα περὶ πολλοῦ ποιητέον ἀνδρὶ ἐς κάλλος κυνηγετοῦντι· ἀλλ' ὅτι πονηρὸν μάθημα κυνὶ γενναίᾳ λαγωοῦ ἐσθίειν· καὶ ἤδη πολλαὶ κύνες οὕτω διεφθάρησαν, ἐπὶ μακρῷ δρόμῳ ἀσθμαίνουσαι ἐνεπλήσθησαν, ἔπειτα πνιγεῖσαι ἀπώλοντο.

ΚΕΦ. ΚϚ'.

Περὶ ἀῤῥένων κυνῶν, ἐφ' οἵας ἡλικίας χρεὼν αὐτοὺς ἐπὶ θήραν ἐξάγειν.

Ἄῤῥενα δὲ μὴ πρόσθεν ἢ διετῆ γενόμενον ἐξάγειν ἐπὶ θήραν· πολὺ γάρ τοι ὕστερον τοῖς ἄῤῥεσι πήγνυται τὰ μέλη. (2) Καὶ ὁ κίνδυνος οὐ σμικρὸς, ἀλλὰ πολλοὶ ἤδη, πρὶν τελειωθῆναι, ἀγωνισάμενοι πρὸ ὥρας ἀπώλοντο, καὶ μάλιστα δὲ ὅσοι γενναιότατοι· ὑπὸ γὰρ μένους τοσοῦτον, ὅσον δύνανται, θέουσι. (3) Τὰ δὲ ἄλλα ὡσαύτως παραφυλάττειν, ὅσα ἐπὶ ταῖς θηλείαις ἤδη μοι λέλεκται, ὅπως πρακτέον. (4) Φυλάττειν δὲ καὶ ἀπὸ ὀχείας ἐντὸς τῆσδε τῆς ἡλικίας· οὔτε γὰρ ἡ γονή πω αὐτοῖς πέπηγεν, ἀλλὰ ἔστιν ἐξίτηλος τὸ πολὺ καὶ ἀμαυρὰ, καθάπερ ἡ τῶν παίδων· αὐτοὶ δὲ διαφθείρονται πάμπαν, ὡς μηδὲν ἔτι πράττοντα ὕστερον ὀρθῶσαι τὴν ἁμαρτίαν· ἀλλ' ἀπὸ τρίτου μὲν ἔτους ἐφίεσθαι ἐν ὥρᾳ ἂν εἴη τῇ ξυμμέτρῳ.

ΚΕΦ. ΚΖ'.

Πῶς ἐπὶ ὀχείαν ἀκτέον τὰς κύνας.

Ἐφιέσθωσαν δὲ ὧδε· φυλάξαι χρὴ τὴν κύνα, ἐπειδὰν ἀποκαθαρῇ ἀπὸ τοῦ αἵματος· πρόσθεν δὲ εἰ παραλάβοιεν τὴν γονὴν, τὸ πολὺ οὐ κρατοῦσιν, ἀλλὰ ἐκκλύζεται ὑπὸ τοῦ αἵματος, καθάπερ ταῖς γυναιξί. (2) Προσέχειν δὲ τὸν νοῦν ἐνταῦθα· βραχὺς γὰρ χρόνος διαγίγνεται, ἐν ᾧ οὐχ ἔτι μὲν φέρεται αὐτῇ τὸ αἷμα, ἔτι δὲ φυλάττει τὴν ἐπιθυμίαν· ἀγαθὴ δὲ τῇ θηλείᾳ ἡλικία ἡ ἀπὸ διετοῦς ἐς ἕβδομον ἔτος.

de re furenti similis temere vagatur. (7) Verum is qui catulum ducit, in loco, qualem jam diximus, consistat absconsus, quo potissimum lepus defessus converso cursu perventurus videbitur. (8) Quem ut oppido fessum viderit, immittat canem de proximo, non fronte adversa neque ex opposito: nam canis directo impetu nimium proruet, et lepus cursum detorquens facile præteribit : ibi necessum est canem longius a tergo relinqui et difficulter cursum flectere : quemadmodum triremes recto cursu provectæ haud facile eum convertunt, nisi ante, quam circumflectant, remigum operæ multum intermittantur. (9) Sed ubi leporem præterire siverit, canis ex transverso immittendus, quem capta præda celeriter aliquis insequatur, antequam canes sese sanguine ingurgitent; non quod cuiquam honesti oblectamenti causa venanti caro illa magni facienda; sed quod egregio cani assuetudo sit pessima, ubi leporem devorare didicerit; et quod multis jam canibus id exitio fuerit, qui quum longo cursu anheli sese implevissent, mox suffocati interierunt.

CAP. XXVI.

Canes masculi qua ætate ad venandum educendi.

Canis autem masculus non ante expletum biennium ad venationem producatur : masculis enim membra multo tardius solidescunt. (2) Nec parvum periculum est : nam multi ætate nondum completa laboribus attriti ante tempus perierunt, maxime autem generosissimi quique : hi enim præ animi ardore quantum possunt cursum intendunt. (3) Reliqua vero eodem modo atque in feminis facienda jam diximus, observanda sunt. (4) Coitu quoque intra eam ætatem prohibendi sunt, quum nec semen in iis maturum sit, sed tenue utplurimum et evanidum, quale puerorum esse solet. Ipsi vero prorsus corrumpuntur, ut vitium illud nullo deinceps pacto emendari queat. Verum exacto triennio justa admittendi ætas aderit.

CAP. XXVII.

De admissione canum.

Admittantur autem hoc modo : observandum quando canis menstruo fluore expurgata fuerit : nam semen ante hoc tempus conceptum vix unquam retinent ; sanguinis enim eluvio, sicuti in mulieribus, expellitur. (2) Ad hoc quoque animum advertere oportet, quod quum sanguis defluere desierit, exiguum adhuc temporis spatium coitus desiderium servent: feminis autem ætas integra est a biennio usque in annum septimum.

ΚΕΦ. ΚΗ'.

Ὅτι, εἴ τις ὁρῴη τὴν μίξιν τῶν κυνῶν, οὐκ ἐπιτελεῖται γόνιμος.

Κράτιστον δὲ καθεῖρξαι ἐν ταὐτῷ τὸν ἄῤῥενα ἅμα τῇ θηλείᾳ, αὐτὸν δὲ ἀφανῆ εἶναι ἅμα ταῖς κυσίν· αἱ γὰρ ἐν τῷ ἐμφανεῖ ὁμιλίαι οὐ γόνιμοι, εἰ χρὴ πείθεσθαι ἀνδράσι κυνηγετικοῖς· ὅσα δὲ τοιαῦτα λάθρᾳ ὑπὸ κυνῶν ἐσπουδάσθη, ἐπιτυχῆ γίνεσθαι λόγος. (2) Μετὰ ταῦτα δὲ ἐξάγειν μὲν ἐπὶ θήραν· ὁ γὰρ περίπατος ἀγαθὸν ἐς ῥώμην ταῖς κυσίν. Ἐφεῖναι δὲ αὐτὰς λαγωῷ μηκέτι· κίνδυνος γὰρ διαφθεῖραι ὑπερκαμοῦσαν ἢ ὑπερταθεῖσαν. (3) Καὶ τὸν ἄῤῥενα δὲ μὴ ἐφιέναι ἐπὶ λαγὼν ὡσαύτως, ἀπὸ τοῦ καμάτου ἀναπαύσασθαι καὶ ῥωσθῆναι, ἑξήκοντα ἡμερῶν οὐ μεῖον· ἔπειτα ἐφιέναι ἐς ἀγῶνα οὐδὲν κωλύσει.

ΚΕΦ. ΚΘ'.

Περὶ καιροῦ πρὸς σκυλακείαν ἐπιτηδείου.

Κρατίστη δὲ ὥρα ἐς σκυλακείαν ἡ τοῦ ἦρος· εὐκράτως γὰρ αὕτη μάλιστα ἔχει κρύους τε καὶ θάλπους· ὡς τὸ μὲν κρύος τοῖς σκυλακίοις οὐκ ἀγαθὸν ἐς ἀνατροφήν, ἄλλως τε καὶ ἀπορίᾳ γάλακτος· τὸ δὲ καῦμα ταῖς μητράσι χαλεπὸν ἐν τῇ ἀνατροφῇ· τὸ φθινόπωρον δὲ ταύτῃ χεῖρον τοῦ ἦρος, ὅτι χειμὼν ἐπιλαμβάνει τὰ σκυλάκια πρὶν παγῆναι.

ΚΕΦ. Λ'.

Πῶς μετὰ τὸ τεκεῖν ἐπαναληπτέον εἰς τὸ ἐξ ἀρχῆς τὸν δρόμον τῶν κυνῶν.

Τεκοῦσαν δὲ εἰ μὲν ἔτι θέλοις ἐπαναλαβεῖν τὴν πρόσθεν ὠκύτητα, μὴ ἐᾶν ἐκτρέφειν αὐτήν, ὅτι μὴ ἐς ὅσον ἀποκουφίσαι τὸ πολὺ τοῦ γάλακτος· εἶτα δὲ ἀφελόντα ἄλλαις παραδιδόναι κυσὶν ἐπιλεγόμενον γενναίαις· τὸ γὰρ τῶν ἀγεννῶν γάλα οὐ ξύμφυλον ταῖς γενναίαις. (2) Εἰ δὲ μηκέτι ἐς δρόμον ἐπιτηδείως ἔχουσα φαίνοιτο ἡ κύων, κράτιστον ἐᾶν ὑπὸ τῇ τεκούσῃ, καὶ μὴ ὑποβάλλειν ὑφ' ἑτέραν κύνα· αἱ γὰρ θεραπεῖαι αἱ ἀλλότριαι, ἧπερ καὶ Ξενοφῶν ἐκεῖνος ἀποφαίνει, οὐκ εἰσὶν αὔξιμοι· τὸ δὲ τῶν μητέρων καὶ τὸ γάλα ἀγαθὸν καὶ τὸ πνεῦμα.

ΚΕΦ. ΛΑ'.

Περὶ ὧν Ξενοφῶν ὑπὲρ ἀνατροφῆς κυνῶν διατάττεται.

Καὶ ὁπόταν δὲ ἤδη πλανᾶται τὰ σκυλάκια, ὀρθῶς ξυμβουλεύει, ὅτι χρὴ γάλακτι ἀνατρέφειν αὐτά· καὶ ὅτι αἱ βαρεῖαι πλησμοναὶ τά τε σκέλη αὐτοῖς διαστρέφουσι, καὶ τοῖς σώμασι νόσους ἐμβάλλουσι. (2) Καὶ τὰ ὀνόματα δὲ ὅτι βραχέα καὶ εὐανάκλητα θετέον ταῖς κυσί, καὶ τοῦτο χρὴ πείθεσθαι αὐτῷ· καὶ ὅσα ἀνα-

CAP. XXVIII

Coitum canum infecundum esse si a quoquam spectetur.

Omnium autem optimum est, masculum cum femina solum includi nec conspici a quoquam, dum cum feminis rem habet : nam coitus qui in propatulo fiunt infecundi sunt, si peritis venatoribus credendum. Contra quæ secreto a canibus patrantur, ea feliciter evenire aiunt. (2) Postea producendæ quidem ad venationem; decursio enim vires canibus auget : sed in leporem non amplius immittendæ; periculum enim est, ne nimis intenso labore corrumpantur. (3) Pari ratione neque masculus lepori immittatur, donec a labore interquieverit, viresque recuperaverit, ut minimum per sexaginta dierum spatium. Deinde nihil vetat quominus ad certamen admittatur.

CAP. XXIX.

De tempore catulis educandis commodo.

Anni tempestatum educandis catulis aptissima est verna, optimo inter frigus caloremque temperamento : nam frigus catulorum nutritioni incommodum tum propter alia tum ob inopiam lactis; æstus vero matribus in nutriendo molestus. Autumnus autem ideo deterior est vere, quod hiems catulis adhuc infirmis supervenit.

CAP. XXX.

Quomodo canes post partum fovendæ ut pristinam velocitatem recuperent.

Si autem canem post partum pristinam velocitatem recuperare cupias, ne suos ipsam catulos enutrire permittas, nisi quatenus lactis onere levetur : sed matri subtractos; aliis et quidem maxime generosis canibus alendos subjicias : nam lac canum degenerum generosis inimicum est. (2) Si vero canis ipsa in posterum ad cursum minus apta videbitur, præstat eos matri relinqui, nec alteri subrumari. Nam, quod et Xenophon ille affirmat, aliena educatio parum auget vires, sed matrum et lac et spiritus plurimum juvat.

CAP. XXXI.

De iis quæ Xenophon de canum educatione præcipiat.

Atqui quum catuli jam ipsi oberrare incipiunt, recte eos lacte nutriendos præcipit (7,3). Illud quoque bene monet, nimia ventris repletione crura eorum distorqueri et corpora infestari morbis. (2) Tum quod nomina brevia et prolatu facilia canibus imponenda esse ait, ea quoque in re ipsi fides habenda; uti etiam ubi nomina partim ab aliis inventa

γέγραφεν ὀνόματα, τὰ μὲν εὑρὼν, τὰ δὲ καὶ αὐτὸς ποιήσας δεξιῶς ἀναγέγραφεν. (3) Εἰ δὲ μήπω ἐθέλοις σκυλακεῦσαι, φυλάττειν ὡς ἀνυτὸν ἐπιμελέστατα τὰς κύνας, ἐπειδὰν τῇ ἀνάγκῃ ταύτῃ ἔχωνται· ἀποπαυσαμέναις δὲ οἱ μασθοὶ σφριγῶσι, καὶ ὑποπίμπλανται γάλακτος, καὶ τείνεται τὰ ὑπὸ τῇ γαστρί. (4) Καὶ ἔστι τηνικαῦτα οὐκ ἀσφαλὲς ἐπιλύειν κύνα ἐπὶ λαγών· ῥήγνυνται γὰρ αὐταῖς αἱ λαγόνες· ὥστε οὐδὲ ἐς τὸ σκιρτῆσαι χρὴ λύειν αὐτὰς ἅμα ἑτέρᾳ κυνί· ἁμιλλώμεναι γάρ ἐστιν ὅτε καὶ ὑπὲρ δύναμιν ξυνταθεῖσαι ἐς ἴσον κίνδυνον καθίστανται. (5) Ἀλλὰ κράτιστον περιμεῖναι, ἔστε χαλάσαι αὐταῖς τοὺς μασθούς. Τεκμήριον δὲ ὅτι ἤδη ἀσφαλὲς, ἐπειδὰν αἱ τρίχες ἀποῤῥέωσιν ἀθρόαι ἐπαφωμένῳ· τότε γὰρ λύονται, ἐμοὶ δοκεῖν, ἀπὸ τῆς ἀνάγκης τῆς πρόσθεν.

ΚΕΦ. ΛΒ′.

Διαφοραὶ ἄῤῥενος καὶ θηλείας κυνός.

Καὶ παρίστανται ἤδη ἐς δρόμον, κύων θήλεια μὲν ὠκυτέρα ἄῤῥενος, ἄῤῥην δὲ θηλείας διαπονεῖσθαι ἀμείνων καὶ ὅτι δι' ἔτους θεῖ, πολλῷ τινι ἐντιμότερον τὸ κτῆμα· καὶ ὅτι θήλειαι μὲν πολλαὶ ἀγαθαὶ, ἄῤῥενος δὲ γενναίου ἐπιτυχεῖν οὐκ εὐμαρὲς, καὶ ταύτῃ ἐντιμότερον· (2) καὶ ὅτι αἱ θήλειαι μὲν ἀγαπητὸν, εἰ καὶ ἐς πέμπτον ἔτος διαφυλάξειαν τὸ ὠκύ· ἄῤῥενες δὲ καὶ ἐς δέκατον διαφυλάττουσιν. Ὥστε μέγα μοι δοκεῖ τὸ κτῆμα ἄῤῥην κύων τῇ ἀληθείᾳ γενναῖος, καὶ οὐκ ἄνευ θεῶν του εὐμενείας παραγίγνεσθαι ἀνδρὶ κυνηγετικῷ· ἀλλὰ χρὴ θύειν Ἀρτέμιδι Ἀγροτέρᾳ ἐπὶ τῷδε τῷ κτήματι. (3) Θύειν δὲ χρὴ καὶ ἐπὶ θήρᾳ εὖ πράξαντα, καὶ ἀνατιθέναι ἀπαρχὰς τῶν ἁλισκομένων τῇ θεῷ, ὅ γε ἀποκαθαίρει τοὺς κύνας καὶ τοὺς κυνηγέτας, κατὰ τὰ πάτρια ὡς νόμος.

ΚΕΦ. ΛΓ′.

Περὶ τῶν Κελτῶν νόμου, καὶ τοῦ ὑπ' αὐτῶν γινομένου ἐράνου τῇ Ἀρτέμιδι.

Κελτῶν δὲ ἔστιν οἷς νόμος, καὶ ἐνιαύσια θύειν τῇ Ἀρτέμιδι· οἱ δὲ καὶ θησαυρὸν ἀποδεικνύουσι τῇ θεῷ· καὶ ἐπὶ μὲν λαγῷ ἁλόντι δύο ὀβολὼ ἐμβάλλουσιν ἐς τὸν θησαυρόν· ἐπὶ δὲ ἀλώπεκι δραχμὴν, ὅτι ἐπίβουλον τὸ χρῆμα, καὶ τοὺς λαγὼς διαφθείρει· τούτου ἕνεκα πλεῖον ἐμβάλλουσιν, ὡς ἐπὶ πολεμίῳ ἁλόντι· ἐπὶ δὲ δορκάδι τέσσαρας δραχμὰς, ὅτι μέγα τὸ ζῷον, καὶ ἡ θήρα ἐντιμοτέρα. (2) Περιελθόντος δὲ τοῦ ἔτους ὁπόταν γενέθλια ἥκῃ τῆς Ἀρτέμιδος, ἀνοίγνυται μὲν ὁ θησαυρὸς, ἀπὸ δὲ τοῦ συλλεχθέντος ἱερεῖον ὠνοῦνται, οἱ μὲν ὄϊν, οἱ δὲ αἶγα, οἱ δὲ μόσχον, εἰ οὕτω προχωρεῖ. (3) Θύσαντες δὲ καὶ τῶν ἱερείων ἀπαρξάμενοι τῇ Ἀγροτέρᾳ, ὡς ἑκάστοις νόμος, εὐωχοῦνται αὐτοί τε καὶ οἱ κύνες.

partim suopte ingenio apte efficta recenset. (3) Catulas vero, quas ad fœturam admittere nondum volueris, observa quam fieri potest diligentissime, quando ea necessitate urgeantur : scilicet quum remisit ardor libidinis, turgent iis mammæ et lacte implentur partesque sub ventre distenduntur. (4) Nec tutum est eas tum in leporem immitti : rumpuntur enim iis ilia, adeo ut ne ad ludendum quidem cum alio cane exsolvi debeant, quia nonnunquam mutua contentione præter vires annixæ in æquale incidunt periculum. (5) Sed exspectandum potius donec mammæ detuergescant : argumentum autem hoc jam erit sine periculo eas produci posse, quum pili ad contactum confertim defluunt : tunc enim meo quidem judicio priori illa necessitate exsolvuntur.

CAP. XXXII.

Differentiæ canis masculi et feminæ.

Siquidem cursu inter se committantur, canis femina multo velocior est masculo : sed masculus longe rectius labori sufficit quam femina; eoque majori in pretio habendus, quod quovis anni tempore currit. Præterea quum multæ feminæ bonæ sint, masculum vero generosum reperire difficile sit, hoc quoque nomine præstat. (2) Ad hæc boni consulendum, si feminæ in quintum annum velocitatem conservent, quam masculi etiam ad decimum usque integram retinent : adeo ut mea sententia canis masculus vere generosus res sit longe pretiosissima, neque sine propitio deorum numine venatori obtingit : sed pro adepto hoc munere Dianæ venatrici sacra debentur. (3) Cui etiam post venationem ex voto peractam sacrificandum, et primitiæ prædarum offerendæ; quo a cæde commissa canes et venatores purgantur, ex more patrio.

CAP. XXIII.

De Gallorum instituto et ære in honorem Dianæ collato.

Quibusdam Gallis mos est quotannis Dianæ sacra facere, alii stipem collatitiam deæ afferunt : et pro lepore quidem duos obolos inferunt thesauro; pro vulpe drachmam, quia animal est insidiosum et leporum pernicies; idcirco pro eo ut pro hoste capto plus conferunt; pro capreolo drachmas quattuor, quia et animal majus est, et captum plus laudis habet. (2) Inde quum absoluto anni cursu Dianæ natalis venerit, thesauro aperto de collata pecunia victimam emunt, alii quidem ovem, alii capram, nonnulli etiam vitulum, si ad eam summam pecunia ascendat. (3) Tum sacris peractis et victimarum primitiis Dianæ venatrici oblatis, ipsi una cum canibus genio indulgent. Canes au-

Τὰς κύνας δὲ καὶ στεφανοῦσιν ἐν τῇδε τῇ ἡμέρᾳ· ὡς δῆλον εἶναι, διότι ἐπ' αὐταῖς ἑορτάζουσιν.

ΚΕΦ. ΛΔ'.

Παραίνεσις πρὸς τὸ θύειν τοῖς Ἐφόροις τῶν ἐν ἀνθρώποις ἐπιτηδευμάτων.

Καὶ ἐγὼ ἅμα τοῖς συνθήροις ἕπομαι τῷ Κελτῶν νόμῳ, καὶ ἀποφαίνω, ὡς οὐδὲν ἄνευ θεῶν γιγνόμενον ἀνθρώποις ἐς ἀγαθὸν ἀποτελευτᾷ. (2) Ἀλλὰ καὶ ὅσοι ναυτίλλονται, ἀπὸ θεῶν ἄρχονται, ὅσοις γε τοῦ σώζεσθαι μέλει, καὶ ἀνασωθέντες χαριστήρια θύουσι τοῖς θεοῖς τοῖς θαλαττίοις, Ποσειδῶνι καὶ Ἀμφιτρίτῃ καὶ Νηρηίσι· καὶ ὅσοι τὴν γῆν ἐργάζονται, Δήμητρι καὶ τῇ παιδὶ αὐτῆς καὶ Διονύσῳ· οἱ δὲ ἀμφὶ τὰς τέχνας πονούμενοι, Ἀθηνᾷ καὶ Ἡφαίστῳ· καὶ οἱ ἀμφὶ παίδευσιν, Μούσαις καὶ Ἀπόλλωνι Μουσηγέτῃ καὶ Μνημοσύνῃ καὶ Ἑρμῇ· οἱ δὲ ἀμφὶ τὰ ἐρωτικὰ, Ἀφροδίτῃ καὶ Ἔρωτι καὶ Πειθοῖ καὶ Χάρισιν. (3) Οὕτω τοι καὶ τοὺς ἐπὶ θήρᾳ ἐσπουδακότας οὐ χρὴ ἀμελεῖν τῆς Ἀρτέμιδος τῆς Ἀγροτέρας οὐδὲ Ἀπόλλωνος οὐδὲ Πανὸς οὐδὲ Νυμφῶν οὐδὲ Ἑρμοῦ Ἐνοδίου καὶ Ἡγεμονίου, οὐδὲ ὅσοι ἄλλοι ὄρειοι θεοί· (4) εἰ δὲ μὴ, ἡμιτελῆ ἀποβαίνειν ἀνάγκη τὰ σπουδάσματα· καὶ γὰρ καὶ οἱ κύνες βλάπτονται, καὶ οἱ ἵπποι χωλεύονται, καὶ οἱ ἄνθρωποι σφάλλονται.

ΚΕΦ. ΛΕ'.

Ἐξ Ὁμήρου μαρτύρια, ὅτι χρὴ θύειν τοῖς τῶν πραγμάτων εὑρεταῖς ἐν τῇ τῶνδε μεταχειρίσει.

Καὶ τοῦτό γε δηλοῖ καὶ Ὅμηρος ἐν τῇ ποιήσει. Τεῦκρον μέν γε τὸν τοξικώτατον Ἑλλήνων ἐν τῷ ἀγῶνι οὔ φησι τυχεῖν ὅτι μὴ τῆς μηρίνθου, καὶ ταύτην διακόψαι, ἐπειδὴ μὴ ἐπηύξατο τῷ Ἀπόλλωνι· Μηριόνην δὲ, ἄνδρα οὐ τοξικὸν, ἐπευξάμενον τῷ Ἀπόλλωνι, ἀποπετομένης ἤδη τῆς ὄρνιθος τυχεῖν. (2) Καὶ τοὺς ἐκγόνους δὲ τῶν ἐπὶ Θήβας σὺν Πολυνείκῃ στρατευσάντων ἑλεῖν τὰς Θήβας,

πειθομένους τεράεσσι θεῶν καὶ Ζηνὸς ἀρωγῇ·

τοὺς δὲ πατέρας αὐτῶν, οὐδέν τι χείρους ἐκείνων ἐς ἀλκὴν γενομένους, διαφθαρῆναι ἐν Θήβαις, ὅτι μὴ ἐπείθοντο τοῖς σημαινομένοις ἀπὸ θεῶν. (3) Καὶ τὸν Ἕκτορα οὐ πεισθέντα Πολυδάμαντι οὐκ ἐῶντι ἐπελαύνειν ταῖς ναυσὶ τῶν Ἑλλήνων, ἐπὶ τῷ δράκοντι καταβληθέντι πρὸς τοῦ ἀετοῦ, ὡς οὐ ξὺν κόσμῳ ἐπανελευσομένους, ὀλίγον ὕστερον ἔργῳ ἀναδιδαχθῆναι, ὡς οὐκ ἀγαθὸν ἀπειθεῖν τῷ θείῳ. (4) Τούτοις χρὴ πειθομένους, καθάπερ ἐπ' ἄλλῳ τῳ ἔργῳ, οὕτω δὲ καὶ ἐπὶ θήρᾳ ἄρχεσθαί τε ἀπὸ θεῶν, καὶ χαριστήρια θύειν εὖ πράξαντα καὶ σπένδειν καὶ εὐφημεῖν καὶ στεφανοῦν καὶ ὑμνεῖν καὶ ἀπαρχὰς τῶν ἁλισκομένων ἀνατιθέναι, οὐ μεῖον ἢ ἐπὶ νίκῃ πολέμου ἀκροθίνια.

tem illo die sertis coronant, ut manifestum sit illorum causa festum celebrari.

CAP. XXXIV.

Admonitio de sacris faciendis diis artium et professionum humanarum præsidibus.

Atque ego quidem cum sociis venatoribus sequor Gallorum legem, nihilque sine divûm ope mortalibus bene succedere pronuntio. (2) Nam et rem nauticam exercentes a diis faciunt principium quotcumque suam sibi salutem cordi habent, et si salvi evaserunt, diis marinis, Neptuno, Amphitritæ et Nereidibus gratiis referendis sacra faciunt, ut Cereri ejusque filiæ et Baccho quicumque agriculturæ operam navant; artiumque cultores Minervæ et Vulcano; qui studiis incumbunt, Musis Musarumque principi Apollini, itemque Mnemosynæ et Mercurio; qui amori operam dant, Veneri et Cupidini, tum etiam Suadæ et Gratiis. (3) Ita qui venationi student, Dianam Venatricem minime negligere debent; uti nec Apollinem nec Pana atque Nymphas et viarum præsidem ducemque Mercurium, tum quævis alia montium numina: (4) secus enim studia ista non satis feliciter succedere necessum est: læduntur enim canes, claudicant equi, et homines ipsi spe frustrantur.

CAP. XXXV.

Homeri testimonia, quod diis rerum inventoribus sacrificandum, dum quis easdem aggreditur.

Atque hoc ipsum Homerus (Il. 23,879) in sua poesi significat, dum Teucrum inter omnes Græcos sagittandi peritissimum in certamine funiculum dumtaxat tetigisse eumque præcidisse refert, quod nullum Apollini votum fecisset; Merionen vero sagittandi haud peritum, votis Apollini susceptis, avem jam avolantem percussisse. (2) Item posteros eorum qui cum Polynice ad Thebas militarunt, Thebas expugnasse

fretos auxilio Jovis auspiciisque deorum,

quum patres eorum virtute neutiquam inferiores ob neglecta deorum auspicia ad Thebas occubuissent. (3) Hectorem quoque, quum fidem denegasset Polydamanti irruptionem in Græcorum naves dissuadenti, quod ex dracone ab aquila projecto nulla cum laude Trojanos reversuros videret, paullo post re ipsa comprobasse, malum esse numini non obtemperare. (4) Hisce exemplis persuasos, ut omni alio in opere, ita etiam in venatione a diis incipere, et re bene gesta iisdem gratitudinis ergo sacra facere oportet: his libandum; hi prædicandi; his coronæ, hymni et prædarum primitiæ offerendæ, non minus quam adepta victoria belli manubiæ iisdem consecrantur.

INDEX NOMINUM ET RERUM.

Numeri quibus operis nota non præfixa est pertinent ad Expeditionem Alexandri M. Reliquos Arriani libros notavimus hunc in modum : *C. Alan.*, Acies contra Alanos; *Cyn.*, Cynegeticus; *Ind.*, Historia Indica; *Parth.*, Parthica; *Per.*, Periplus Ponti Euxini; *Succ. Al.*, Historia Successorum Alexandri; *Tact.*, Tactica.

A.

B.

C

D

E

F

G

H

M

N

Q

R

S

T

SCRIPTORES
RERUM ALEXANDRI MAGNI.

CALLISTHENES.
ANAXIMENES.
MARSYAS.
ONESICRITUS.
NEARCHUS.
ANDROSTHENES.
CLITARCHUS.
PTOLEMÆUS.
ARISTOBULUS.
CHARES.
EUMENES.
DIODOTUS.
EPHIPPUS.
MEDIUS.
CYRSILUS.
POLYCLETUS.
BÆTON.
DIOGNETUS.
AMYNTAS.
ARCHELAUS.
HEGESIAS.
MENÆCHMUS.
ANTICLIDES.
NICANOR.
ARISTUS.
ASCLEPIADES.
ANTIGENES.
NICOBULE.
DOROTHEUS.
IASON.
AMYNTIANUS.
PRAXAGORAS.
ANTIDAMAS.

FRAGMENTA COLLEGIT, DISPOSUIT, VERTIT, ANNOTATIONE INSTRUXIT,
DE VITIS SCRIPTISQUE AUCTORUM DISSERUIT,
INDICEM PLENISSIMUM ADJECIT

CAROLUS MULLERUS.

PRÆFATIO.

Nemo unquam rerum suarum tot nactus scriptores est, quot in Alexandri vita gestisque narrandis elaborasse comperimus. Quodsi ne unus quidem in tanto numero exstitisse videtur, qui nobilitatem argumenti gravitatemque vi ingenii exæquaverit, id quidem ex studiorum perversitate, qua scribendæ ars historiæ inde ab Alexandri ævo depravari cœperat, explicationem facile admittit. Sed demirere Fortunam, quæ juveni suo dilectissimo ægre concesserit, ut ex uberrima ista copia monumentorum vix paucissima quædam neque ea præ ceteris conspicua ad longinquiorem ætatem perdurarent. Nam quas per literatissima sæcula quattuor Græcia tulit historias Alexandri, eas omnes nescio quæ invidia pessumdedit; neque integrum quidquam nobis jam relictum est præter ea, quæ Hadriani demum temporibus Arrianus et Plutarchus conscripserunt. Etenim subsequentis etiam ætatis auctores una omnes obruit oblivio. Quamquam horum jacturam ferre licet levius, quum in diem magis tunc degenerasse historiam consentaneum sit. Jam enim adolescit historiæ proles quædam spuria, quæ orbem terrarum perambulans tantopere suis illecebris homines irretivit, ut ipsa historia, contemtam sese videns ac proculcatam, e conspectu se subduceret errorisque pœnas penderet exilio. Fabulosas illas narrationes dico, quæ etsi neque ad literarum historiam parvi sint momenti, neque etiam ab Alexandri rerum scrutatore impune negligantur, hoc tamen loco tanto tutius missas facere licet, quum separatim de iis disserere sit propositum. Verum percurramus nomina scriptorum, quæ vel fama nobis tradidit, vel sparsis hic illic ruinis inscripta legimus.

Ipse Alexander historiæ suæ scribendæ munus demandasse videtur Anaximeni et Callistheni, quorum ille aliis operibus jam inclaruerat, hic vero, etiamsi scriptis nondum notus fuisset, tamen verbis magistri et suopte ingenio regi condiscipulo commendabatur. Præter hos Ephorus quoque, eodem, opinor, consilio, advocatus esse ab Alexandro, sed non obsecundasse invitanti perhibetur (Plutarch. De stoic. rep. c. 20). Reliquos autem comites neque

muneris professio neque regis exhortatio, sed rerum, quibus spectatores vel actores intererant, novitas et magnitudo ad scribendum abripuisse videtur. Eorum tamen numerus, qui omnem Alexandri historiam complexi sint, haud ita magnus est. Etenim Callisthenes quominus opus suum absolveret fato impeditus præmaturo; Marsyas Pellæus non ultra annum 331 a. C. narrationem deduxit; Nearchus nonnisi navigationem suam et quæ conjuncta cum ea erant, memoriæ prodidit. Quod idem statuendum est de Thasio Androsthene. Arctioribus etiam finibus circumscriptum argumentum tractavit Ephippus Olynthius, qui ea tantum quæ ad mortem et sepulturam Hephæstionis et Alexandri pertinent, persecutus esse videtur. Similiter non tam justas historias quam quæ subsidia historico forent, elaborarunt auctores Diariorum, Eumenes et Diodotus. Inferioris denique loci sunt Bæton et Diognetus, itinerum mensores, quibus similes addere licet Archelaum et fortasse Amyntam. Ex reliquis Chares Mytilenæus majorem operæ partem in vita regis privata enarranda posuisse videtur. Cyrsili autem et Medii et Polycleti et Leontis Byzantini historiarum quæ fuerit indoles et ambitus, dici jam nequit. Itaque inter æquales Alexandri historicorum nomine præ ceteris dignos præter Anaximenem et Callisthenem novimus Onesicritum, Ptolemæum, Aristobulum, Clitarchum. Quorum postremus, quamvis comitibus regis probabiliter accensendus non sit, eademque qua Onesicritus malæ fidei infamia premeretur, nihilominus propter orationis jucunditatem et spiritum quendam poeticum reliquis omnibus palmam præripuit, nec minorem in seriores rerum Alexandri scriptores quam Ctesias in Assyriacôn narratores vim exercuit. Quemadmodum vero contra Ctesiæ fabulas Dinon, pater Clitarchi, exstitit, sic Clitarchi similiumque levitas et auctoritas immerita haud minimum contulisse videtur, ut senes jam duumviri, Ptolemæus et Aristobulus, scribendi provinciam susciperent, ad fidem severitatemque historiam revocaturi.

Proximis dehinc temporibus insigniores scriptores misso Alexandro ad successorum historiam se converterunt, quam postea unus Nymphis, quantum scio, cum Alexandri historia conjunxit. Ii autem, qui denuo Macedonis res tractarunt, inferioris notæ fuisse omnes videntur. Agmen ducit Hegesias rhetor, qui Asiaticæ dictionis adipe Clitarcheam lævitatem superare studebat. Alexandri-

norum eruditionem curiosam ad narrationes suas attulerunt Menæchmus Sicyonius et Anticlides Atheniensis, antiquarii potius illi quam historici. Similes iis ex parte fuerint Nicanor, Asclepiades, Dorotheus, Nicobule, Antigenes, quorum nonnisi tenuissima notitia ad nos pervenit.

Nova deinde vi ex lege quadam historiæ reviviscere Alexandri memoria illis debuit temporibus, quibus arma Romana orientem sibi aperuerunt, et cuique fere bello Parthico vanitas hominum vel adulatio suum vindicabat æmulum Alexandri. Eodem vero tempore quo rex Indorum ad Augustum legatos misit alterque Calanus Athenis imperatore coram flagrasse dicitur, etiam historiæ scribendæ genus, quod inde a Clitarcho diu neglectum jacuerat, nova laude reparavit Timagenes. Huic suppar Strabo de rege nostro commentatus est. Strabonem excipit Tiberii familiaris Potamo Mytilenæus. Mox sub Claudio Clitarchus toga Romana donatur. Hadriani ævo, historiographiæ luce ultima, quem cecinit imperator, ejus gesta oratione soluta narravit præter Arrianum et Plutarchum Cephalio, cui adjungi quodammodo potest Iason Argivus. Denique sub Marco Antonino Amyntianum, sub Constantino Magno Praxagoram Atheniensem res Alexandri scripsisse accepimus.

Horum igitur auctorum quasi ossilegium pie institui reliquiasque in eundem omnes loculum componi jussit Musarum græcarum apud Gallos antistes, Firminus Didot. Itaque quum jam ante annos aliquot demandasset mihi vir celeberrimus, ut colligerem quidquid superesset historicorum græcorum qui inde a Cadmo Milesio ad Byzantina usque tempora floruissent, ex ampla hac auctorum legione cohortem evocavi eorum, qui expeditiones Alexandri peculiaribus scriptis prosecuti sunt. Eximiam, uti constat, iis operam olim navavit Sancto-Crucius, cujus viri clarissimi de Alexandro opus, quamquam habet sat multa, quæ elegantius quam verius dicta esse hodie censentur, insuperatum tamen hucusque inter omnes eminet. Verum faustius etiam evenit, ut viri doctissimi data opera fragmenta præcipuorum Alexandri rerum scriptorum colligerent illustrarentque. Inter quos quam egregie Westermannus de Callisthene, de Marsya Ritschelius meruerint nemo est qui nesciat. Quorum vestigia legentes eandem nuperrime laudem æmulati sunt Hullemanus et Geierus. Ac Hullemanus quidem, quem jam nosti Duridis Samii reliquiarum editorem, nunc dedit fragmenta Ptole-

mæi, Aristobuli et Charetis. Geierus vero pari cum diligentia sed molimine multo majori in unum corpus redegit fragmenta Ptolemæi, Aristobuli, Onesicriti, Nearchi, Clitarchi, Callisthenis, Anaximenis, Charetis, Ephippi, Marsyæ, Androsthenis, Medii, Cyrsili, Eumenis, Bætonis, Diogneti.

His igitur subsidiis, quibus addenda est censura libri Geieriani, quam summus Creuzerus in Annalibus Viennensibus instituit et deinde libro egregio De arte historica inseruit, pro consilio nostræ editionis ita sumus usi, ut quæ ad indolem scriptorum recte dijudicandam apposite dicta viderentur, diligenter consignaremus, præterea enotaremus etiam, si in commentariis nova quædam et notatu digna deprehenderemus. Reliqua rerum congeries, qua ex more vetere sed præsenti literarum statui parum accommodato amplificari volumina facili negotio nulloque merito solent, a nobis aliena erat. Multo magis referebat, ne quid reliquiarum omitteretur. Quod quum in Callisthenis, Onesicriti et Clitarchi fragmentis haud semel prioribus editoribus acciderit, tantum tamen abest, ut crimini id vertam, ut ipse potius, si simile quid peccaverim, veniæ petitionem hic anticipem. Ceterum ex fragmentis nostris quadringentis fere numero, vix tertia pars ad Alexandri historias pertinet; reliqua ex aliis eorundem auctorum operibus petita sunt. Quæ segregare in aliud volumen vel propterea noluimus, quod sæpius fit, ut de ipsis Alexandri historiis non tam ex fragmentis earum quam ex indole reliquorum operum, quæ ab iisdem scriptoribus profecta sunt, judicari debeat. Porro ubi cognomines auctores existerent, quibus suum cuique tribuere res esset lubrica, ita fecimus, ut nulla adhibita nostra auctoritate judicium lectorum relinqueretur integrum ac liberum. Sunt denique qui tum alia opera composuisse ferantur, tum etiam Alexandri historiam, cujus vero ne levissimum quidem vestigium indagare potui. De his igitur auctoribus quum alias aptior disserendi occasio offeratur, hoc loco satis habemus nomina eorum recensuisse, verbo denique etiam de iis monuisse, qui inter Alexandri rerum scriptores absque causa idonea referuntur.

Aristotelis liber quintus Περὶ Ἀλεξάνδρου laudatur apud Eustathium ad Dionys. Per. 440, ubi hæc : Κώφης Ἰνδικός ἐστι ποταμός... Ἀριστοτέλης δὲ, ὥς φασιν, ἐν πέμπτῳ Περὶ Ἀλεξάνδρου τὸν Κωφῆνά φησι, ὡς τὸν σωλῆνα. Sed jam Holstenius monuit nomen auctoris corruptum esse ex Ἀρριανός. Ipso initio libri quinti Arrianus Cophenis fluvii mentionem facit. Neque tamen apud Eustathium quidquam mutandum : nam reperisse eum nomen Aristotelis arguunt verba ὥς φασιν, quæ de Arriano loquens non usurpasset. Ceterum quod auctor anonymus Vitæ Aristotelis ap. Menag. inter scripta philosophi recenset opus Περὶ Ἀλεξάνδρου ἢ περὶ ῥήτορος ἢ πολιτικοῦ, id ad nos nihil pertinere sponte intelligitur. Titulus quidem ita comparatus est, ut duo distinguenda putare possis opera, alterum Περὶ Ἀλεξάνδρου βιβλ. η', alterum Περὶ ῥήτορος ἢ πολιτικοῦ. Verum quemadmodum Diodorus Περὶ βιβλιοθηκῶν, Dionysius Περὶ κύκλων ac simili negligentia aliorum scripta passim laudantur, sic etiam quæ apud Anonymum leguntur ita sunt intelligenda, ut operis sive genuini sive suppositicii sincerus titulus fuerit : Ἀλέξανδρος ἢ περὶ ῥήτ. κτλ., quocum conferatur Ἀλέξανδρος ἢ περὶ ἐποικιῶν ap. eundem Anonymum.

Hecatæum Abderitam rerum Alexandri scriptoribus annumerandum esse adeo destituta omni præsidio est nonnullorum opinio, ut eam refellere non sit operæ pretium.

Leon, Leontis filius, Byzantinus, Platonis vel secundum alios Aristotelis discipulus, præter Philippi et belli sacri historias aliaque nonnulla etiam Alexandri res conscripsit. Testatur Suidas v. Λέων, addens, uti solet, ineptias. Scilicet historicum hunc putat eundem cum Leonte rhetore Byzantino esse, quem ipse vivente adhuc Philippo vitam suspendio finiisse refert. Ex historiis illis nihil superstes. Ceterum quum Leonti eædem plane atque Callistheni historiæ tribuantur, nescio an suspicari liceat, Leontem Aristotelicum fuisse, qui Callisthenis scripta in publicum ediderit.

Lycum Rheginum, Lycophronis fratrem, de rebus Alexandri Magni scripsisse censet summus Creuzerus in libro De arte historica p. 364 ed. noviss., allato loco Stephani Byzantii, ubi hæc : Σκίδρος, πόλις Ἰταλίας· τὸ ἐθνικὸν Σκιδριανὸς, ὡς Λύκος (Λίκιος cod. Rhed.) ἐν τῷ Περὶ Ἀλεξάνδρου. Quæras tamen quomodo in Macedonis historia Lycus Scidri mentionem fecerit. Ad aliena auctorem aberrasse dicerem, nisi alia suaderet Scholiasta ad Aristoph. Pac. 925, qui ita habet : Περὶ δὲ τῶν λαρινῶν βοῶν Λύκος μὲν ὁ Ῥηγῖνος ἐπὶ ταῖς (ἐν τοῖς? ἐν ἐπιστολαῖς?) Πρὸς Ἀλέξανδρόν φησιν ἀπὸ Λαρίνου τινὸς βουκόλου ταύτην αὐτοὺς προσηγορίαν ἐσχηκέναι... Τοὺς δὲ Ἠπειρωτικοὺς βοῦς οὕτω λέγουσιν ἀπό τινος Λαρίνου βουκόλου, παραλαβόντος παρὰ Ἡρακλέους τὰς Γηρυόνου βοῦς. Dubium vix est quin Stephanus et scholiasta idem respexerint opus, adeo ut alter ex altero corrigendus sit. Quodsi vero etiam concesserim apud schol. Arist. reponendum esse, ἐν τῷ Περὶ Ἀλεξάνδρου, tamen mentio urbis Italicæ bovumque Epiroticorum eo nos ducit, ut non de Macedone Alexandro, sed de Epirota et de expeditione ejus Italica auctorem egisse censeamus.

Hieronymus Cardianus apud Suidam scripsisse dicitur τὰ ἐπ' Ἀλεξανδρείᾳ πραχθέντα. Corrupta hæc Vossius, Fabricius, Mannertus, Kiesslingius emendari voluerunt in τὰ ἐπ' vel τὰ ὑπ' Ἀλεξάνδρου πραχθέντα. At quæ de Hieronymi historiis comperta habemus, flagitant τὰ ἐπ' Ἀλεξάνδρῳ πραχθέντα, uti sæpius viri docti monuerunt. Quamquam hæc tituli ratio insoliti quiddam habet.

Eratosthenem peculiare de rebus Alexandri opus scripsisse ex iis quæ leguntur apud Plutarch. Alex. c. 3, 31, De Alex. fortun. c. 3, Arrian. Exp. V, 3, colligi voluerunt Schmiederus, Heerenius, Santo-Crucius. Cujus decreti rationes idoneas desiderari, præeunte Bernhardyo, dixi in Eratosthenis Fragm. Chronol. (N° 16-19 ibiq. not.). Stat sententia.

Philoni Thebano et *Philippo Chalcidensi* si quis inter scriptores rerum Alexandri locum assignari velit, neque refelli sententia neque comprobari potest, quum omnis eorum memoria uno Plutarchi loco contineatur (V. Onesicrit. Fragm. 5, p. 48 ibique not.).

Nymphis Heracleota secundum Suidam posteritati mandavit Περὶ Ἀλεξάνδρου καὶ τῶν διαδόχων βιβλία κδ'. Ex quo opere præter unum locum (ap. Ælian. H. A. XVII. 3) e libro nono Περὶ Πτολεμαίων (i. e. περὶ διαδόχων) nihil superest.

Varroni epitomen historiæ Alexandri tribui Suidas Βάρρων (Βάρων ed. Med.) ait,

ἱστορικός. Ἐπιτομὴν τῶν κατ' Ἀλέξανδρον τὸν Μακεδόνα. Eundem auctorem citare Küstero videtur v. ἐγκατέσκηψαν, ubi: « Τὰ Αἰγυπτίων κακὰ τὰ ἐν τῇ Ἀλεξανδρείᾳ πόλει ἐγκατέσκηψε καὶ τῇ Ῥώμῃ. » Οὐάρων φησίν. Ceterum Terentius Varro si rerum Alexandri compendium græce scripsisset, haud dubie mentionem ejus fecisset auctor Itinerarii Alexandri cap. 6, ubi se Varronis Ephemeridem Pompejo scriptam imitari dicit. Quare si recte nomen historici se habet, de alio quodam Varrone cogitare malim. Sin corruptum est, fortasse latet mentio Batonis, quem Περσικὰ aliaque composuisse novimus.

Timagenem non solum dicendi genere sed argumento etiam historias Clitarchi imitatum esse collegeris ex Curtio IX, 5, 21 (V. Clitarchi fr. 11, p. 79). Porro Schwabius (*De Livio et Timagene historiarum æmulis*. Program. Stuttg. 1834) probabiliter admodum suspicatur Timagenem notari Livianis istis (IX, 18): *Id vero periculum erat quod levissimi ex Græcis, qui Parthorum quoque contra nomen Romanum gloriæ favent, dictitare solent, ne majestatem nominis Alexandri, quem ne fama quidem illis notum arbitror fuisse, sustinere potuerit populus Romanus, etc.* Quæ ipsa quidem de Alexandro loquens auctor protulisse videatur. Ceterum num peculiare de Alexandro opus justamque regis historiam elaboraverit nec ne, in medio relinquendum est. Quamquam proclivior in eam sum sententiam, de Alexandro Timagenem dixisse in libris Περὶ βασιλέων (V. Steph. Byz. v. Μιλύαι). De quo opere si Bonamyus (*Mém. de l'Ac.*, XIII, p. 50), quem Santo-Crucius (p. 55) sequitur, dicit: *C'était une histoire d'Alexandre et des rois qui divisèrent sa monarchie*, huic judicii confidentiæ haud patrocinatur species verisimilitudinis; nam titulus libri ex Græcorum loquendi usu in ejusmodi argumentum minime cadit, id quod Ebertus (in Diss. Sicul. p. 135) pluribus exposuit. Ego quidem Περὶ βασιλέων opus fuisse tale fere cogitarim, qualis umbram ostendit Cornelii Nepôtis libellus *De regibus*. Sermo ibi fit de regibus Persarum, Lacedæmoniorum, Siculorum, Macedonum, deque ipso Alexandro nostro ejusque successoribus, non ita tamen ut continuam scriptor historiam contexat, sed eo potius consilio, ut personarum rebus gestis, animi dotibus, fatorum vicissitudine conspicuarum adumbret imagines. Ejusmodi vero argumentum Timagenis studiis rhetoricis per erat accommodatum.

Strabo (II, p. 70) postquam Indicorum scriptores Daimachum, Megasthenem et Onesicritum, Nearchum, alios, ψευδολόγους dixit, subjicit: Καὶ ἡμῖν δ' ὑπῆρξεν ἐπίπλεον κατιδεῖν ταῦτα ὑπομνηματιζομένοις τὰς Ἀλεξάνδρου πράξεις. Quibus item non peculiare opus indicari videtur, sed pars τῶν ὑπομνημάτων ἱστορικῶν, quæ ipse memorat lib. I, p. 13.

Potamo Mytilenæus præter alia etiam Alexandri historiam condidit, referente Suida. In ea narraverit quod audiisse se ex Potamone tradit Sotion ap. Plutarchum (Alex. c. 61), qui de urbe in Bucephali honorem condita locutus addit hæc: Λέγεται δὲ καὶ κύνα, Περίταν ὄνομα, τεθραμμένον ὑπ' αὐτοῦ καὶ στεργόμενον ἀποβαλὼν, κτίσαι πόλιν ἐπώνυμον. Τοῦτο δὲ Σωτίων φησὶ Ποταμῶνος ἀκοῦσαι τοῦ Λεσβίου.

Cephalion Musarum libro nono, *Urania* inscripto, narravit καὶ τὰ κατὰ Ἀλέξανδρον. Adhibuit vero ad contexendum hunc librum scripta συγγραφέων τριάκοντα, ἐν οἷς καὶ ἡ Κεφαλίωνος ἱστορία (Photius Bibl. cod. 68, p. 34 ed. Bekk.). Quæ ita intelligenda esse videntur, ut ipsum Musarum auctorem peculiari scripto de Alexandro exposuisse statuamus.

Hactenus de iis, qui data opera seorsim Alexandri res gestas tractarunt. Jam quod attinet historias sive universales sive miscellaneas atque opera geographica, quibus passim Alexander memoratur, porro scripta philosophica, quibus præcepta exemplis ex historia petitis illustrabantur, declamationes denique rhetorum, quibus Alexandri persona et fortuna argumentum erat, necnon collectiones epistolarum, quæ Alexandri vel de Alexandro circumferebantur, poetarumque deliramenta, iis omnibus locum in hoc volumine ratio instituti nostri denegavit. Vale, lector, faveque.

CAROLUS MÜLLER.

Parisiis, mense decembri MDCCCXLVI.

CALLISTHENES OLYNTHIUS.

Callisthenes Olynthius patrem habuit aut Demotimum aut Callisthenem (1), matrem Hero, quæ consobrina erat Aristotelis (2). Natales ejus quamquam certius constitui non possunt, probabiliter tamen ad Olymp. 103 (368-365) eos refert Sevinus (3). Educatus puer est (ἐτέθραπτο) apud Aristotelem, quem ne tunc quidem juvenis reliquisse videtur, quum ad Alexandrum instituendum Pellam philosophus se contulit (Ol. 109, 2. 343). Nam *condiscipulatu apud Aristotelem Alexandro familiaris* Callisthenes fuisse dicitur apud Justinum XII, 6 (4). Jam Aristotelem scimus Alexandri magistrum egisse usque ad Olymp. 110, 1. 340, deinde munere hoc perfunctum quattuor adhuc annos in Macedonia degisse, atque eo demum anno, quo expeditionem Asiaticam Alexander parabat (Ol. 111, 2. 335), Athenas esse reversum (v. Stahr. *Aristot.* I, p. 101 sqq.). Cum Aristotele Callisthenes quoque in Græciam profectus esse videtur Westermanno, propterea quod una cum Theophrasto operam philosopho dedisse perhibetur (Diog. L. V, 39. Cic. Tuscul. III, 10, 21) (5). « Etenim Theophrastus, ait, primum Leucippi auditor fuit, tum Platonem audivit, denique ad Aristotelem se contulit (Diog. L. V, 36). Ex quo consequitur ut puer non ab Aristotele una cum Alexandro et Callisthene institutus esse possit, sed ut aliquanto post ad eum accesserit; neque aliud restat huic accessioni accommodatum tempus quam quo relictis Stagiris Aristoteles iterum Athenas redux factus docuit (Ol. 111, 2 sqq). Cujus rei quum Theophrastus socium Callisthenem haberet, efficitur ut hic quoque, antequam in Asiam ad Alexandrum accederet, Athenas aliquando rediisse ibique amicitiam cum Theophrasto junxisse putandus sit (6). » Quod uti fieri potuisse non nego, sic nihil est quod ita statuere nos cogat. Quidni Theophrastus postremis annis, quos in Macedonia Aristoteles degit, ad eum accesserit? Num probabile est intimam amicitiam

(1) Suidas : Καλλισθένης, Δημοτίμου, οἱ δὲ Καλλισθένους, Ὀλύνθιος, μαθητὴς Ἀριστοτέλους καὶ ἀνεψιαδοῦς· ὃν ἔδωκεν ἕπεσθαι Ἀλεξάνδρῳ τῷ Μακεδόνι· ὁ δ' ἐν γαλεάγρᾳ σιδηρᾷ βαλὼν ἀνεῖλεν ἅμα Νεάρχῳ (debebat Νεόφρονι) τῷ τραγικῷ, διότι συνεβούλευε μὴ ἐπιζητεῖν ὑπὸ Ἀθηναίων καλεῖσθαι δεσπότης· τινὲς δὲ αὐτὸν ὡς ἐπιβουλεύοντα Ἀλεξάνδρῳ ἀνῃρῆσθαί φασιν ἅμα Νεάρχῳ (Νεόφρονι. cf. Suid. s. h. v.). Εὐφυὴς πρὸς τὸ αὐτοσχεδιάζειν καὶ ῥύμῃ πολλῇ φέρεσθαι. Καὶ φέρεται λόγος, ὡς ὁ Καλλισθένης ὑπὸ φθειρῶν ὑπερβλύσεως καὶ ἐκβράσεως τὸν βίον καταστρέφει· καὶ μαρτυρεῖ ὁ ἴαμβος οὗτος·

Καὶ φθειριῶσαν, ὡς ὁ πρὶν Καλλισθένης·
περὶ τῆς ἰατρικῆς τέχνης λέγων, ὡς ἠμέλητο πάνυ.

(2) Plutarch. Alex. c. 55 : Καὶ γὰρ ἐτέθραπτο Καλλισθένης παρ' αὐτῷ (τῷ Ἀριστοτέλει) διὰ τὴν συγγένειαν, ἐξ Ἡροῦς γεγονώς, ἀνεψιᾶς Ἀριστοτέλους. WESTERMANNUS (*De Callisthene Olynthio et Pseudo-Callisthene qui dicitur Commentationes quattuor*. Pars I, Lips. 1838. Pars II, 1841 et 1842.) I, p. 3 : « Ipsum ἀνεψιᾶς vocabulum quo sensu intelligi voluerit Plutarchus paullulum dubitari potest, quoniam eo Græci, sicut v. *consobrinæ* Romani, et fratris sive sororis filiam et quamlibet affinem (cf. Plut. Solon. c. 1) significare solent. Prius si hoc loco præfers, Hero fuerit filia Arimnestæ, sororis Aristotelis, fratre unico Arimnesto sine liberis mortuo. Jam Aristoteles ipse natus est demum Ol. 99, 1. 384 a. C.; cujus etiamsi sororem natu majorem fuisse concedamus, tamen ex lege naturæ nepotem ante Ol. 107 ex ea nasci potuisse vix est credibile : hoc autem tempore Callisthenem jam aliquatenus adolevisse ex eis apparebit, quæ deinde disputabimus. Itaque veri similius est alterum, Hero fuisse quovis alio affinitatis gradu cum Aristotele conjunctam. »

(3) SEVIN. *Recherches sur la vie et les ouvrages de Callisthène* in *Mém. de l'Acad. des I. et belles L.* tom. IX, p. 198 sqq. Cf. GEIER. Alex. Histor. Script. p. 192, ubi disputat contra Westermannum, qui natales C. referri malebat ad Ol. 104 vel 105.

(4) Contra Seneca Suasor. I, p. 6 Bip. et Solinus c. 9, p. 29 Salm. Callisthenem Alexandri *præceptorem* et *rectorem* appellant. Cogitaverint illi de auctoritate, qua per aliquantum temporis Callisthenes apud Alexandrum valuit, vel potius sua hauserunt ex declamationibus istis et ῥητορείαις de nefando scelere, quod in philosophum rex juvenis perpetraverit. Nihilominus in errorem se induci passus est Sevinus l. l., ubi hæc : *Après un séjour de quelques années Aristote obtint la permission de se retirer. Callisthène qui l'avait accompagné, prit sa place, il fut déclaré précepteur du fils de Philippe.* Scilicet hoc inesse opinatus est verbis Diogenis Laert. V, 4 : Ἐπειδὴ δὲ ἐδόκει (Ἀριστοτέλης) ἐπιεικῶς αὐτῷ συγγεγενῆσθαι Ἀλεξάνδρῳ, ἀπῆρεν εἰς Ἀθήνας, συστήσας αὐτῷ τὸν συγγενῆ Καλλισθένη τὸν Ὀλύνθιον.

(5) Mutuæ amicitiæ et amoris testis luculentissimus est liber Καλλισθένης ἢ περὶ πένθους inscriptus, in quo sortem Callisthenis tristissimam Theophrastus ploravit.

(6) Idem Westermannus p. 4 not. errorem notat Stahrii (l. l. p. 121), qui cum nostro Callisthene male confudit eum Callisthenem, quem inter bonorum suorum heredes et ipsius testamenti curatores Theophrastus esse voluit (Diog L. V, 53. 56).

virorum ex consuetudine derivare, cui jungendæ colendæque ex Westermanni rationibus tempus brevissimum, fortasse paucorum tantum mensium spatium concedi posset? Ac remansisse in Macedonia Callisthenem haud obscure innuunt verba Diogenis (V, 4; cf. not. 4) : Ἀπῆρεν (Ἀριστοτέλης) εἰς Ἀθήνας, συστήσας αὐτῷ (τῷ Ἀλεξάνδρῳ) τὸν συγγενῆ Καλλισθένη τὸν Ὀλύνθιον, *commendans illi cognatum suum Callisthenem*. Quibus Diogenes idem procul dubio significari voluit, quod disertius eloquitur Suidas (not. 1) verbis : ὃν ἔδωκεν ἕπεσθαι Ἀλεξάνδρῳ τῷ Μακεδόνι. Contra si Justinum audias, non una cum Alexandro Callisthenes in Asiam trajecit, sed aliquanto post, quum de celebritate expeditionis e primis victoriis augurari liceret, hunc sibi gloriæ suæ præconem rex arcessivisse videtur. Scilicet Justinus XII, 6, quo loco de Alexandro agit propter Cliti cædem ingenti luctui indulgente, ad consolandum regem *multum profuere*, inquit, *et Callisthenis philosophi preces, condiscipulatu apud Aristotelem familiaris illi, et tunc ab ipso rege ad prodenda memoriæ acta ejus acciti*. (Particula *tunc* non premenda, sed ad prima expeditionis tempora referenda est.) Cum his fortasse conjungenda sunt quæ nescio quam recte tradit Plutarchus Alex. 53 : Τοὺς πολίτας καταγαγεῖν καὶ κατοικίσαι πάλιν τὴν πατρίδα φιλοτιμούμενος (Καλλισθένης) ἀνέβη πρὸς Ἀλέξανδρον. Id. De Stoic. repugn. c. 20 : Καλλισθένει τινὲς ἐγκαλοῦσιν ὅτι πρὸς Ἀλέξανδρον ἔπλευσεν, ἐλπίζων ἀναστήσειν Ὄλυνθον, ὡς Στάγειρα Ἀριστοτέλης (7).

Callisthenem quæ manserit sors, inter omnes constat. Cujus gloriam posteritati tradere venerat, ab eo mox in vincula conjectus, secundum nonnullos etiam affectus est supplicio. Cecidit vero non scelere oppressus, quippe quod nullum commisisse videatur, sed propterea quod ingenium domare moresque conditioni rerum attemperare non didicerat. « Qua indole Callisthenes fuerit (Westermanni p. 5 verbis utor) intelligetur maxime ex dicto Aristotelis ap. Diog. L. V, 2, 39 : Λέγεται δ' ἐπ' αὐτοῦ (Θεοφράστου) τε καὶ Καλλισθένους τὸ ὅμοιον εἰπεῖν Ἀριστοτέλην, ὅπερ Πλάτωνα, καθὰ προείρηται, φασὶν εἰπεῖν ἐπί τε Ξενοκράτους καὶ αὐτοῦ τούτου· φάναι γὰρ τοῦ μὲν Θεοφράστου καθ' ὑπερβολὴν ὀξύτητος πᾶν τὸ νοηθὲν ἐξερμηνεύοντος, τοῦ δὲ νωθροῦ τὴν φύσιν ὑπάρχοντος, ὡς τῷ μὲν χαλινοῦ δέοι, τῷ δὲ κέντρου. In quibus νωθρὸν τὴν φύσιν, i. e. tardum ingenio et obtusum, erraret qui sic dictum acciperet, quasi omnem in eo animi alacritatem prorsus magister desiderasset. Scilicet nihil aliud sibi voluit Aristoteles quam Callisthenem, si compararetur cum Theophrasto, qui pro excellenti ingenii acumine cuncta facillime assequeretur et egregie exponeret, in ediscenda atque aliis tradenda philosophia longe fuisse inferiorem. Neque alia fuit sententia Platonis et Isocratis, quorum idem dictum traditur de Aristotele et Xenocrate (Diog. L. IV, 2, 6) ac de Theopompo et Ephoro (Cic. Brut. 56; Epist. ad Attic. VI, 1, 12); quippe Xenocrates et Ephorus per se quidem minime spernendi erant, immo suo uterque genere eruditionis aliis multis longe excellebat; sed præ divino Aristotelis ingenio acerrimoque animi ardore Theopompi, tardi tamen, hebetes et obtusi videbantur. Ac de Ephoro quidem non satis liquet, licet haud inepte illud Marxius (Fragm. Ephor. p. 12) ex communi Cumanorum stupore ingeniique tarditate, quæ pæne in proverbium abiit (cf. Strabo XIII, p. 622; Steph. Byz. v. Κύμη) explicet. Verum Xenocrates quo animo fuerit penitus perspectum habemus cum multis aliis ex locis veterum scriptorum, tum ex ejus vita, quæ legitur apud Diogenem L. IV, 2, isque eo rectius ad judicium de Callisthene ferendum a nobis adhibetur, quia iisdem verbis Xenocratis quoque animum describit § 6 : Ἦν δὲ τὴν φύσιν ὥστε φασὶν λέγειν τὸν Πλάτωνα συγκρίνοντα αὐτὸν Ἀριστοτέλει, τῷ μὲν μύωπος δεῖ, τῷ δὲ χαλινοῦ, καὶ, ἐφ' οἷον ἵππον οἷον ὄνον ἀλείφω. Scilicet vir erat probus atque sanctus; quum testimonium aliquando publice dixisset et jurandi causa ad aram accederet, una voce omnes judices, ne juraret, reclamaverunt; integer atque incorruptus; contempsit dona a Philippo, Alexandro, Antipatro oblata; purus atque continens; gravis atque severus; virtutem summopere exaggeravit; cetera extenuavit et abjecit; dictione simplex atque invenustus; ore denique adeo tristi semper atque serio, ut sæpenumero Plato eum increparet, Ξενόκρατες, θύε ταῖς Χάρισι. Ex quo consequitur νωθρότητα illam non tam ingenii hebetudinem significare quam animi atque morum rigorem atque severitatem, quam qui habent (suntque ii homines sane plerumque ingenio aliquantum tardiores), quoniam probitate nititur, nihil extimescere, vitæ dulcedinem contemnere, recta via ad

(7) « Quæ a diversis scriptoribus ejus rei caussæ proferuntur diversissimæ, eæ omnes fortasse aliquid veri in se habent, ut facile inter se conciliari possint... Igitur Alexander quum bellum contra Persas pararet sive in Asiam jam trajecisset [hoc probat Geierus] — quod in controversia relinquendum — accessit ad eum Callisthenes, amore patriæ et miseratione commotus ut Olynthum in pristinum honorem restitueretur petiturus. Commendavit eum ut socium atque comitem Aristoteles, quippe ipse quoque haud leve in eo habiturus rerum suarum adjumentum et subsidium. Alexander autem benigne exceptum condiscipulum, precibus ejus, ut videtur, neque exauditis neque plane spretis, ut rerum gerendarum optatissimum præconem retinuit et in Asiam secum duxit. » WESTERMANN. p. 7.

finem tendere, libere omnia eloqui, itaque hominibus mollioribus, potentibus inprimis, majori offensioni quam delectationi esse solent. Jam eandem fere Callisthenis quoque fuisse indolem, eandem animi fortitudinem, eandem in dicendo audaciam, eandem rerum mortalium contemtionem, ex iis intelligitur quæ de ejus vita memoriæ tradita accepimus. »

Atque minime aptum regum commercio fuisse Callisthenem ob linguam immodice et intempestive liberam Aristoteles bene perspexit. Etenim narrat Diogenes (V, 1, 5): Παρρησιαστικώτερον λαλοῦντα Καλλισθένη τῷ βασιλεῖ καὶ μὴ πειθόμενον αὐτῷ ἐπιπλήξαντα (Ἀριστοτέλη) εἰπεῖν·

Ὠκύμορος δή μοι, τέκος, ἔσσεαι, οἷ' ἀγορεύεις.

Porro Valerius Max. VII, 2, 11 : *Aristoteles*, inquit, *Callisthenem auditorem suum ad Alexandrum dimittens monuit ut cum eo aut rarissime aut quam jucundissime loqueretur : quo scilicet apud regias aures vel silentio tutior, vel sermone esset acceptior.* (Addit : *At ille, dum Alexandrum Persica Macedonum salutatione gaudentem objurgat, et ad Macedonicos mores invitum revocare perseverat, spiritu carere jussus seram neglecti consilii pœnitentiam egit.* Cf. Ammian. Marcell. XVIII, 3, 7.)

Talis igitur Callisthenes ad Alexandrum accessit, a quo tum propter Aristotelis affinitatem tum propter doctrinæ et eloquentiæ laudem benigne acceptus est. Otium impendit et aliis studiis (*) et conscribendis rebus Alexandri, cujus tam studiosum se ostendit laudatorem, ut ne ea quidem, quibus vulgi credulitas vel servile obsequium vel admiratio supra humanam imbecillitatem regem evexit, facundissimus narrator in historias suas recipere spreverit. Verum si Alexandrum rerum gestarum magnitudine omnes mortales superantem ad deos usque efferre historicus haud verebatur, mox ubi supra hominem etiam superbire rex cœpit, philosophus noster ejusdem acerbissimus exstitit adversarius vel certe vituperator molestissimus. Jam evenerunt quæ eventura esse Aristoteles præviderat. Ac primum quidem opera Anaxarchi, aulici potius quam philosophi, factum esse dicitur, ut Alexandri animus a Callisthene abalienaretur. Scilicet post cædem Cliti quum regem ad vitam et ingenium revocare studerent amici, Καλλισθένη τε τὸν φιλόσοφον (Plutarchus ait Alex. c. 52) παρεισήγαγον Ἀριστοτέλους οἰκεῖον ὄντα, καὶ τὸν Ἀβδηρίτην Ἀνάξαρχον. Ὧν Καλλισθένης μὲν ἠθικῶς ἐπειρᾶτο καὶ πρᾴως, ὑποδυόμενος τῷ λόγῳ καὶ περιιὼν ἀλύπως, λαβέσθαι τοῦ πάθους· ὁ δ' Ἀνάξαρχος (1), ἰδίαν τινὰ πορευόμενος ἐξ ἀρχῆς ὁδὸν ἐν φιλοσοφίᾳ, καὶ δόξαν εἰληφὼς ὑπεροψίας καὶ ὀλιγωρίας τῶν συνήθων, εὐθὺς εἰσελθὼν ἀνεβόησεν· « Οὗτός ἐστιν Ἀλέξανδρος, εἰς ὃν ἡ οἰκουμένη νῦν ἀποβλέπει; κτλ.... Τοιούτοις τισὶ λόγοις χρησάμενος ὁ Ἀνάξαρχος τὸ μὲν πάθος ἐκούφισε τοῦ βασιλέως, τὸ δ' ἦθος εἰς πολλὰ χαυνότερον καὶ παρανομώτερον ἐποίησεν, αὑτὸν δὲ δαιμονίως ἐνήρμοσε, καὶ τοῦ Καλλισθένους τὴν ὁμιλίαν, οὐδ' ἄλλως ἐπίχαριν διὰ τὸ αὐστηρὸν οὖσαν, προσδιέβαλε.

Pergit Plutarchus : Λέγεται δέ ποτε παρὰ δεῖπνον ὑπὲρ ὡρῶν καὶ κράσεως τοῦ περιέχοντος λόγων ὄντων, τὸν Καλλισθένη, μετέχοντα δόξης τοῖς λέγουσι, τἀκεῖ μᾶλλον εἶναι ψυχρὰ καὶ δυσχείμερα τῶν Ἑλληνικῶν, ἐναντιουμένου τοῦ Ἀναξάρχου καὶ φιλονεικοῦντος, εἰπεῖν· « Ἀλλὰ μὴν ἀνάγκη σοι ταῦτ' ἐκείνων ὁμολογεῖν ψυχρότερα· σὺ γὰρ ἐκεῖ μὲν ἐν τρίβωνι διεχείμαζες, ἐνταῦθα δὲ τρεῖς ἐπιβεβλημένος δάπιδας κατάκεισαι. (2) » Τὸν μὲν οὖν Ἀνάξαρχον καὶ τοῦτο προσπαρώξυνε.

Cap. 53. Τοὺς δ' ἄλλους σοφιστὰς καὶ κόλακας ὁ Καλλισθένης ἐλύπει, σπουδαζόμενος μὲν ὑπὸ τῶν νέων διὰ τὸν λόγον, οὐχ ἧττον δὲ τοῖς πρεσβυτέροις ἀρέσκων διὰ τὸν βίον, εὔτακτον ὄντα καὶ σεμνὸν καὶ αὐτάρκη (3), καὶ βεβαιοῦντα τὴν λεγομένην τῆς ἀποδημίας πρόφασιν, ὅτι τοὺς πολίτας καταγαγεῖν καὶ κατοικίσαι πάλιν τὴν πατρίδα φιλοτιμούμενος ἀνέβη πρὸς Ἀλέξανδρον. Φθονούμενος δὲ διὰ τὴν δόξαν, ἔστιν ἃ καὶ καθ' αὑτοῦ τοῖς διαβάλλουσι παρεῖχε, τάς τε κλήσεις τὰ πολλὰ διωθούμενος ἔν τε τῷ συνεῖναι βαρύτητι καὶ σιωπῇ δοκῶν οὐκ

(*) Homeri Iliadem una cum Alexandro et Anaxarcho correxit; Hellenicorum suorum libros absolvit (v. infra); Babylone ad Aristotelem misit Chaldæorum observationes astronomicas, teste Simplicio ad Arist. De cœlo 2, p. 123. Cf. Ideler. *Handb. d. Chronol.* I, p. 21.

(1) De Anaxarchi declamatione cf. Arrian. Exp. IV, 9, 9; Plutarch. Ad princip. inerud. c. 4; p. 954 Didot.; Athenæus VI, p. 250 F. Arrianus l. l. de *Callisthenis* consolatione tacet, sed in eodem capite Anaxarcho oratione regis adorationem suadenti opponit Callisthenem τὸν τρόπον ὄντα ὑπαγροικότερον. Justini locum (XII, 6) huc pertinentem supra jam adscripsimus. Propter Arriani de Callisthene regis consolatore silentium, non multum ponderis Plutarchi narrationi tribuendum esse putat Geier. l. l. p. 200.

(2) « Quibus verbis mollitiem et avaritiam notavit miseri hominis et liberalitate Alexandri impudenter abutentis (v. Plutarch. in Apophthegmat. in Alex. § 7), dum ipse paucis contentus viveret : ita ut in eum non quadrarit, quod, quum Callisthenem aliquis felicem prædicaret, quod magnificis ab Alexandro apparatibus exciperetur, Diogenes Sinopensis respondit, Κακοδαίμων μὲν οὖν ἐστιν, ὃς καὶ ἀριστᾷ καὶ δειπνεῖ ὅταν Ἀλεξάνδρῳ δοκῇ (Eadem Plutarch. De exil. c. 12). » WESTERMANN. p. 10.

(3) De Callisthenis sobrietate curaque sanitatis cf. Chares (fr. 7) ap. Athenæum p. 434, D, ubi poculo per orbem eunte Callisthenes bibere noluisse narratur eamque ob rem interpellatus respondisse : οὐδὲν δέομαι Ἀλεξάνδρου πιὼν τοῦ Ἀσκληπιοῦ δεῖσθαι. Ejusmodi prudentia invisa turbæ potatorum. Plutarch. Sympos. I, 6, 1 : Δοκεῖ δὲ καὶ Καλλισθένης ἐν διαβολῇ γενέσθαι πρὸς αὐτὸν ὡς δυσχεραίνων δειπνεῖν διὰ τὸν πότον. Vide Krügerum in Censura libri Droyseniani (ALEXANDER) in *Jahn. Jahrb.* 1835, tom. XV, p. 189 sq.

ἐπαινεῖν οὐδ' ἀρέσκεσθαι τοῖς γινομένοις, ὥστε καὶ τὸν Ἀλέξανδρον εἰπεῖν ἐπ' αὐτῷ·

Μισῶ σοφιστὴν, ὅστις οὐχ αὑτῷ σοφός (4).

Λέγεται δέ ποτε, πολλῶν παρακεκλημένων ἐπὶ τὸ δεῖπνον, ἐπαινέσαι κελευσθεὶς ἐπὶ τοῦ ποτηρίου Μακεδόνας ὁ Καλλισθένης, οὕτως εὐροῆσαι πρὸς τὴν ὑπόθεσιν, ὥστ' ἀνισταμένους κροτεῖν καὶ βάλλειν τοὺς στεφάνους ἐπ' αὐτόν· εἰπεῖν οὖν τὸν Ἀλέξανδρον, ὅτι, κατ' Εὐριπίδην, τὸν λαβόντα τῶν λόγων

Καλὰς ἀφορμὰς, οὐ μέγ' ἔργον εὖ λέγειν·

« Ἀλλ' ἔνδειξαι (φάναι) τὴν σαυτοῦ δύναμιν ἡμῖν, κατηγορήσας Μακεδόνων, ἵνα καὶ βελτίους γένωνται μαθόντες ἃ πλημμελοῦσιν. » Οὕτω δὴ τὸν ἄνδρα, πρὸς τὴν παλινῳδίαν τραπόμενον, πολλὰ παῤῥησιάσασθαι κατὰ τῶν Μακεδόνων, καὶ τὴν Ἑλληνικὴν στάσιν αἰτίαν ἀποφήναντα τῆς γενομένης περὶ Φίλιππον αὐξήσεως καὶ δυνάμεως, εἰπεῖν·

Ἐν δὲ διχοστασίῃ καὶ ὁ πάγκακος ἔλλαχε τιμῆς.

Ἐφ' ᾧ πικρὸν καὶ βαρὺ ἐγγενέσθαι μῖσος τοῖς Μακεδόσι· καὶ τὸν Ἀλέξανδρον εἰπεῖν, ὡς οὐ τῆς δεινότητος ὁ Καλλισθένης, ἀλλὰ τῆς δυσμενείας Μακεδόσιν ἀπόδειξιν δέδωκε.

Cap. 54. Ταῦτα μὲν οὖν ὁ Ἕρμιππός φησι τὸν ἀναγνώστην τοῦ Καλλισθένους Στροῖβον Ἀριστοτέλει διηγεῖσθαι· τὸν δὲ Καλλισθένη, συνέντα τὴν ἀλλοτριότητα τοῦ βασιλέως, δὶς ἢ τρὶς ἐπανιόντα πρὸς αὐτὸν εἰπεῖν·

Κάτθανε καὶ Πάτροκλος, ὅπερ σέο πολλὸν ἀμείνων.

Οὐ φαύλως οὖν εἰπεῖν ἔοικεν ὁ Ἀριστοτέλης, ὅτι Καλλισθένης λόγῳ μὲν ἦν δυνατὸς καὶ μέγας, νοῦν δ' οὐκ εἶχεν (5). Ἀλλὰ τήν γε προσκύνησιν ἰσχυρῶς ἀπωσάμενος καὶ φιλοσόφως, καὶ μόνος ἐν φανερῷ διελθὼν, ἃ κρύφα πάντες οἱ βέλτιστοι καὶ πρεσβύτατοι τῶν Μακεδόνων ἠγανάκτουν, τοὺς μὲν Ἕλληνας αἰσχύνης ἀπήλλαξε μεγάλης (6), καὶ μείζονος Ἀλέξανδρον, ἀποτρέψας τὴν προσκύνησιν, αὑτὸν δ' ἀπώλεσεν, ἐκβιάσασθαι δοκῶν μᾶλλον ἢ πεῖσαι τὸν βασιλέα. Χάρης δ' ὁ Μυτιληναῖος φησὶ, τὸν Ἀλέξανδρον ἐν τῷ συμποσίῳ πιόντα φιάλην προτεῖναί τινι τῶν φίλων, τὸν δὲ δεξάμενον πρὸς ἑστίαν ἀναστῆναι, καὶ πιόντα προσκυνῆσαι πρῶτον, εἶτα φιλῆσαι τὸν Ἀλέξανδρον ἐν τῷ συμποσίῳ, καὶ κατακλιθῆναι. Πάντων δὲ τοῦτο ποιούντων ἐφεξῆς, τὸν Καλλισθένη λαβόντα τὴν φιάλην, οὐ προσέχοντος τοῦ βασιλέως, ἀλλ' Ἡφαιστίωνι προσδιαλεγομένου, πιόντα προσιέναι φιλήσοντα. Δημητρίου δὲ, τοῦ προσονομαζομένου Φείδωνος, εἰπόντος· « Ὦ βασιλεῦ, μὴ φιλήσῃς· οὗτος γάρ σε μόνος οὐ προσκεκύνηκε· » διακλῖναι τὸ φίλημα τὸν Ἀλέξανδρον· τὸν δὲ Καλλισθένη μέγα φθεγξάμενον εἰπεῖν· « Φιλήματι τοίνυν ἔλασσον ἔχων ἄπειμι. »

Cap. 55. Τοιαύτης ὑπογενομένης ἀλλοτριότητος, πρῶτον μὲν Ἡφαιστίων ἐπιστεύετο, λέγων ὅτι συνθέμενος πρὸς αὐτὸν ὁ Καλλισθένης προσκυνῆσαι, ψεύσαιτο τὴν ὁμολογίαν· ἔπειτα Λυσίμαχοι καὶ Ἄγνωνες ἐπεφύοντο, φάσκοντες περιιέναι τὸν σοφιστὴν, ὡς ἐπὶ καταλύσει τυραννίδος μέγα φρονοῦντα, καὶ συντρέχειν πρὸς αὐτὸν τὰ μειράκια, καὶ περιέπειν, ὡς μόνον ἐλεύθερον ἐν τοσαύταις μυριάσι. Διὸ καὶ τῶν περὶ Ἑρμόλαον ἐπιβουλευσάντων τῷ Ἀλεξάνδρῳ, καὶ φανερῶν γενομένων, ἔδοξαν ἀληθέσιν ὅμοια κατηγορεῖν οἱ διαβάλλοντες, ὡς τῷ μὲν προβαλόντι, πῶς ἂν ἐνδοξότατος γένοιτο ἄνθρωπος, εἶπεν, « Ἂν ἀποκτείνῃ τὸν ἐνδοξότατον· » τὸν δ' Ἑρμόλαον ἐπὶ τὴν πρᾶξιν παροξύνων, ἐκέλευε μὴ δεδιέναι τὴν χρυσῆν κλίνην, ἀλλὰ μνημονεύειν ὅτι καὶ νοσοῦντι καὶ τιτρωσκομένῳ πρόσεισιν ἀνθρώπῳ (7). Καίτοι τῶν περὶ Ἑρμόλαον οὐδεὶς, οὐδὲ διὰ τῆς ἐσχάτης ἀνάγκης, τοῦ Καλλισθένους κατεῖπεν (8).

(4) « *Qui ipse sibi sapiens prodesse non quit, nequidquam sapit.* » Ennius ap. Cic. Ep. ad fam. VII, 6. Cf. ibid. XIII, 15; De off. III, 15; Plutarch. De occult. viv. c. 1.

(5) Cf. Joh. Lydus De mens. III, 36, p 45 ed. Rœth. (et Cram. An. Paris. I, pag. 329) : Ἀριστοτέλης τὸν Καλλισθένην ἀπέσκωψε τὸν μὲν περιττὸν νοῦν ἔχειν, τὸν δὲ ἀνθρώπινον ἀποβεβληκέναι. Ubi νοῦς ἀνθρώπινος dicitur ista ingenii dexteritas, qua suis quisque commodis præ ceteris consulit; virtus in aulicis maxime conspicua. Cf. Krüger. l. l. p. 195.

(6) Cf. Curt. VIII, 5, 20 : *Æquis auribus Callisthenes veluti vindex publicæ libertatis audiebatur.* Ibid. § 13 : *Gravitas viri et prompta libertas invisa erat regi, quasi solus Macedonas paratos ad tale obsequium moraretur.* Cf. Arrian. IV, 10, 7 sqq.; Justin. XII, 7; Itinerar. Alex. c. 92. Ceterum miror summopere istam προσκύνησιν suum apud Germanos invenisse defensorem, qui itaque vanæ stupiditatis crimine Callisthenem onerat. Vide Krüger. l. l.

(7) Hæc dicta Callisthene plane indigna inter mera commenta recte refert Westermannus p. 9. Plutarcheis adde locum Arriani in Exp. IV, 10, 4 : Εἰσὶ δὲ οἳ καὶ τάδε ἀνέγραψαν, ὡς ἄρα ἤρετό ποτε αὐτὸν Φιλώτας, ὅντινα οἴοιτο μάλιστα τιμηθῆναι πρὸς τῆς Ἀθηναίων πόλεως· τὸν δὲ ἀποκρίνασθαι Ἁρμόδιον καὶ Ἀριστογείτονα, ὅτι τὸν ἕτερον τοῖν τυράννοιν ἔκτειναν καὶ τυραννίδα ὅτι κατέλυσαν· ἐρέσθαι αὖθις τὸν Φιλώταν εἰ τῷ τύραννον κτείναντι ὑπάρχει παρ' οὕστινας ἐθέλει τῶν Ἑλλήνων φυγόντα σώζεσθαι· καὶ ἀποκρίνασθαι αὖθις Καλλισθένην, εἰ καὶ μὴ παρ' ἄλλους, παρά γε Ἀθηναίους ὅτι φυγόντι ὑπάρχει σώζεσθαι· τούτους γὰρ καὶ πρὸς Εὐρυσθέα πολεμῆσαι ὑπὲρ τῶν παίδων τῶν Ἡρακλέους, τυραννοῦντα ἐν τῷ τότε τῆς Ἑλλάδος. De Philotæ perduellione cf. Arrian. III, 56.

(8) Contrarium affirmant Aristobulus et Ptolemæus (fr. 13) ap. Arrian. IV, 14, 1 : Ἀριστόβουλος μὲν λέγει ὅτι καὶ Καλλισθένην ἐπᾶραι σφᾶς ἔφασαν (sc. Hermolaus et Sostratus) ἐς τὸ τόλμημα, καὶ Πτολεμαῖος ὡσαύτως λέγει. Οἱ δὲ οὐ ταύτῃ λέγουσιν, ἀλλὰ διὰ μῖσος γὰρ τὸ ἤδη ὂν πρὸς Καλλισθένην ἐξ Ἀλεξάνδρου καὶ ὅτι ὁ Ἑρμόλαος ἐς τὰ μάλιστα ἐπιτήδειος ἦν τῷ Καλλισθένει, οὐ χαλεπῶς πιστεῦσαι τὰ χείρω ὑπὲρ Καλλισθένους Ἀλέξανδρον. Curtius VIII, 6, 24 : *Callisthenem non ut participem facinoris nominatum esse constabat, sed solitum esse puerorum sermonibus vituperantium criminantiumque faciles aures præbere. Quidam adjiciunt, quum Hermolaus apud eum quoque verberatum se a rege quereretur, dixisse Callisthenem,*

Ἀλλὰ καὶ Ἀλέξανδρος αὐτὸς εὐθὺς Κρατερῷ γράφων καὶ Ἀττάλῳ καὶ Ἀλκέτᾳ, φησὶ, τοὺς παῖδας βασανιζομένους ὁμολογεῖν, ὡς αὐτοὶ ταῦτα πράξειαν, ἄλλος δ' οὐδεὶς συνειδείη. Ὕστερον δὲ γράφων πρὸς Ἀντίπατρον, καὶ τὸν Καλλισθένη συνεπαιτιασάμενος· « Οἱ μὲν παῖδες (φησὶν) ὑπὸ τῶν Μακεδόνων κατελεύσθησαν (9)· τὸν δὲ σοφιστὴν ἐγὼ κολάσω, καὶ τοὺς ἐκπέμψαντας αὐτὸν, καὶ τοὺς ὑποδεχομένους ταῖς πόλεσι τοὺς ἐμοὶ ἐπιβουλεύοντας », ἄντικρυς ἔν γε τούτοις ἀποκαλυπτόμενος πρὸς Ἀριστοτέλη· καὶ γὰρ ἐτέθραπτο Καλλισθένης παρ' αὐτῷ διὰ τὴν συγγένειαν, ἐξ Ἡροῦς γεγονὼς, ἀνεψιᾶς Ἀριστοτέλους. Ἀποθανεῖν δ' αὐτὸν οἱ μὲν ὑπ' Ἀλεξάνδρου κρεμασθέντα λέγουσιν, οἱ δ' ἐν πέδαις δεδεμένον καὶ νοσήσαντα· Χάρης δὲ, μετὰ τὴν σύλληψιν ἑπτὰ μῆνας φυλάττεσθαι δεδεμένον, ὡς ἐν τῷ συνεδρίῳ κριθείη, παρόντος Ἀριστοτέλους· ἐν αἷς δ' ἡμέραις Ἀλέξανδρος ἐν Μαλλοῖς Ὀξυδράκαις ἐτρώθη, περὶ τὴν Ἰνδίαν ἀποθανεῖν ὑπέρπαχυν γενόμενον καὶ φθειριάσαντα (10).

Ex allatis luculenter, puto, apparet quantopere variis scriptorum studiis historia Callisthenis sit obscurata. Testimoniorum auctoritate in his ponderare licet perpauca, adeo ut certiores judicii duces sequamur ea quæ de indole ejus et moribus ex Aristotele tradita accepimus. Iis innitentes quid statui velimus, supra jam significavimus. Scilicet

meminisse debere eos jam viros esse; idque an ad consolandam patientiam verberum, an ad incitandum juvenum dolorem dictum esset, in ambiguo fuisse. Ab imprudentiæ crimine philosophum haud absolveris, verum scelesto eum consilio se conjuratoribus adjunxisse, recte, uti censeo, negatur. Aristobulo et Ptolemæo refragatur ipsius testimonium Alexandri. Neque post Hermolai et Sostrati silentium, alia indicia sese obtulisse videntur, quæ nullam de Callisthene sceleris participe dubitationem relinquerent. Quod si aliter res se habuisset, non is fuit Alexander, qui servaret Callisthenem ut coram Aristotele judicium subiret. In vincula conjecit non sicariorum socium, at virum, qui inopportuna sua se gerendi et loquendi ratione animos Macedonum a rege abalienaret, atque impia in aliis consilia evocare posset etiam nescius. Ceterum cf. Krüger l. l.

(9) « Quod accidit non multo post Cliti cædem, Cariatis, Bactrianæ oppido, Olymp. 113, 2. 327. Cf. Strabo XI, p. 517; Arrian. Exp. IV, 14, 7; Plutarch. De adulator. et amic. c. 24; Itinerar. Alex. c. 93 et 103; Orosius Hist. III, 8. » Geier. p. 208.

(10) Cf. Plutarch. Syll. c. 36; Diog. L. V, 1, 5, Suidas v. Καλλισθένης et Νεόφρων (v. not. 1); morbo Callisthenem in vinculis obiisse etiam Aristobulus dicit ap. Arrian. IV, 14, 5. Idque omnino pro vero habendum est. Contra Ptolemæus (fr. 14) tortum et suspensum esse tradit. Aliorum ineptias servavit Justin. XV, 3 : *Quum Alexander M. Callisthenem philosophum propter salutationis Persicæ interpellatum morem, insidiarum, quæ sibi paratæ fuissent, conscium fuisse iratus finxisset, eumque truncatis crudeliter omnibus membris abscissisque auribus ac naso labiisque deforme ac miserandum spectaculum reddidisset; insuper cum cane in cavea clausum ad metum ceterorum circumferret : tunc Lysimachum, audire Callisthenem et præcepta ab eo virtutis accipere solitum, misertum tanti viri, non culpæ sed libertatis pœnas pendentis, venenum ei in remedium calamitatum dedisse.* » Cf. Ovid. Ib. 519. Tatian. Or. adv. Gr. c. 2 [διὰ τὸ μὴ βούλεσθαι αὐτὸν προσκυνεῖν, καθείρξας ὥσπερ ἄρκτον ἢ πάρδαλιν περιέφερε]; Diog. L. l. l.; schol. Lucian. Dial. mort. XIII, 6, ubi leoni objectus esse narratur. Quæ apud Justinum leguntur Westermannus conjicit ad Callisthenem translata esse per rerum memorabilium aucupes a Telesphoro Rhodio, quem crudelissimo hoc supplicio affectum esse a Lysimacho auctores sunt Plutarch. De exil. c. 16 et Seneca De ira III, 17. Equidem propter Lysimachi mentionem hancce narrationem fictam esse suspicor ab Onesicrito philosopho, qui in aula Lysimachi commentarios suos composuit. Narrare hæc debuit fere libro quarto, quem ipsum auctorem coram Lysimacho recitasse scimus. Ceterum bene Westermannus p. 14 : « Quoniam philosophus fuit Callisthenes, haud improbabilis est suspicio a philosophis sodalem lugentibus, peripateticis inprimis, cui scholæ addictus ille fuerat, quæque permagnam Vitarum scriptorum copiam progenuit, Alexandri in illo occidendo supra modum exaggeratam esse crudelitatem. Cf. Ste-Croix. *Exam. crit.* p. 362 sq. Itaque Callisthenis obitum deploravit Theophrastus, dicens eum incidisse in hominem summa potentia summaque fortuna, sed ignarum quemadmodum rebus secundis uti conveniret (Cic. Tusc. III, 10, 21), ac libro singulari Καλλισθένης ἢ περὶ πένθους inscripto sodalis memoriam celebravit (vid. Diog. L. V, 44; Cic. Tusc. V, 9, 25; coll. Alex. Aphrod. in Arist. De an. 2 extr.) [Themist. ait Theophrastem in Callisthene suo docuisse idem esse *fatum et naturam*. Ex hoc libro Th. petitum dictum, quod refellit Plutarch. De fort. 97 : Τύχη τὰ θνητῶν πράγματ', οὐκ εὐβουλία, *Vitam regit fortuna, non sapientia*. Hæc Fabric. B. G. II, 249]; deploraverunt item Seneca et Themistius. Et ille quidem in Quæst. nat. VI, 23 hoc modo de eo scribit : *Hanc* (terræ concussionis caussam) *etiam Callisthenes probat, non contemptus vir. Fuit enim illi nobile ingenium et furibundi regis impatiens. Hoc est Alexandri crimen æternum, quod nulla virtus, nulla bellorum felicitas redimet. Nam quotiens quis dixerit, Occidit Persarum multa millia, opponetur, Et Callisthenem; quotiens dictum erit, Omnia oceano tenus vicit, ipsum quoque tentavit novis classibus et imperium ex angulo Thraciæ usque ad orientis terminos protulit, dicetur, Sed Callisthenem occidit. Omnia licet antiqua ducum regumque exempla transierit, ex his quæ fecit nihil tam magnum erit quam scelus Callisthenis.* Adde Themistii Orat. VII, p. 94; X, p. 129 sq.; XIII, p. 176 ed. Hard. coll. Dion. Chrysost. Or. LXIV, p. 597 sq.; Cic. pr. Rabir. Post. c. 9, 23. Neque rhetorum hallucinationes effugere potuit Callisthenes. Quippe M. Seneca Suasor. I, p. 6 Bip. singularia hæc et inaudita profert : *Orbis illum* (Alexandrum) *suus non capit; itaque nihil dicendum aiebat nisi cum summa veneratione regis, ne accideret idem quod præceptori ejus Callistheni accidit, quem occidit propter intempestive liberos sales. Nam quum deus vellet videri et vulneratus esset, viso sanguine ejus philosophus mirari se dixerat, quod non esset* ἰχὼρ οἷός πέρ τε ῥέει μακάρεσσι θεοῖσι (v. *Il. V*, 340), *ille se ab hac urbanitate lancea vindicavit.* (Anaxarchum hoc dixisse in Alexandrum refert Diog. IX, 60, Dioxippum athletam Aristobul. ap. Athen. p. 251, A; Alexandrum in se ipsum Plutarch. Alex. c. 28). » — Adde Lucian. Alex. et Diog. in Orco (p. 101 Didot.), ubi Diogenes ait Κλεῖτον ὁρῶ καὶ Καλλισθένην καὶ ἄλλους πολλοὺς ἐπί σε ὁρμῶντας, ὡς διασπάσαιντο καὶ ἀμύναιντο ὧν ἔδρασας αὐτούς.

virum agnoscere nobis videmur probum; ob probitatis rigorem ceteramque consuetudinis injucunditatem multis infensum scopumque calumniarum; nimia virtutis conscientia in tanta plurimorum depravatione vanum interdum et superbiorem; socium eorum, quibus Alexander de recta via in diem magis deflectere videbatur, sed qui scelere se contaminari numquam sustinuerit.

De scriptis Callisthenis.

Opera quæ sine ulla controversia ad Callisthenem Olynthium referuntur, tria sunt hæcce:

1. Ἑλληνικὰ ἐν βίβλοις δέκα. fr. 1-17.
(Ol. 98, 2-105, 4. 387-357 a. C.)
2. Περὶ τοῦ ἱεροῦ πολέμου. fr. 18.
(Ol. 105, 4-108, 3. 357-346 a. C.)
3. [Τὰ κατ' Ἀλέξανδρον]. fr. 19-38.
(Ol. 111, 2-112, 3. 335-330 a. C.?)

De *Hellenicis* Diodor. XIV, 117 (ad Ol. 98, 2): Καλλισθένης δ' ὁ ἱστοριογράφος [κατὰ] τὴν τῶν Ἑλληνικῶν σύνταξιν ἀπὸ τῆς κατὰ τοῦτον τὸν ἐνιαυτὸν γενομένης εἰρήνης τοῖς Ἕλλησι πρὸς Ἀρταξέρξην τὸν τῶν Περσῶν βασιλέα (inde a pace, quam Antalcidæ vulgo dicimus) τὴν ἱστορίαν ἦρκται γράφειν· διελθὼν δὲ τριακονταετῆ χρόνον ἔγραψε μὲν βίβλους δέκα, τὴν δὲ τελευταίαν κατέπαυσε τῆς συντάξεως εἰς τὴν ὑπὸ τοῦ Φιλομήλου τοῦ Φωκέως κατάληψιν τοῦ ἐν Δελφοῖς ἱεροῦ (*). — Idem XVI, 14, 4 (ad Ol. 105, 4): Καλλισθένης δὲ τὴν τῶν Ἑλληνικῶν πραγμάτων ἱστορίαν γέγραφεν ἐν βίβλοις δέκα, καὶ κατέστροφεν εἰς τὴν κατάληψιν τοῦ ἱεροῦ καὶ παρανομίαν Φιλομήλου τοῦ Φωκέως.

Opus hoc Callisthenem in Asia absolvisse colligis ex fr. 6 libri quarti. Totum componere inter expeditionum molestias a Græcia longe remotus vix potuit. Quare statuerim historiam jam antea elaboratam, nondum vero foras editam, in iis maxime rebus, quæ ad Asiam et Ægyptum spectant, ab auctore, dum versaretur in his terris, esse retractatam. (**)

De *historia belli sacri* cf. Cicero Ep. ad div. V, 12, 1: *Sed quia videbam Italici belli et civilis historiam jam a te pæne esse perfectam, dixeras autem mihi, te reliquas res ordiri, deesse mihi nolui quin te admonerem, ut cogitares, conjunctene malles cum reliquis rebus nostra contexere, an, ut multi Græci fecerunt, Callisthenes Troicum* (*Foicum* v. l.; *Phocicum* Westerm.) *bellum, Timæus Pyrrhi, Polybius Numantinum, qui omnes a perpetuis suis historiis ea quæ dixi bella separaverunt, tu quoque item civilem conjurationem ab hostilibus externisque bellis sejungere.* Pro *Troicum* (*) Orellius voluit *Crissaicum;* sed unica vera emendatio Westermanni, qui « de Troico bello, ait, cogitari nequit, siquidem separari non possunt quæ jam sunt alienissima et separatissima... Hunc librum quo tempore conscripserit non liquet; sed fortasse juvenis conscripsit eoque Alexandro ita se commendavit, ut ille suas quoque res gerendas ab eo describi concupisceret; nam si nihildum scripsisset, non fuisset cur ille hanc ei provinciam demandaret. »

Tertium opus, quod est *de rebus Alexandri*, Περσικά inscriptum fuisse vel a primis editoribus vel postea a grammaticis, statuunt Sevinus, Sancto-Crucius, Westermannus, Geierus. Scilicet Callisthenis Περσικῶν liber secundus a Suida laudatur de duobus Sardanapallis deque monumento alterius Anchialensi. De his vero in Alexandri historia Callisthenem dixisse tum per se probabile est, tum spondent exempla Clitarchi (fr. 2), Aristobuli (fr. 6), Arriani (II, 5). « Neque in ipsa inscriptione, Westermannus inquit, est quod offendat; nam descripsit auctor res in Asia ab Alexandro gestas et imperii Persarum eversionem. » Quod parum mihi probatur. Facilis quidem conjectura est ex argumento fragmenti Περσικῶν opus quempiam nobis finxisse; sed quæritur an omnino Callisthenis fragmentum sit. Dubia enim res est, quum narrata ita se habeant, ut, confitente Westermanno, a comite Alexandri proficisci vix potuerint. Jam quum de duobus Sardanapallis et monumenti inscriptione eadem afferantur ap. Schol. Aristoph. Av. 1022 ex Περσικοῖς Hellanici (fr. 150), nullus dubito

(*) « Suspicor deesse quidpiam inter βασιλέα et τὴν ἱστορίαν. Nam alioqui ex his duobus accusativis σύνταξιν et ἱστορίαν vacaret alter. » Stephanus. Creuzerus (*Histor. Kunst.* ed. sec. Lips. 1845; p. 380) legendum censet διηνεκῆ ἱστορίαν, *perpetuas historias*, quas Cicero ait loco mox laudando. Vel sic tamen laborat ratio verborum grammatica. Ejicere incommoda possis. Ego inserui voculam κατὰ ante σύνταξιν. Etenim quemadmodum Dinonis, Timæi, aliorum historiæ in plures συντάξεις erant distributæ, similiter Callisthenis opera historica in unum corpus ab editoribus conjungi poterant, cujus prima pars erat ἡ τῶν Ἑλληνικῶν σύνταξις. Certe Hellenica et Alex. Historiam simul post mortem auctoris in publicum prodiisse consentaneum est, quoniam Hellenica in Asia demum absoluta esse liquet.

(**) Simul hinc intelligitur vana esse, quæ de Ephoro ex Callisthenis scriptis in sua multa transferente hariolatur Porphyrius ap. Euseb. P. E. p. 464 (v. Vit. Ephori p. LXIV). Neque de belli sacri historia cogitari potest quippe quam non Ephorus, sed Demophilus filius scripsit. Sin hunc fortasse Callisthenis opere abusum esse credis, Demophilum moneo uno libro et historiam belli sacri, et qui deinceps sequuntur annorum quinque res gestas comprehendisse.

(*) Nullo peculiari opere de mythicis temporibus Callisthenem egisse liquet etiam ex Diodoro (IV, 1), ubi postquam de Ephoro dixerat: τὰς παλαιὰς μυθολογίας ὑπερέβη κτλ., pergit ita: Ὁμοίως δὲ τούτῳ Καλλισθένης καὶ Θεόπομπος, κατὰ τὴν αὐτὴν ἡλικίαν γεγονότες, ἀπέστησαν τῶν παλαιῶν μύθων· ἡμεῖς δὲ τὴν ἐναντίαν τούτοις κρίσιν ἔχοντες καὶ τὸν ἐκ τῆς ἀναγραφῆς πόνον ὑποστάντες τὴν πᾶσαν ἐπιμέλειαν ἐποιησάμεθα τῆς ἀρχαιολογίας. Sed hæc non impediunt quin data occasione uti Theopompus sic Callisthenes ad mythica adscenderit.

quin aut totum fragmentum Hellanico tribuendum sit, aut grammaticus quidam in fonte suo et Callisthenem et Persica Hellanici laudatos reperiens, confusa utriusque scriptoris memoria Callisthenis Περσικά creaverit. Igitur de titulo operis Callisthenis non constat.

Fragmentum 37 pertinet ad descriptionem prœlii ad Arbelam s. Gaugamela commissi (Ol. 112, 2, 331). His auctor sequentia subjunxerit usque ad mortem Darii (330). Ulterius progressus esse non videtur. « Etenim Plutarchus (Alex. 46. V. Onesicrit. fr. 5) ubi de Amazonis ad Alexandrum egit adventu ab aliis auctoribus inter vera relato, ab aliis in commentis habito, quum *præter unum Callisthenem*, ad cujus Persica sæpius provocavit in antecedentibus, omnes diligentissime recensuerit Alexandri rerum auctores, quorum quidem ipse libris usus est, haud vana profecto hinc emergit suspicio, non perducta fuisse Callisthenis Persica usque ad πολυθρύλλητον istum Amazonis adventum, quippe qui inter Sogdianam Alexandri expeditionem (Ol. 112, 4. 329 a. C.) vulgo ponatur. Atqui prœlium ad Gaugamela factum scriptis attigisse scimus Callisthenem. Ergo quis dubitaverit, quin eodem anno, in quem Darii cædes incidit, substiterit Olynthius in Alexandri rebus conscribendis, id quod egregie quadrat ad ea, quæ de viri vita supra commentati sumus, ubi eodem fere tempore Callisthenis animum magis magisque ab Alexandro abalienatum esse vidimus. » Hæc Geierus p. 220. — Jam quis scripta post mortem auctoris collegerit et primus ediderit, quærere inutile est, quum de hac re altum sit silentium. Eorum vero sententia, qui historias has a calumniatoribus deformatas esse suspicantur, omni caret fundamento, uti recte monent Westermannus et Geierus.

Accedo ad ea opera Callisthenis, quæ utrum Olynthii fuerint an alius ejusdem nominis viri, veterum auctoritate comprobari nequit. Ecce titulorum laterculum :

1. Περίπλους (fr. 39. 40). Sch. Apoll. Rh.
2. Ἀποφθέγματα (fr. 41). Photius.
3. Μακεδονικά (fr. 42). Plut. Par.; Stobæus.
4. Θρᾳκικά (fr. 44). Plut. Par.
5. Μεταμορφώσεις (fr. 45). Idem et Stobæus.
6. Κυνηγετικά (fr. 46). Plut. De fluv.

Hæc omnia a Nostro aliena esse puto. Ac Μεταμορφώσεις quidem et Κυνηγετικὰ non esse C. Olynthii, ex ipsis librorum argumentis collegeris. Iisdem accenseas collectionem Ἀποφθεγμάτων. Verum sane est Lynceum quoque *peripateticum* Ἀποφθέγματα scripsisse (Athen. p. 245 a, 248 d, 337 d); sed præter *peripatetici* titulum hic Theophrasti discipulus et poeta comicus et ἐπιστολῶν δειπνητικῶν et τέχνης ὀψωνητικῆς auctor, cum Callisthene Olynthio nihil habet commune : alia ætas, diversi plane mores et ingenium.

Major dubitatio esse possit de scriptore Μακεδονικῶν et Θρᾳκικῶν. Sed quæ ex Θρᾳκικῶν libris narrantur fabulosa atque si spectes antiquissimam imperii Atheniensium famam inepte composita et Olynthio plane indigna esse bene monet Westermannus. Ejusdem farinæ fragmentum est ex Macedonica historia petitum (v. not. ad fr. 42). Huc accedit quod et Θρᾳκικὰ et Μακεδονικὰ et Μεταμορφώσεις ex iisdem Plutarchi et Stobæi libris in notitiam nostram venere. Unde vero fit simillimum ab eodem auctore profecta esse. Et quoniam alio ejusdem Stobæi loco laudatur CALLISTHENES SYBARITA (*) Γαλατικῶν scriptor (fr. 47), cujus de ea-

(*) C. Sybarita vixit ante Timagenem Syrum, qui opere ejus usus est. Timagenes Syrus non diversus ab T. Alexandrino, Pompeii et Cæsaris æquali. Porro si vera est uti veri simillima est Galei conjectura, Callisthenis nomen ap. Stephanum abiisse in illud *Eratosthenis*, item Galaticorum auctoris, ex Stephan. Byz. v. Βοὸς κεφαλαί (v. not. ad fr. 47) sequitur Callisthenem vixisse post Prusiam II, qui bellum gessit contra Attalum (II Philadelphum, circa 156 a. C. Vid. Clinton. F. H. tom. III, p. 407, coll. p. 415 not., ubi Clinton. ut Eratostheni Galatica vindicari possint, fortasse de Prusia I cogitandum esse dicit parum probabiliter). Hinc ætas Callisthenis terminis sat angustis circumscribitur. « Præter auctorem rerum Gallicarum ejusdem nominis, ut mittam olympionicam Laconem Ol. 26 apud Euseb. Chr. p. 40, duo tantum, quod sciam, aliqua cum laude a veteribus scriptoribus nominantur, uterque Atheniensis, Olynthii æquales : unus prætor Atheniensium, quem sunt qui cum Olynthio confundant. In his Sevinus est, qui p. 135 ad Olynthium refert locum Aristotelis Rhetor. II, 3, 13 : Πρᾷοι γὰρ γίγνονται, ὅταν εἰς ἄλλον τὴν ὀργὴν ἀναλώσωσιν· οἷον συνέβη ἐπὶ Ἐργοφίλου· μᾶλλον γὰρ χαλεπαίνοντες ἢ Καλλισθένει ἀφῆσαν διὰ τὸ Καλλισθένους τῇ προτεραίᾳ καταγνῶναι θάνατον, id quod in concione Macedonum accidisse asseverat. Verum apparet Atheniensium judicium significari; Ergophilus enim στρατηγὸς Ἀθηναίων, ut ait Harpocration, Callisthenes autem item prætor, is quem propter res in Macedonia infeliciter gestas ad mortem condemnatum esse dicit Æschines Or. de fals. leg. § 30. Alter Callisthenes orator atque demagogus fuit, Philippi adversarius, cujus decretum recitari jubet Demosth. Or. de cor. p. 238, § 37, quem comici traducunt apud Athen. VIII, p. 338, F; 341, F, quem Alexander cum aliis tradi sibi jussit, Plutarch. Dem. c. 23, adversus quem per εἰσαγγελίαν accusatum orationem scripsit Dinarchus sec. Dionys. Halic. Din. c. 10 (cf. Dem. Lept. § 33), ubi Κλεισθένους in Καλλισθένους corrigendum est; cf. nostr. Hist. eloq. gr. p. 313. Hujus etiam fortasse dictum est quod affert Lucian. Encom. Dem. c. 15 (p. 750 Didot.), τὸν Αἰσχύλον τὰς τραγῳδίας ἐν οἴνῳ γράφειν ἐξορμῶντα καὶ ἀναθερμαίνοντα τὴν ψυχήν, quo poterat suam aut alius vinolentiam per jocum velle excusare; quanquam non primus dixit Callisthenes : eodem enim nomine jam olim Sophocles Æschylum reprehendisse dicitur; vid. Athen. I, p. 22, A; X, p. 428, F; Eustath. ad Odyss. X, 298, p. 1598, coll. Plut. Sympos. quæst. VII, 10, 2. Memoratur præterea Callisthenes quidam *Atheniensis* apud Xenoph. Hellen. IV, 8, 13. Callisthenes

dem re meminit etiam Plutarchus in libro De fluviis, nescio an verum tetigerim, si omnia hæc opera Sybaritæ assignanda esse statuam. — Quod *Periplum* attinet, Callisthenes cum Callistrato confusus esse mihi videtur (vide not. ad fr. 40). Ea nomina permutantur sæpius (vide fr. 48. 49).

Præter historias Callisthenem Olynthium De Natura oculi et De Plantis libros scripsisse statuit Westermannus. Etenim Chalcidius ad Platon. Tim. p. 340 Meurs. : *Demonstranda igitur oculi natura est, de qua cum plerique alii tum Alcmæo Crotoniensis in physicis exercitatus quique primus exsectionem aggredi est ausus, et Callisthenes, Aristotelis auditor, et Herophilus multa et præclara in lucem protulerunt.* « Quæ tam sunt plana atque aperta (Westerm. ait), ut nullam admittant dubitationem; certe nimis esset suspicax, qui Chalcidium, hominem quarto ineunte p. Ch. n. sæculo viventem, verba illa *Aristotelis auditor* de suo addidisse putaret. Nam qui reputet, quam diversa sint in quibus Aristoteles excelluit genera litterarum, concedet discipulum ejus quoque præter historiam etiam physicam inprimis tractare potuisse; id quod in Callisthene clarius etiam infra apparebit. Itaque nec absurdum est eundem credere significari ab Epiphanio Adv. hæres. 1, 3, qui inter scriptores *De natura atque vi plantarum* Callisthenem quoque nominat, id quod Plinius confirmat, qui quæ de plantis Asiæ habet Hist. nat. lib. XII, c. 5 sqq. et lib. XIII, in horum librorum indice ipse partim ex Callisthene hausta esse confitetur; quæ omnia ex Persicis deprompta esse ad suspicandum facilius est quam ad probandum. Accedit quod vix aliunde quam ex libro De plantis petita esse possunt, quæ habet Aristoteles De mir. ausc. c. 132 (fr. 34); quem librum etsi Aristoteles ipse non scripsit, tamen si verum est, quod opinantur, jam tertio cum ante Chr. n. sæculo in hominum manibus fuisse, de alio Callisthene quam de Aristotelis discipulo prorsus non licet cogitare. » — Quod Chalcidii locum attinet, unus sum eorum, quos nimis suspicaces Westermannus dicit. Locus vero Aristotelis ad Alexandri historiam refertur commodissime; nec quidquam probat Plinius una cum Callisthene recensens Clitarchum, Anaximenem, Nearchum, Onesicritum, alios rerum Alexandri scriptores, quos in plantis Asiæ describendis sat multos fuisse compertum habemus.

His absolutis revertentes ad Olynthium, quæ ejus commentariorum fuerit indoles paucis exponamus. Ac primum quidem summopere Callisthenem studuisse narrationis ubertati varietatique fragmenta perlustrans facile intelliges. Quæ ex Hellenicis servata habemus, eorum magna pars ab ipsa historia, quam tractandam sibi sumpserat, aliena est (v. fr. 3. 4. 6. 7. 8. 10. 11. 15. 16). Inter hæc disputationes de incrementis Nili fluvii (fr. 6) et de causis, quæ Helicen et Burin urbes in mare demerserint (fr. 8), rerum naturalium scrutatorem Aristotelis disciplina formatum ostendunt luculenter. In describendis oraculis rebusque sacris valde placuisse sibi videtur (fr. 3. 4); neque a portentorum expositione abhorruit, sive talia religiositate motus, sive, quod probabilius, ornandæ narrationis causa adsciverit. — Eandem rerum copiam in Alexandri historia deprehendimus, ubi permultus fuit de regionibus Asiæ minoris deque populis, qui pridem eas incoluerint (*). Scilicet summo studio tractare solebat carmina Homerica. « Id quod, ut Westermannus ait, non solum in colloquiis recitandis sæpenumero versibus Homericis, verum etiam eo probavit, quod Iliadem jussu Alexandri eoque ipso præeunte una cum Anaxarcho correxit itaque novam ejus recensionem paravit, quæ quoniam in capsula pretiosissima in Persico thesauro reperta ab Alexandro circumferebatur, ἡ ἐκ τοῦ νάρθηκος vocata est; vid. Strabo XIII, p. 594, quamquam ab Aristotele eam profectam dicit Plutarch. Alex. c. 8; cf. Wolf. Prolegg. p. 183 sqq. Has autem correctiones vel maxime pertinuisse ad res geographicas eosque Asiæ populos, quos Trojanis auxilio venisse Homerus tradidisset, quorumque sedes atque nomina nunc Alexander sociique aliquatenus ab Homericis discrepare intelligerent, recte demonstravit C. Lehrs De Aristarchi stud. Homer. p. 245 sq. » Hæc igitur cu-

Haliartius ap. Plutarch. Narrat. amat. c 1 [p. 943 Didot.], Callisthenes, *Luculli libertus*, ap. Eund. An sen. ger. s. resp. c. 16 [p. 967 Didot.], Vit. Lucull. c. 43, Harpocrat. v. Στεφανῶν; alii ejusdem cognominis in inscriptionibus ap. Bœckh. Corp. Inscr. I, nr. 214, 115, 168 b, (343 b, 3664, 2077 b; Add. tom. 2). Cf. Droysen *Ztschft. f. Alterthumsw.* 1839 n. 114, p. 920, Bœhnecke *Forsch.* I, p. 618 sqq. » — « Callisthenis nomen in libris manu scriptis nonnunquam corruptum et cum aliis ejusdem aut initii aut exitus confusum est, uti cum *Eratosthene* ap. Phavorin. [fr. 4], atque in versione latina ap. Strabon. XVII, p. 790 [fr. 6], item cum *Demosthene*, ut conjicio, ap. Steph. Byz. v. Χαλκεῖα [v. not. ad fr. 35], cum *Clisthene* ap. Dion. Hal. Dinarch. c. 10 [v. supra], cum *Antisthene* in libris manuscr., ut videtur, historiæ Pseudo-Callistheneæ; cum *Callixeno* ap. Plin. H. N. XXXVI, 9, 67 [ubi *Callisthenes* Harduinus in suis libris se reperisse dicit; Siebelis in var. lect. affert : *Calisthenus*, *Callischenus*, *Calixemis*. Sermo est de obelisco sub regno Ptolemæi II in altum erecto], tum aliquoties cum Callistrato [fr. 48. 49]. » Hæc Westermannus.

(*) Callisthenem inter fontes suos numerat Scymnus Chius v. 124, ubi nomen Nostri ex superstitum literarum vestigiis (Καλλισθέν) bene elicuit Miller. in ed. Marciani Heracleot. p. 296.

riosam viri eruditionem, atque merito *doctum* a Cicerone (Or. pro Rabir. Post. c. 9) Callisthenem appellari coarguunt. Verum quemadmodum antiquariisistis studiis supersedere poterat expeditionum prœliorumque narrator, sic peritiam quandam rerum militarium jure nobis postulamus. At rudem prorsus earum Callisthenem fuisse ideoque in pugnarum descriptione sæpenumero ineptire uno sed præclaro exemplo Polybius nescio an paullo acerbius exponit (fr. 33). Nihilo secius ab eodem Polybio (fr. 17) Callisthenes una cum Xenophonte, Ephoro, Platone inter τοὺς λογιωτάτους τῶν ἀρχαίων συγγραφέων recensetur. Et quanta ejus apud Alexandrinos grammaticos existimatio fuerit inde patet, quod cum Ephoro, Anaximene, Clitarcho in Canonem historicorum receptus est (Montef. Bibl. Coisl. p. 597). Quam quidem laudem non tam propter eruditionem, qua scripta ejus excellunt, quam propter orationis ornatum ceteraque narrationis lenocinia adeptus esse videtur. Etenim λόγῳ ἦν δυνατὸς καὶ μέγας, uti Aristoteles dicit (Plut. Alex. 53), atque specimen eloquentiæ, quæ in admirationem Macedones abripuit supra jam commemoravimus (ex Plut. Alex. 54). Hanc igitur facundiam Callisthenem etiam ad historias transtulisse testis est Cicero (De orat. II, 14, 58), qui eum *pæne rhetoris more* scripsisse affirmat. Simile quid Cicero significare voluerit in Ep. ad Quint. fratr. II, 13 : *Ad Callisthenem*, ait, *et Philistum redeo, in quibus video te volutatum. Callisthenes quidem vulgare et notum negotium, quemadmodum Græci aliquot locuti sunt; Siculus ille, capitalis, creber, acutus, brevis, pæne pusillus Thucydides.* Ubi illud *vulgare et notum negotium* recte, puto, Geierus intelligit de rhetorico dicendi genere, quod ea ætate ab omnibus fere historicis tritum sit et usurpatum, dum alia plane sectaretur Philistus (*). Apud Longinum (De subl. III, 2), severum sane judicem, vituperatur Callisthenes quod oratio ejus interdum non vere sublimis, sed inani potius tumore sit elata. Verba sunt : Ταύτῃ καὶ τὰ τοῦ Λεοντίνου Γοργίου γελᾶται, γράφοντος, « Ξέρξης ὁ τῶν Περσῶν Ζεὺς », καὶ « Γῦπες, ἔμψυχοι τάφοι »· καί τινα τῶν Καλλισθένους, ὄντα οὐχ ὑψηλὰ, ἀλλὰ μετέωρα. Tale vero scribendi genus perniciosam sæpenumero vim in fidem et auctoritatem scriptoris exercere satis constat. Quod quatenus in Callisthenem cadat, fragmentis non demonstratur quidem certissime, subindicatur tamen, veluti iis quæ de Alexandri per Pamphyliam itinere juxta maris oram instituto servavit Eustathius (fr. 25), ubi mare dicitur ἐξυπαναστῆναι αἰσθόμενον οἷον τῆς ἐκείνου πορείας καὶ οὐδ' αὐτὸ ἀγνοῆσαν τὸν ἄνακτα, ἵνα ἐν τῷ ὑποκυρτοῦσθαί πως δοκῇ προσκυνεῖν. Simillima leguntur fr. 36 de itinere ad Ammonem non sine numine facto deque oraculo Branchidarum. Ejusmodi vel κολακείας dixeris vel δεισιδαιμονίας exempla quamquam ne ab optimis quidem scriptoribus prorsus absunt, in Callisthene tamen nimis crebra fuisse videntur, quam ut sinceram nudæ veritatis tradendæ voluntatem ei tribuamus. Etenim Polybius (XII, 12 c. Exc. Vatican.) de Timæo refert hæc : * * κατηγορεῖν καὶ διασύρειν τῶν ὀνειρωττόντων καὶ δαιμονώντων ἐν τοῖς ὑπομνήμασιν· ὅσοι γε μὴν αὐτοὶ πολλὴν τῆς τοιαύτης ἐμπεποίηνται φλυαρίας, τοὺς τοιούτους ἀγαπᾶν ἂν δέοι μὴ τυγχάνοντας κατηγορίας, μηδέ τι καὶ τῶν ἄλλων αὐτοὺς κατατρέχειν, ὃ συμβέβηκε περὶ Τίμαιον. Ἐκεῖνος γὰρ κόλακα μὲν εἶναι φησὶ τὸν Καλλισθένην τὰ τοιαῦτα γράφοντα, καὶ πλεῖστον ἀπέχειν φιλοσοφίας, κόραξι δὲ προσέχοντα καὶ κορυβαντιώσαις γυναιξί· δικαίως δ' αὐτὸν ὑπ' Ἀλεξάνδρου τετευχέναι τιμωρίας διεφθαρκότα τὴν ἐκείνου ψυχὴν καθόσον οἷός τε ἦν· Δημοσθένην μὲν καὶ τοὺς ἄλλους ῥήτορας τοὺς κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν ἀκμάσαντας ἐπαινεῖ καὶ φησὶ τῆς Ἑλλάδος ἀξίους γεγονέναι, διότι ταῖς Ἀλεξάνδρου τιμαῖς ταῖς ἰσοθέοις ἀντέλεγον· τὸν δὲ φιλόσοφον, αἰγίδα καὶ κεραυνὸν προσθέντα θνητῇ φύσει, δικαίως αὐτὸν ὑπὸ τοῦ δαιμονίου τετευχέναι ὧν ἔτυχεν (*). Deinde Polybius (c. 23 ex Exc. Vales.) pergit : Εἰ τὸν Καλλισθένην θετέον εἰκότως κολασθέντα μεταλλάξαι τὸν βίον, τί χρὴ πάσχειν τὸν Τίμαιον; πολὺ γὰρ ἂν δικαιότερον τούτῳ

(*) *Westermannus* : « Muretus Var. lectt. II, 5, ita explicat, quasi Cicero Callisthenem infimi ordinis scriptorem ac nullius pretii esse dicat; contra Sevinus p. 142 sqq., quoniam tum sibi ipse repugnaret Cicero et dicto loco opponatur Philistus, capitalis, creber, acutus, brevis, pæne pusillus Thucydides, cujus concisas sententias interdum etiam non satis apertas dicat idem Cic. Brut. c. 17, sic interpretatur, ut clara, aperta, dilucida Callisthenis oratio indicetur, quæ item Manutii fuit opinio ita explicantis, ut in historia ille non exquisite loquutus esse videretur, sed *siculi vulgo loqueretur*. Neutri assentior. Haberet quidem utraque sententia quo commendaretur, si suum hoc loco Cicero judicium faceret; nam et vocabulo *negotii* in malam partem uti solet (cf. Epp. ad Attic. I, 12, Or. ad sen. post red. c. 6), neque in infimum locum deprimere potest quem alibi cum optimis conjungit. Verum enim vero non satis viri docti attenderunt adjecta a Cicerone verba : *quemadmodum Græci aliquot loquuti sunt*. Non suum igitur judicium interponit, sed quid Græci de Callisthene dixerint refert. Jam quod ex Græcorum sententia fuit ille *vulgare et notum negotium* — κοινόν τε καὶ γνώριμον χρῆμα (cf. intpp. ad Ant. Lib. 12, Fisch. Prol. ad Palæph. 2, 3, p. 25 sqq.) s. πρᾶγμα, non uti Muretus interpretatur, εὐκαταφρόνητον πρᾶγμα καὶ οὐ πολλοῦ ἄξιον, — non aliter potest accipi (?) quam de homine docto ab Alexandro crudeliter interfecto, in scholis tam rhetorum quam philosophorum argumento sermone trito atque celebrato. Itaque nihil aliud sibi vult Cicero quam de Callisthene omnibus notissimo non esse cur accuratius exponatur. » Quæ propter Philisti oppositionem vix probanda sunt.

(*) Hic locus ante caput 23 ponendus erat.

νεμεσῆσαι τὸ δαιμόνιον ἢ Καλλισθένει. Ἐκεῖνος μὲν οὖν ἀποθεοῦν Ἀλέξανδρον ἐβουλήθη (*)· Τίμαιος δὲ μείζω ποιεῖ τὸν Τιμολέοντα τῶν ἐπιφανεστάτων θεῶν. Καὶ Καλλισθένης μὲν ἄνδρα τοιοῦτον, ὃν πάντες μεγαλοφυέστερον ἢ κατ' ἄνθρωπον γεγονέναι τῇ ψυχῇ συγχωροῦσιν· οὗτος δὲ τὸν Τιμολέοντα τὸν οὐχ οἷον δόξαντά τι πεπραχέναι κτλ.

Timæi verba quamvis non majoris facienda sint atque convicia ista quæ in Aristotelem spurcissime jacit, hoc tamen cum Polybio concedendum est Alexandrum in panegyricis Callisthenis sui historiis ad deos usque evectum esse : ut mireris sane quomodo suum auctor de historici officio præceptum observasse sibi visus sit. Nam τὸν γράφειν τι πειρώμενον, Callisthenes jubet, δεῖν μὴ ἀστοχεῖν τοῦ προσώπου, ἀλλὰ οἰκείως αὐτῷ καὶ τοῖς πράγμασι τοὺς λόγους θεῖναι (fr. 19). Neque minus hæc librorum indoles cum ingenio philosophi pugnare videtur. Sed aliud, dixeris, est vita hominis moresque, aliud est scriptis historiis eloquentiæ sibi erigere monimentum. Quod etsi in universum parum recte dictum est, in Callisthene tamen non possumus quin distinguamus inter rhetorem atque philosophum. Quanta hujus esse potuit severitas, tantam ille interdum ostenderit vanitatem, cujus testimonium haberemus luculentissimum, si vera essent, quæ dubitanter refert Arrianus (IV, 10, 1). Ait : Τούτου μὲν ἕνεκα (sc. quod adorationem regi recusavit) καὶ αὐτὸς Καλλισθένει ξυμφέρομαι· ἐκεῖνα δὲ οὐκ ἔτι ἐπιεικῆ δοκῶ τοῦ Καλλισθένους (εἴπερ ἀληθῆ ξυγγέγραπται), ἔτι ὑφ' αὐτῷ τε εἶναι ἀπέφαινε καὶ τῇ αὑτοῦ ξυγγραφῇ Ἀλέξανδρόν τε καὶ τὰ Ἀλεξάνδρου ἔργα. Οὔκουν αὐτὸς ἀφῖχθαι ἐξ Ἀλεξάνδρου δόξαν κτησόμενος, ἀλλὰ εὐκλεᾶ ἐς ἀνθρώπους ποιήσων· καὶ οὖν καὶ τοῦ θείου τὴν μετουσίαν Ἀλεξάνδρῳ οὐκ ἐξ ὧν Ὀλυμπιὰς ὑπὲρ τῆς γενέσεως αὐτοῦ ψεύδεται ἀνηρτῆσθαι, ἀλλ' ἐξ ὧν αὐτὸς ὑπὲρ Ἀλεξάνδρου συγγράψας ἐξενέγκῃ ἐς ἀνθρώπους. Verum hæc absurda esse calumniatorum commenta Westermanno lubenter concedimus.

Statuam Callisthenis *historiarum scriptoris* Plinius (H. N. VI, 5, 36) vidit in hortis Servilianis. Opus fuit Amphistrati, quem Alexandri ætate vixisse statuit Sillig. in Artiff. Catalog. p. 12.

Fabulosæ Pseudo-Callisthenis historiæ (*), infimæ ætatis fœtus, ad nos nihil pertinent, eatenus tamen commemorandæ, quatenus celebritatem auctoris nostri testantur.

(*) Codex οὐκ ἐβουλήθη; quam particulam asterisco notavit Valesius; omittit Suidas v. Τίμαιος, ubi eadem leguntur; ejiciendam censuerunt Reiskius, Santo-Crucius l. l. p. 37, 3, Polybii editor Parisiensis, Geier. p. 223 sq. Dubius hæsit Schweighæuserus. Vulgatam tuetur Westermannus l. l., quod non fecisset si memor fuisset loci Excerptor. Vatican.; qui etsi Geierum quoque fugit, is recte tamen vel propter verba τούτῳ νεμεσῆσαι τὸ δαιμόνιον particulam οὐχ ineptam esse perspexit. Quam cur addendam sciolus quidam censuerit, ex iis quæ de vita Callisthenis diximus, facile intelligitur.

(*) Singulari libro de iis dicet Westermannus, qui ex hoc fonte impurissimo fluxisse recte statuit, quæ leguntur ap. Tzetzen Chil. I, 325; III, 110. 349. 386. 885. Eodem refert Chil. III, 83, de quo tamen possis dubitare: locum exscriptum habes in Ctesiæ fragm. 3. Ceterum vide Fabric. B. Gr. III, p. 36 Harl.; Ste-Croix p. 166; Ang. Mai in Præfat. ad J. Valer. c. VIII, Berkel. ad Stephan. Byz. p. 237. 238, ubi fragm. ex cod. Bibl. Lugdun.; Berger de Xivrey. in *Extraits des manuscrits de la Bibl. R.* tom. XIII, p. 161 — 306; Westermann. in Pauly's *Realencyclop.* v. *Callisthenes*; Creuzer. *Histor. Kunst* p. 383.

ΕΛΛΗΝΙΚΑ.

E LIBRO PRIMO.

1.

Plutarchus Cimon. c. 12 de pugna ad Eurymedontem (466 a. C) : Ἔφορος (fr. 116) μὲν οὖν Τιθραύστην φησὶ τῶν βασιλικῶν νεῶν ἄρχειν καὶ τοῦ πεζοῦ Φερενδάτην, Καλλισθένης δὲ Ἀριομάνδην τὸν Γωβρύου κυριώτατον ὄντα τῆς δυνάμεως παρὰ τὸν Εὐρυμέδοντα ταῖς ναυσὶ παρορμεῖν, οὐχ ὄντα μάχεσθαι τοῖς Ἕλλησι πρόθυμον, ἀλλὰ προσδεχόμενον ὀγδοήκοντα ναῦς Φοινίσσας ἀπὸ Κύπρου προσπλεούσας. Cf. Diodor. XI, 60.

Id. ibid. c. 13 : Τοῦτο τὸ ἔργον οὕτως ἐταπείνωσε τὴν γνώμην τοῦ βασιλέως, ὥστε συνθέσθαι τὴν περιβόητον εἰρήνην ἐκείνην, ἵππου μὲν δρόμον ἀεὶ τῆς Ἑλληνικῆς ἀπέχειν θαλάσσης, ἔνδον δὲ Κυανέων καὶ Χελιδονίων μακρᾷ νηὶ καὶ χαλκεμβόλῳ μὴ πλέειν. Καίτοι Καλλισθένης οὔ φησι ταῦτα συνθέσθαι τὸν βάρβαρον, ἔργῳ δὲ ποιεῖν διὰ φόβον τῆς ἥττης ἐκείνης, καὶ μακρὰν οὕτως ἀποστῆναι τῆς Ἑλλάδος, ὥστε πεντήκοντα ναυσὶ Περικλέα καὶ τριάκοντα μόναις Ἐφιάλτην ἐπέκεινα πλεῦσαι Χελιδονίων καὶ μηδὲν αὐτοῖς ναυτικὸν ἀπαντῆσαι τῶν βαρβάρων.

Hæc ex operis introitu. — Ceterum quod ad pacem istam, quam Cimonis vulgo dicimus, rectissime sensit Callisthenes. V. Dahlmann. *Forschung.* tom. I, 1-148; Krüger. *Histor. philolog. Studien*, p. 74-143.

Fragmentum per errorem, ut videtur, *libro primo* adscriptum vide infra, fr. 12.

E LIBRO SECUNDO.

2.

Harpocratio : Σφοδρίας. Ἰσαῖος ἐν τῷ κατὰ Μεγαρέων, εἰ γνήσιος. Στρατηγὸς Λακεδαιμονίων ὁ Σφοδρίας. Φησὶ δ' αὐτὸν ὁ Καλλισθένης ἐν β' Ἑλληνικῶν εὐήθη τε εἶναι λίαν καὶ κοῦφον πρὸς τὰς ἐλπίδας.

Cf. Diodor. XV, 29, 5 : Σφοδριάδου τοῦ Σπαρτιάτου τεταγμένου μὲν ἐφ' ἡγεμονίας, φύσει δ' ὄντος μετεώρου καὶ προπετοῦς, ἔπεισεν αὐτὸν Κλεόμβροτος ὁ βασιλεὺς τῶν Λακ. ἄνευ τῆς γνώμης τῶν ἐφόρων καταλαβέσθαι τὸν Πειραιέα κτλ. Xenophon Hell. V, 4, 20, τὸν ἐν Θεσπιαῖς [Θεράπναις Plutarch. Ages. 24] ἁρμοστὴν Σφοδρίαν dicit. Plutarcho in Pelop. c. 14 Sphodrias est ἀεὶ ἐλπίδων μᾶλλον ἢ φρενῶν ἀγαθῶν μεστός, coll. Ages. c. 24, ubi : ὑπόκουφος τὴν γνώμην καὶ κενῶν ἐλπίδων καὶ φιλοτιμίας ἀνοήτου μεστός. Hæc sicuti illa Diodori ex Callisthene fluxisse suspicatur Schneider. ad Xen. l. l. Res pertinet ad Ol. 100, 3 (378).

E LIBRO TERTIO.

3.

Stephan. Byz. : Τεγύρα, πόλις Βοιωτίας, ἐν ᾗ Ἀπόλλωνά φασι γεννηθῆναι (sequitur fragm. Semi Delii)... Καλλισθένης ἐν τρίτῳ τῶν Ἑλληνικῶν εἶναι μαντεῖά φησι τὸ μὲν Ἰσμήνιον ἐν Θήβαις, τὸ δὲ Τροφώνιον ἐν Λεβαδείᾳ, τὸ δὲ ἐν Ἄβαις λεγόμενον ἐν Φωκεῦσι, τὸ δὲ κυριώτερον ἐν Δελφοῖς, ὃ καὶ μάλιστά φασι (φησι?) μεμαρτυρηκέναι τὴν ἐν Τεγύρᾳ (sc. τοῦ θεοῦ γένεσιν).

Pertinere hæc ad locum, quo pugna ad Tegyram commissa (Ol. 101, 1. 376. Diodor. XV, 37, 1; 81, 2) describebatur, jam Schneiderus monuit ad Xenoph. Hell. præf. p. XIV. De oraculo Tegyræo cf. Plutarch. Pelop. 16 : Τὴν γὰρ διὰ μέσου πᾶσαν ὁ Μέλας ποταμὸς, εὐθὺς ἐκ πηγῶν εἰς ἕλη πλωτὰ καὶ λίμνας διασπειρόμενος, ἄπορον ἐποίει, μικρὸν δὲ

HELLENICA.

E LIBRO PRIMO.

1.

Ephorus Tithrausten classi regiæ tradit præfuisse, terrestribus copiis Pherendaten, Callisthenes vero ait Ariomanden, Gobriæ filium, qui summo imperio exercitui præfuerit, classem ad Eurymedontem in statione habuisse prœlii cum Græcis ineundi minime cupidum, quum Phœnices naves octoginta a Cypro advehentes exspectasset.

Hæcce (Cimonis ad Eurymedontem) victoria regis animum adeo depressit, ut famigeratam istam pacem componeret, secundum quam semper a mari Græco ad curriculum equi abstineret, neque intra insulas Cyaneas et Chelidonias longam navem vel rostratam haberet. Callisthenes vero negat ita fœdere pactum barbarum : sed re ipsa ita fecisse metu, quem clades illa ei injecerat, ac tam procul a Græcia eum se removisse, ut quinquaginta navibus Pericles, et triginta tantum Ephialtes ultra Chelidonias prænavigantes nihil vidissent classis barbaricæ.

2.

E LIBRO SECUNDO.

Sphodriam, Lacedæmoniorum ducem, Callisthenes Hellenicorum libro secundo simplicem fuisse admodum et in spe vana concipienda levissimum.

3.

E LIBRO TERTIO.

Tegyra, urbs Bœotiæ, in qua natum dicunt Apollinem. Callisthenes Hellenicorum libro tertio oracula Apollinis recenset Ismenium Thebarum, Trophonium Lebadeæ, illud quod Abis est in Phocide, et celebrius reliquis Delphicum, quod etiam disertissime deum Tegyræ natum esse testatum dicit.

ὑπὸ τὰ ἕλη νεώς ἐστιν Ἀπόλλωνος Τεγυραίου καὶ μαντεῖον ἐκλελειμμένον οὐ πάνυ πολὺν χρόνον, ἀλλ' ἄχρι τῶν Μηδικῶν ἤκμαζε, τὴν προφητείαν Ἐχεκράτους ἔχοντος. Ἐνταῦθα μυθολογοῦσι τὸν θεὸν γενέσθαι. Καὶ τὸ μὲν πλησίον ὄρος Δῆλος καλεῖται καὶ πρὸς αὐτὸ καταλήγουσιν αἱ τοῦ Μέλανος διαχύσεις. Ὀπίσω δὲ τοῦ ναοῦ δύο ῥήγνυνται πηγαὶ γλυκύτητι καὶ πλήθει καὶ ψυχρότητι θαυμαστοῦ νάματος, ὧν τὸ μὲν Φοίνικα, τὸ δὲ Ἐλαίαν ἄχρι νῦν ὀνομάζομεν, οὐ φυτῶν μεταξὺ δοεῖν, ἀλλὰ ῥείθρων τῆς θεοῦ λοχευθείσης. Plura de eodem oraculo narrata habes ap. eundem De defect. orac. c. 5 et 8 (p. 502 et 504 ed. Didot.). Cf. Müller. *Minyer* p. 147, 3; 150, 1, et quem Westermannus affert, Ulrichs. *Reisen u. Forschungen in Griech*. I, p. 196.

4.

Plutarch. Qu. gr. c. 9 (p. 360 Didot) : Τίς ὁ παρὰ Δελφοῖς Ὁσιωτὴρ, καὶ διὰ τί Βύσιον ἕνα τῶν μηνῶν καλοῦσιν; Ὁσιωτῆρα μὲν καλοῦσι τὸ θυόμενον ἱερεῖον, ὅταν Ὅσιος ἀποδειχθῇ. Πέντε δέ εἰσιν Ὅσιοι διὰ βίου, καὶ τὰ πολλὰ μετὰ τῶν προφητῶν δρῶσιν οὗτοι, καὶ συνιερουργοῦσιν, ἅτε γεγονέναι δοκοῦντες ἀπὸ Δευκαλίωνος. Ὁ δὲ Βύσιος μὴν, ὡς μὲν οἱ πολλοὶ νομίζουσι, φύσιός ἐστιν· ἔαρος γὰρ ἄρχει, καὶ τὰ πολλὰ φύεται τηνικαῦτα καὶ διαβλαστάνει· τὸ δ' ἀληθὲς οὐχ ἔχει οὕτως. Οὐ γὰρ ἀντὶ τοῦ φ τῷ β χρῶνται Δελφοὶ, καθάπερ Μακεδόνες, Βίλιππον καὶ Βαλακρὸν καὶ Βερονίκην λέγοντες· ἀλλ' ἀντὶ τοῦ π· καὶ γὰρ τὸ πατεῖν, βατεῖν, καὶ τὸ πικρὸν, βικρὸν ἐπιεικῶς καλοῦσιν. Ἔστιν οὖν Πύσιος ὁ Βύσιος, ἐν ᾧ πυστιῶνται καὶ πυνθάνονται τοῦ θεοῦ. Τὸ γὰρ ἐννοεῖν καὶ πάτριον. Ἐν τῷ μηνὶ γὰρ τούτῳ χρηστήριον ἐγίγνετο, καὶ ἑβδόμην ταύτην νομίζουσι τοῦ θεοῦ γενέθλιον, καὶ πολύφθοον ὀνομάζουσιν, οὐ διὰ τὸ πέττεσθαι φθοΐς, ἀλλὰ πολυπευθῆ καὶ πολυμάντευτον οὖσαν. Ὀψὲ γὰρ ἀνείθησαν αἱ κατὰ μῆνα μαντεῖαι τοῖς δεομένοις· πρότερον δὲ ἅπαξ ἐθεμίστευεν ἡ Πυθία τοῦ ἐνιαυτοῦ κατὰ ταύτην τὴν ἡμέραν, ὡς Καλλισθένης καὶ Ἀναξανδρίδης ἱστορήκασι.

Hæc propter argumentum antecedentibus junxi, quamquam etiam ad libros de bello Phocico referre potes. De Bysio mense cf. Ideler. *Handb. d. Chron.* I, 367; Bœckh. C. I. I, 814; Müller. *Dor.* I, p. 212, 2; 329, 3; C. F. Hermann. De anno Delphico p. 26; Idem *Ueber griech. Monatskunde* p. 51 (Gotting. 1844); F. G. Schwartz. De antiquissima Apollinis natura p. 25 (Berolin. 1843).

Uti septima Apollo, sic tertia mensis die nata Minerva : Tzetzes ad Lyc. 519 : Τριγένητος ἡ Ἀθηνᾶ ὅτι ἐν Τρίτωνι ποταμῷ Λιβύης ἐγεννήθη... ἢ ὅτι, κατὰ Καλλισθένην, τρίτῃ τοῦ μηνὸς ἐγεννήθη· διὸ παρ' Ἀθηναίοις ἡ τρίτη ἱερὰ τῆς Ἀθηνᾶς. Pro Καλλισθένης Phavorinus v. Τριγένητος habet Ἐρατοσθένης (cf. not. ad fr. 47). De re cum Callisthene facit schol. Hom. Il. VIII, 39. Hinc supplenda glossa Suidæ et Photii s. h. v., ubi : ἢ ὅτι παρὰ Τρίτωνι τῷ ποταμῷ Λιβύης ἐγεννήθη [ἢ ὅτι τρίτῃ] φθίνοντος, ὡς καὶ Ἀθηναῖοι ἄγουσιν. Cf. Mullach. ad fragm. Democriti p. 120, ubi scribendum proponit : ἢ ὅτι ἐγεννήθη τρίτῃ Ἑκατομβαιῶνος φθίνοντος, ὡς καὶ τῇ τρίτῃ οἱ Ἀθηναῖοι τὰ μικρὰ Παναθήναια ἄγουσιν.

5.

Plutarch. Pelop. 17 : Ἦσαν δὲ δύο μόραι Λακεδαιμονίων (sc. in prœlio ad Tegyram commisso). Τὴν δὲ μόραν Ἔφορος (fr. 140) μὲν ἄνδρας εἶναι πεντακοσίους φησὶ, Καλλισθένης δ' ἑπτακοσίους, ἄλλοι δέ τινες ἐνναχοσίους, ὧν Πολύβιός (fragm. hist. 25, p. 156 ed. Did.) ἐστιν.

E LIBRO QUARTO.

6.

Joh. Laurentius De Mensib. IV, 68, p. 264 ed. Rœth. : Ἀλλὰ καὶ Θρασυάλκης ὁ Θάσιος τοὺς ἐτη-

---

4.

Quis est apud Delphos Hosioter, et cur unum de mensibus appellant Bysium? Hosioter est victima quæ immolatur quum creatur Hosius (vox *sanctum* notat). Quinque autem sunt *Hosii* per omnem vitam, multisque in rebus adsunt vatibus, atque una etiam sacrificant : quippe a Deucalione genus crediti trahere. *Bysius* mensis, ut plerique putant, *Physius* est, a nascendo sic dictus : est enim veris initio, quo tempore pleraque nascuntur et germinant : sed res ita non habet. Non enim Delphi B littera pro Ph utuntur, ut Macedones, qui *Bilippum*, *Balacrum*, *Beronicam* dicunt (quæ sunt *Philippus*, *Phalacrus*, *Pheronice*), sed loco litteræ P, soliti *batein* dicere et *bicron*, quæ sunt *patein* et *picron*. Est ergo *Bysius* dictum pro *Pysius*, quod eo mense deum scitantur. Atque hæc sententia convenit cum antiquis Delphorum observationibus. Mense enim isto oraculum primo exstitit, et septimanam istam deo natalitiam putant, *polyphthoum*que nominant, non a coquendis *phthoibus*, quod est placentæ genus, sed quod multa tum responsa deus edat. Sero enim cœpit singulis mensibus oracula requirentibus respondere : antiquitus semel duntaxat in anno vaticinabatur Pythia, idque ista die, ut *Callisthenes* et *Anaxandridas* tradiderunt.

Τριγένητος Minerva nominatur vel quod ad Tritonem fluvium Libyæ nata est, vel secundum Callisthenem, quod tertia mensis die in lucem edita. Quapropter apud Athenienses dies tertia sacra est Minervæ.

5.

Duæ erant (in prœlio ad Tegyram commisso) Moræ Lacedæmoniorum. Moram vero Ephorus quinquaginta, Callisthenes septingentorum, alii, inter eosque Polybius, nongentorum virorum esse dicunt.

6.

E LIBRO QUARTO.

Thrasyalces quoque Thasius ab Etesiis ait Nilum extrudi :

σίους φησὶν ἐξωθεῖν τὸν Νεῖλον· τῆς γὰρ Αἰθιοπίας ὑψηλοῖς παρὰ τὸ καθ' ἡμᾶς ὄρεσι διεζωσμένης, ὑποδεχομένης τε τὰς νεφέλας πρὸς τῶν ἐτησίων ὠθουμένας, ἐκδιδόναι τὸν Νεῖλον, ὡς καὶ Καλλισθένης ὁ περιπατητικὸς ἐν τῷ τετάρτῳ βιβλίῳ τῶν Ἑλληνικῶν φησὶν, ἑαυτὸν συστρατεύσασθαι Ἀλεξάνδρῳ τῷ Μακεδόνι, καὶ γενόμενον ἐπὶ τῆς Αἰθιοπίας εὑρεῖν τὸν Νεῖλον ἐξ ἀπείρων ὄμβρων κατ' ἐκείνην γενομένων καταφερόμενον. Ἀλλὰ καὶ Δικαίαρχος ἐν Περιόδῳ γῆς ἐκ τῆς Ἀτλαντικῆς θαλάττης τὸν Νεῖλον ἀναχεῖσθαι βούλεται. Cf. fragm. Ephori 108 et 109.

Anonymus Περὶ τῆς τοῦ Νείλου ἀναβάσεως ap. Schweighæuser. in Athenæo II, c. 87 (et ap. Stephan. in Collect. scriptt. quorund. Aristot. et Theophr. Par. 1557, p. 145) : Καλλισθένης δ' ὁ ἱστοριογράφος πρὸς τὰ μικρῷ πρότερον εἰρημένα ὑπ' Ἀναξαγόρου τε καὶ Εὐριπίδου ἀντεῖπεν· αὐτὸς δὲ τὴν αὐτοῦ γνώμην (τῇ ἑαυτοῦ γνώμῃ χρώμενος Steph.) φησὶν, ὑδάτων πολλῶν καὶ λαμπρῶν γινομένων κατὰ τὴν Αἰθιοπίαν κατὰ τὰς τοῦ Κυνὸς ἀνατολὰς ἕως τῆς ἐπιτολῆς ἀρκτούρου, καθ' οὓς χρόνους καὶ οἱ ἐτησίαι πνέουσιν ἄνεμοι· τούτους γάρ φησι τοὺς ἀνέμους μάλιστα τὰ νέφη φέρειν πρὸς τὴν Αἰθιοπίαν· ὧν καὶ προσπιπτόντων πρὸς τὰ ὄρη καταῤῥήγνυσθαι πολὺ πλῆθος ὕδατος, ἀφ' οὗ τὸν Νεῖλον ἀναβαίνειν.

Strabo XVII, p. 790 : Φησὶ γὰρ (sc. Ποσειδώνιος) Καλλισθένη (*Eratosthenem* vet. Interpr.) λέγειν τὴν ἐκ τῶν ὄμβρων αἰτίαν τῶν θερινῶν παρὰ Ἀριστοτέλους λαβόντα, ἐκεῖνον δὲ παρὰ Θρασυάλκου τοῦ Θασίου (τῶν ἀρχαίων δὲ φυσικῶν εἷς οὗτος), ἐκεῖνον δὲ παρ' ἄλλου [παρὰ Θαλοῦ?], τὸν δὲ παρ' Ὁμήρου διϊπετέα φάσκοντος τὸν Νεῖλον.

De his disserendi occasionem præbuit, uti bene monet Westermannus, expeditio Ægyptiaca Græcorum, qui, Iphicrate duce, Pharnabazo in auxilium missi sunt Ol. 101, 3. 374 a. C. Vide Diodor. XV, 41 sqq. « Scilicet appulsa classe ad Mendesium Nili ostium, expugnatoque quod ibi conditum erat castello, Iphicrates vehementer ut continuo Memphin aggrederentur institit, Pharnabazus autem copiis suis, ut aiebat, sed revera socio imperii diffisus cunctando tempus perdidit : χρονιζούσης δὲ τῆς περὶ τὸ πολισμάτιον τοῦτο στρατείας καὶ τῶν ἐτησίων ἤδη γενομένων, ὁ Νεῖλος πληρούμενος καὶ πάντα τόπον ἐπέχων τῷ πλήθει τοῦ ῥεύματος ἀεὶ μᾶλλον ὠχύρου τὴν Αἴγυπτον (Diod. 43, 4). Ceterum ista Callisthenem non ante Ol. 112, 1, quo anno in eas regiones Alexander penetravit, scripsisse sponte intelligitur. Neque omittendum est, quod suam ipsius de ea re sententiam aperuisse eum dicit auctor lib. De Nili increm., Aristotelis vero Posidonius : quod si verum, vix liberandus est a crimine jactantiæ aliena pro suis venditantis. » WESTERM. Cf. Ephori fr. 142.

7.

Proclus in Platon. Tim. p. 30 ed. Basil. : Τοὺς δὲ Ἀθηναίους Καλλισθένης μὲν καὶ Φανόδημος πατέρας τῶν Σαϊτῶν ἱστοροῦσι γενέσθαι· Θεόπομπος δὲ (fr. 172) κτλ. Cf. Müller. *Min.* p. 107.

8.

Seneca Qu. Nat. VI, 23 : *Rara terræ natura est multumque habens vacui. Per has raritates spiritus fertur, qui ubi major influxit nec emittitur, concutit terram. Hæc placet et aliis, ut paullo ante rettuli, caussa; si quid apud te profectura testium turba est. Hanc etiam Callisthenes probat, non contemptus vir. ... Hic Callisthenes in libris, quibus describit quemadmodum Helice Burisque mersæ sint* (Ol. 101, 4. a. C. 374), *quis illas casus in mare vel in illas mare immiserit, dicit id quod in priore parte dictum est : spiritus intrat terram per occulta foramina, quemadmodum ubique, ita et sub mari. Deinde quum est obstructus ille trames, per quem descenderat, reditum autem illi a tergo resistens aqua abstulit, huc et illuc fertur et sibi ipse occurrens terram labefactat. Ideo frequentissime mari opposita vexantur et inde Neptuno hæc assignata est movendi potentia.*

Idem ibid. c. 26 : *Hanc* (Delum) *philosophi quoque, credula natio, dixerunt non moveri auctore Pindaro; Thucydides* (II, 8) *ait, antea quidem immotam fuisse, sed circa Peloponnesiacum bellum tremuisse. Callisthenes et alio tempore ait hoc accidisse. Inter multa, inquit, prodigia, quibus de-*

Æthiopia enim quum altioribus quam qui apud nos sunt montibus circumdetur, atque excipiat nubes, quæ ab Etesiis protruduntur, Nilum ab ea inundari : quemadmodum etiam Callisthenes Peripateticus quarto libro Hellenicorum ait, se una cum Alexandro Macedone expeditionem fecisse, et quum in Æthiopia fuisset, invenisse Nilum ex infinitis imbribus ibi ortis deferri. Verum etiam Dicæarchus in Periodo Terræ ex mari Atlantico Nilum vult effundi.

Callisthenes historiarum scriptor his quæ paullo ante ab Anaxagora et Euripide dicta retulimus, contradicit, suamque sententiam exponit : Quum sint in Æthiopia imbres multi validique circa Canis ortum usque ad ortum Arcturi, quo ipso etiam tempore venti flant Etesiæ; eosdem hos ventos ait maxime nubes in Æthiopiam deferre, adlisisque nubibus ad montes magnam erumpere aquæ vim; quæ causa sit cur intumescat Nilus.

Posidonius ait Callisthenem tradere æstivos imbres causam esse; idque hunc ab Aristotele sumpsisse, Aristotelem vero a Thrasyalce Thasio, qui unus fuit ex antiquis physicis; Thrasyalcen autem ab alio (*a Thalete?*), atque illum ab Homero, qui διϊπετέα, i. e. cœlitus delabentem, Nilum dicit.

7.

Callisthenes et Phanodemus Athenienses patres Saitarum esse tradunt.

nuntiata est duarum urbium, Helices et Buris, eversio, fuere maxime notabilia columna ignis immensi et Delos agitata. Quam ideo stabilem videri vult, quia mari imposita habeat concavas rupes et saxa pervia, quæ dent deprehenso aeri reditum. Ob hoc etiam insulas esse certioris soli urbesque eo tutiores, quo propius ad mare accesserunt.

Idem ibid. VII, 5 : *Charimander quoque in eo libro, quem de cometis composuit, ait, Anaxagoræ visum grande insolitumque cœlo lumen magnitudine amplæ trabis, et id per multos dies fulsisse. Talem effigiem ignis longi fuisse Callisthenes tradit antequam Burin et Helicen mare absconderet. Aristoteles ait, non trabem illam, sed cometam fuisse; ceterum ob nimium ardorem non apparuisse sparsum ignem, sed procedente tempore cum jam minus flagraret, redditam suam cometæ faciem. In quo igne multa quidem fuerunt digna quæ notarentur, nihil tamen magis quam quod, ut ille fulsit in cœlo, statim supra Burin et Helicen mare fuit. Numquid ergo Aristoteles non illam tantum, sed omnes trabes cometas esse credebat? Hanc habet is differentiam, quod iis continuus ignis est, ceteris sparsus. Trabes enim flammam æqualem habent nec ullo loco intermissam aut languidam, in ultimis vero partibus coactam, qualem fuisse illam, quam modo rettuli, Callisthenes tradit.*

Hæc placet... causa] « Imprimis Aristoteli (vid. ibid. c. 13), cui sua rursus debet Callisthenes, quique sententiam suam exposuit breviter in libro De mundo c. 4, copiose accurateque in Meteorolog. II, 6 et 8. Cf. præter ipsum Senecam Plin. H. N. II, 79—82, Plutarch. De placit. phil. III, 15, Ammian. Marcell. XVII, 7, 9-14, et qui nostra ætate veterum de terræ motu ejusque causis placita diligenter composuit J. L. Ideler in ed. Arist. Meteorol. I, p. 582 sqq. » WESTERMANN. — De ruina Buræ et Helices cf. præter Aristotelem (De mund. c. 4, Meteorol. I, 6, 8 sqq.; II, 8, 9. 43) Polyb. II, 41, 7; Diodor. XV, 48; Strabo I, p. 54, 59. VIII, p. 384; Pausan. VII, 25, 4, 8; Ælian. H. An. XI, 19.

9.

Cicero De divin. I, 34 : *Quid? Lacedæmoniis paullo ante Leuctricam calamitatem quæ significatio facta est, quum in Herculis fano arma sonuerunt, Herculisque simulacrum multo sudore manavit? At eodem tempore Thebis, ut ait Callisthenes, in templo Herculis valvæ clausæ repagulis subito se ipsæ aperuerunt, armaque, quæ fixa in parietibus fuerant, ea sunt humi inventa. Quumque eodem tempore apud Lebadiam Trophonio res divina fieret gallos gallinaceos in eo loco sic assidue canere cœpisse, ut nihil intermitterent. Tum augures dixisse Bœotios, Thebanorum esse victoriam propterea quod avis illa victa silere soleret, canere si vicisset. Eademque tempestate multis signis Lacedæmoniis Leuctricæ pugnæ* (Ol. 102, 2. 371) *calamitas denuntiabatur. Namque et Lysandri, qui Lacedæmoniorum clarissimus fuerat, statuæ quæ Delphis, stabat in capite corona subito exstitit ex asperis herbis et agrestibus, stellæque aureæ, quæ Delphis erant a Lacedæmoniis positæ post navalem illam victoriam Lysandri, quo Athenienses conciderunt (qua in pugna quia Castor et Pollux cum Lacedæmoniorum classe visi esse dicebantur, eorum insignia deorum, stellæ aureæ, quas dixi, Delphis positæ), paullo ante Leuctricam pugnam deciderunt neque repertæ sunt. Maximum vero illud portentum iisdem Spartanis fuit, quod, quum oraculum a Jove Dodonæo petivissent de victoria sciscitantes, legatique illud in quo inerant sortes collocavissent, simia, quam rex Molossorum in deliciis habebat, et sortes ipsas et cetera quæ erant ad sortem parata disturbavit et aliud alio dissipavit. Tum ea quæ proposita erat oraculo sacerdos dixisse dicitur, de salute Lacedæmoniorum esse, non de victoria cogitandum.*

Cf. Idem ib. II, 25 et 26; Xenoph. Hell. VI, 4, 7; Diodor. XV, 53, quem sua ex Callisthene sumpsisse videri monet Wesseling.; Polyæn. Strateg. II, 3, 8; Plutarch. De Pyth. orac. c. 8.

10.

Strabo VIII, p. 362, postquam dixit Tyrtæum in Eunomia dicere se Erineo profectum esse in Peloponnesum, ita pergit : ὥστε ἢ ταῦτα ἠκύρωται τὰ ἐλεγεῖα ἢ Φιλοχόρῳ ἀπιστητέον τῷ φήσαντι Ἀθηναῖόν τε καὶ Ἀφιδναῖον, καὶ Καλλισθένει καὶ ἄλλοις πλείοσι τοῖς εἰποῦσιν ἐξ Ἀθηνῶν ἀφικέσθαι δεηθέντων Λακεδαιμονίων κατὰ χρησμὸν, ὃς ἐπέταττε παρ' Ἀθηναίων λαβεῖν ἡγεμόνα.

Ita hunc locum e codd. constituit Cramer. Comment. crit. de codd. Strab. p. 40. Vulgatam vide in Philoch. fr. 55. « Messeniaci belli, ut mihi quidem videtur, Callisthenes memoriam redintegravit ad Ol. 102, 3. 370, quo anno Messenii restituti sunt. Diodor. XV, 66; Pausan. IV, 27, 5. Strabo autem quum dicit, errare aut Tyrtæum aut quos laudat historiæ scriptores, nec ipsa verba Tyrtæi recte intelligit, et miscet quæ diversa sunt. Tyrtæus enim dicit, sese Erineo in Peloponnesum ve-

10.

Igitur aut his versibus elegiacis auctoritas derogatur, aut fides habenda non est Philochoro, qui Tyrtæum Atheniensem vel Aphidnæum dicit, et Callistheni aliisque pluribus, qui produnt Athenis eum venisse Lacedæmoniorum rogatu oraculo jussorum ducem ab Atheniensibus sumere.

nisse; sed aliud est quod hinc Strabo colligit, εἶναι ἐκεῖθεν. Deinde Erineum sine dubio Strabo intelligit eam, quæ una fuit ex quattuor Doriensium urbibus (de qua IX, p. 427; X, p. 475); sed in Attica quoque fuisse locum eodem nomine appellatum testis est Pausan. I, 38, 5. » *Westermann.* Hariolatur Franck. in Callino p. 294. Ex eadem Callisthenis narratione sumpta quæ sequuntur.

11.

Polybius IV, 33 init. : Οἱ γὰρ Μεσσήνιοι, πρὸς ἄλλοις πολλοῖς, καὶ παρὰ τὸν τοῦ Διὸς τοῦ Λυκαίου βωμὸν ἀνέθεσαν στήλην ἐν τοῖς κατ' Ἀριστομένην καιροῖς, καθάπερ καὶ Καλλισθένης φησὶ, γράψαντες τὸ γράμμα τοῦτο·

Πάντως ὁ χρόνος εὗρε δίκην ἀδίκῳ βασιλῆϊ
 εὗρε δὲ Μεσσήνη σὺν Διῒ τὸν προδότην
ῥηϊδίως. Χαλεπὸν δὲ λαθεῖν θεὸν ἄνδρ' ἐπίορκον.
 Χαῖρε Ζεῦ βασιλεῦ, καὶ σάω Ἀρκαδίαν.

Cf. Pausan. IV, 22, 4. Müller. *Dor.* I, p. 150, 151.

E LIBRO QUINTO.

12.

Eustratius ad Aristotel. Ethic. IV, 8, p. 54 b : Ἱστορεῖ Καλλισθένης ἐν τῇ πρώτῃ (?) τῶν Ἑλληνικῶν, ὅτι, Θηβαίων εἰς τὴν Λακωνικὴν εἰςβαλλόντων, ἔπεμψαν Λακεδαιμόνιοι πρὸς τοὺς Ἀθηναίους συμμαχίας δεόμενοι, λέγοντες ἐπ' Ἀθηναίων, ὅσα μὲν τοὺς Ἀθηναίους οἱ Λακεδαιμόνιοι πεποιήκασιν εὖ, τούτων ἐπελάθοντο ἑκόντες, ἃ δ' αὐτοὶ χρηστὰ πρὸς Ἀθηναίων ἐπεπόνθεσαν, τούτων ἐμέμνηντο, ὡς διὰ τούτων αὐτοὺς ἐπαξόμενοι πρὸς τὴν συμμαχίαν μᾶλλον.

Res fragmento nostro (quod fugit Westermannum et Geierum) memoratas ad Ol. 102, 4 (369) rectissime refert Clinton. in F. H. III, p. 294 Cf. etiam Schneider. ad Xenoph. Hell. VI, 5, 33. Igitur nisi forte data occasione præter ordinem chronologicum mentionem ejus Callisthenes injecerit (quod parum probabile), non video quomodo tueri possis verba ἐν τῇ πρώτῃ Ἑλληνικῶν. Scripserim ἐν τῇ πέμπτῃ.

13.

Athenæus X, 452, A : Τοιοῦτόν τι καὶ Καλλισθένης ἐν τοῖς Ἑλληνικοῖς φησιν, ὡς Ἀρκάδων πολιορκούντων Κρῶμνον, (πολίχνιον δ' ἐστὶν ἱδρυμένον πλησίον Μεγάλης πόλεως), Ἱππόδαμος ὁ Λάκων, εἷς ὢν τῶν πολιορκουμένων, διεκελεύετο τῷ παρὰ Λακεδαιμονίων πρὸς αὐτοὺς ἥκοντι κήρυκι, δηλῶν ἐν αἰνιγμῷ τὴν περὶ αὐτοὺς κατάστασιν, ἀπαγγέλλειν τῇ μητρὶ λύεσθαι τὸ γύναιον δέχ' ἡμερῶν τὸ ἐν Ἀπολλωνίῳ δεδεμένον· ὡς οὐκ ἔτι λύσιμον ἐσόμενον, ἐὰν αὐτὰς παρέλθωσι. Καὶ διὰ ταύτης τῆς γνώμης ἐμήνυε σαφῶς τὸ μήνυμα. Αὕτη γάρ ἐστιν ἐν τῷ Ἀπολλωνίῳ παρὰ τὸν τοῦ Ἀπόλλωνος θρόνον διὰ γραφῆς ἀπομεμιμημένος Λιμὸς, ἔχων γυναικὸς μορφήν. Φανερὸν οὖν ἐγένετο πᾶσιν, ὅτι δέκα ἡμέρας ἔτι καρτερῆσαι δύνανται οἱ πολιορκούμενοι διὰ τὸν λιμόν. Συνέντες οὖν οἱ Λάκωνες τὸ λεχθὲν ἐβοήθησαν κατὰ τάχος τοῖς ἐν τῇ Κρώμνῃ.

« Idem narrat Polyæn. Strateg. II, 15, sed oppidum ab Arcadibus obsessum Prasias vocat, quod erat τῆς Λακωνικῆς πόλισμα ἐπιθαλάσσιον, ut ait Thucyd. II, 56, aliisque dicitur Brasiæ. Cromna ut Peloponnesi urbs a Stephano Byz. memoratur, sed Κρῶμοι dicitur Pausan. VIII, 3, 4 et 27, 4 [adde 34, 6]. Verum Tzetzes ad Lyc. 522, ubi legitur : Κρώμνα δὲ χωρίον Κορίνθου, ἐξ οὗ οἱ στρατεύσαντες, φησὶν, οἱ περὶ Ἴδαν; aperte Cromyonem cum Cromna commutavit. Cf. Pausan. II, 1, 3. De ipsa hujus urbis obsidione nihil compertum habeo; sed licet tamen suspicari, eam aut ex rebus Messeniorum, quibuscum conjunctissimi semper Arcades fue-

11.

Messenii enim, ut alia omittam, etiam ad Jovis Lycæi aram, temporibus Aristomenis, columnam dedicarunt, in qua, teste Callisthene, hujusmodi epigramma fuit insculptum :

Injustum regem tempus non sivit inultum :
 Messenæ inventus cum Jove proditor est
perfacile : haud poterat perjurus fallere numen
 Juppiter, o salve, protege et Arcadiam.

12.

E LIBRO QUINTO.

Callisthenes Hellenicorum libro primo (*quinto*) narrat Lacedæmonios, Thebanis Laconiam invadentibus, ad Athenienses societatis ineundæ causa legatos misisse, qui coram populo dixissent, quæcunque Lacedæmonii in Athenienses bona contulissent, eorum oblivisci se lubentes, verum quæ ipsi ab Atheniensibus commoda experti essent eorum meminisse, ut ita eos tanto facilius ad contrahendum societatis fœdus adducerent.

13.

Callisthenes in Historiis Græcis narrat, Arcadibus Cromnum (sive Cromnam) obsidentibus (quod est oppidulum haud procul a Megalopoli situm) Hippodamum Lacedæmonium, unum ex his, qui in oppido inclusi erant, præconi qui ad illos a Lacedæmoniis venerat, statum in quo essent res oppidi ænigmate significantem mandasse, nuntiaret matri, ut solveret intra decem dies mulierculam in Apollinis templo vinctam : nec enim amplius fieri posse ut solvatur, si illos prætermisissent. Quo dicto perspicue declaravit id quod illis nuntiari voluerat. Est enim muliercula illa Fames, cujus imago in Apollinis templo muliebri forma picta juxta dei solium suspensa erat. Quare perspicuum erat omnibus, per decem adhuc dies famem tolerare posse oppidanos. Quod quum Spartani intellexissent, auxilium ferre Cromniis festinarunt.

runt (cf. Pausan. IV, II, 1, 14, 8. VIII, 5, 10. 6, 1), aut ex ipsorum Arcadum, quas cum Lacedæmoniis inprimis Ol. 102, 2 sq. habuerunt, simultatibus esse repetendam. » Westerm. Verba Stephani Byz. l. l. sunt : Κρώμνα Πελοποννήσου πόλις, ἀρσενικῶς καὶ θηλυκῶς καὶ πληθυντικῶς, ἀπὸ Κρώμνου τοῦ Λυκάονος. Formam Κρῶμνος habes apud Xenophont. Hell. VII, 4, 21, quo loco de hac urbe ab Archidamo rege capta et Lacedæmoniorum præsidio firmata, deinde vero ab Arcadibus obsessa fuse admodum exponit (c. 4, 19—26); de iis tamen quæ ex Callisthene afferuntur, nihil ap. Xenophontem legitur. Secundum Plutarch. De vitioso pud. c. 16, p. 648 Didot., Archidamus Nicostratum Argivum ad prodendam *Cromnum* urbem adducere studuit. Res pertinet ad Ol. 104, 1. 364.

14.

Plutarchus Agesil. 34 : Ἐπεὶ γὰρ οἱ Μαντινεῖς αὖθις ἀπέστησαν τῶν Θηβαίων καὶ μετεπέμποντο τοὺς Λακεδαιμονίους, αἰσθόμενος ὁ Ἐπαμινώνδας τὸν Ἀγησίλαον ἐξεστρατευμένον μετὰ τῆς δυνάμεως καὶ προσιόντα, λαθὼν τοὺς Μαντινεῖς ἀνέζευξε νυκτὸς ἐκ Τεγέας ἄγων ἐπ' αὐτὴν Λακεδαίμονα τὸ στράτευμα, καὶ μικρὸν ἐδέησε παραλλάξας τὸν Ἀγησίλαον ἔρημον ἐξαίφνης καταλαβεῖν τὴν πόλιν. Εὐθύνου δὲ Θεσπιέως, ὡς Καλλισθένης φησὶν, ὡς δὲ Ξενοφῶν (Hell. VII, 5, 10), Κρητός τινος ἐξαγγείλαντος τῷ Ἀγησιλάῳ, ταχὺ προπέμψας ἱππέα τοῖς ἐν τῇ πόλει φράσοντα, μετ' οὐ πολὺ καὶ αὐτὸς παρῆλθεν εἰς τὴν Σπάρτην.

Cf. Diodor. XV, 82 (362 a. C.).

E LIBRO NONO.

15.

Schol. Eur. Hec. 892 : Καλλισθένης ἐν θ' τῶν Ἑλληνικῶν οὕτω γράφει· Ἑάλω μὲν ἡ Τροία Θαργηλιῶνος μηνὸς ὡς μέν τινες τῶν ἱστορικῶν ἱσταμένου, ὡς δὲ ὁ τὴν μικρὰν Ἰλιάδα (πεποιηκὼς) ὀγδόῃ φθίνοντος· διορίζει γὰρ αὐτὸς τὴν ἅλωσιν φάσκων συμβῆναι τότε τὴν κατάληψιν, ἡνίκα

Νὺξ μὲν ἔην μέσση, λαμπρὰ δ' ἐπέτελλε σελήνη·

μεσονύκτιος δὲ μόνον τῇ ὀγδόῃ φθίνοντος ἀνατείλειεν.

Plutarch. Camill. 19 : Ἐνήνοχε δὲ καὶ ὁ Θαργηλιὼν μὴν τοῖς βαρβάροις ἐπιδήλως ἀτυχίας· καὶ γὰρ Ἀλέξανδρος ἐπὶ Γρανικῷ τοὺς βασιλέως στρατηγοὺς Θαργηλιῶνος ἐνίκησε καὶ Καρχηδόνιοι περὶ Σικελίαν ὑπὸ Τιμολέοντος ἡττῶντο τῇ ἑβδόμῃ φθίνοντος, περὶ ἣν δοκεῖ καὶ τὸ Ἴλιον ἁλῶναι, ὡς Ἔφορος καὶ Καλλισθένης καὶ Δαμάστης (fr. 4) καὶ Φύλαρχος (fr. 66) ἱστορήκασιν.

Duodecimo Thargelionis die Trojam captam statuerunt Hellanicus, Duris, Dionysius (vel Dinias) Argivus, Lysimachus. Vide Bœckh. ad M. Par. ep. 25; Fischer. Tabb. chron. p. 16 sq. Alii Trojam *Scirophorione* mense eversam dixerunt. Jam Plutarchus De glor. Athen. c. 7 : Τὴν δὲ δωδεκάτην τοῦ Σκιροφοριῶνος ἱερωτέραν ἐποίησεν ὁ Μαντινιακὸς ἀγών. — Hinc profectus Callisthenes de die excidii Trojani dixisse videtur, uti monet Westermannus, addens tamen, « Nisi mavis, quemadmodum Plutarchum in Vita Camilli ab Alliensi, sic et olim Callisthenem a Mantineensi prœlio ad recensendas gravissimas quasque quas Græci retulissent victorias earumque dies indicandas digressum esse. » Ceterum pro libro *nono*, Scaliger in Synagog. p. 376 exhibet librum *secundum*.

Sequuntur fragmenta sedis incertioris.

16.

Plutarch. Aristid. c. 27 : Λυσιμάχου θυγατέρα Πολυκρίτην ἀπολιπόντος, ὡς Καλλισθένης φησὶ, καὶ ταύτῃ σίτησιν, ὅσην καὶ τοῖς Ὀλυμπιονίκαις, ὁ δῆμος ἐψηφίσατο· Δημήτριος δ' ὁ Φαληρεὺς καὶ Ἱερώνυμος ὁ Ῥόδιος καὶ Ἀριστόξενος ὁ μουσικὸς καὶ Ἀριστοτέλης

14.

Cum codice A. componenda sunt *latina*, quæ *Julio Valerio* tribuuntur. Quod si Majus nusquam diserte indicavit Valerii opus nihil nisi versionem esse Pseudo-Callisthenis, id inde explicarim, quod græca Vaticani ætatis sunt infimæ. Scilicet Valerius, si nonnulla exceperis, et historiæ tenore et singulis ut plurimum sententiis eandem reddit narrationem quæ subest codici A. Idem quum integrior ad nos pervenerit, et forma orationis nexuque sententiarum græcis nostris superior sit, sæpenumero ad explenda quæ in cod. A. manca vel male contracta sunt, adhiberi debet. Contra ab altera parte ex codice A. supplendus est Valerius. Sat multa enim codex A. suppeditat, quæ apud Valerium desiderantur, neque ejusmodi sunt ut seriora additamenta existimari possint. Sic, ut unum

---

opera quinque. Quartum est : *Vita Alexandri M.* quæ Callistheni tribuitur; quintum : *Alexandri ad Aristotelem epistola de situ Indiæ.*

11) N° 4880, sæc. XIV in fol., pergamenteus. Præter Orosium continet : *Julii Valerii res gestæ Alexandri Macedonis translatæ ab Æsopo græco.* (Ita enim titulus exhibetur ad finem libri primi et secundi). Deinde sequitur *Alexandri epistola de itinere suo.* Initium historiæ Alexandri deest, similiter atque in codice Ambrosiano, ex quo Majus Valerium edidit. Minor tamen in nostro libro lacuna est. Verum audiamus clarissimum Letronnium, qui de hoc codice optime meruit. Is enim (in *Journal des Sav.* 1818, p. 609) ita dicit : « Il est également acéphale; mais le nombre des pages qui manquent, est moindre que dans le manuscrit Ambrosien. A la marge sont des chiffres qui se rapportent aux pages d'un autre manuscrit. C'est ce dont il n'est pas possible de douter, d'après l'égalité des intervalles qui séparent chacun de ces chiffres. Le premier chiffre indique le nombre huit, ce qui prouve, qu'il manque sept pages et demie. Le commencement de l'édition de M. Mai tombe entre les pages 9 et 10 : ainsi notre manuscrit contient deux pages de plus. Par un hasard singulier, en cherchant dans les livres manuscrits qui traitent d'Alexandre, nous avons trouvé un fragment dans le manuscrit 5873, et que le catalogue indique en ces termes : *Fragmentum vitæ Alexandri quæ Callistheni tribuitur.* Ce fragment ne consiste qu'en un seul feuillet. En le comparant avec le manuscrit 4880, il nous a été facile de voir que c'est la même écriture, la même distribution; que la marge porte également des chiffres, et que ces chiffres correspondent juste à ceux du manuscrit; car le premier est, comme je l'ai dit, le chiffre 8, et le dernier, dans le feuillet dont je parle, est le chiffre 7. En outre notre manuscrit commence par le mot *erat*, le fragment finit par *nam et nox* (v. p.15 ed. nostr.), ce qui forme la phrase entière : *nam et nox erat.* Il demeure donc évident que ce fragment est un feuillet du manuscrit 4880, détaché d'abord par hasard, et relié dans un volume différent. Au moyen de ce feuillet, il n'y a plus au commencement qu'une lacune de quatre pages, au lieu de seize, qui manquent dans l'édition de M. Mai. » Ceterum cod. 4880 Ambrosiano inferior. Plura in arctius contrahit, alia, longiores maxime descriptiones, prorsus omittit. Porro interponit aliena, uti lib. III, cap. 27, ubi capita aliquot Josephi, atque ea omnia quæ apud Orosium de Alexandro leguntur, in mediam Valerii narrationem intrusit. Minora quædam additamenta suis locis notavi. Verba eadem atque in Cod. Ambros., paucis exceptis; corruptelarum numerus major, quamquam multis locis Ambrosianum ex nostro corrigere licuit. Lacunas Valerii, quas nos e codd. 5818 et 4880 supplevimus, Majus in altera sua Valerii editione supplevit e cod. Vaticano; is vero nonnisi epitome Valerii est. Quare postea Majus (in Spicilegio Romano tom. VIII) nova supplementa dedit ex uberiore narratione codicis Turinensis. His uti non potui.

proferam, pro triginta versibus, quos Valerius (I, 46) ex Ismeniæ carmine affert, codex A. exhibet fere centum et quinquaginta. Quamquam etiam hi nonnisi centones sunt longioris carminis, quod in communi utriusque fonte legebatur. Similiter habent quæ de Alexandriæ originibus narrantur; alterum ex altero supplere licet, verum etiam in unum conjunctos ab fontis sui ubertate longe abesse patet.

Codici A. et Valerio simillimam esse suspicor versionem Armenicam, quam viri harum rerum periti sæculo quinto p. C. scriptam esse statuunt (1).

Codices B. et C. uti ætate non ita longe separati, sic oratione simillimi. Ubi res easdem eodem modo narrant, iisdem etiam verbis uti solent. Cetera indole valde differunt. Nimirum codex B narrationem habet quam cod. A breviorem. Alia omittit, alia contrahit, quædam mutavit et transposuit; nova præbet perpauca. — Contra codex C. voluminis mole reliquos longe superat. Fundus narrationis ea est recensio quam sequitur cod. B. Nam quæ cod. B habet, eadem eodem ordine iisdemque verbis in C leguntur pæne omnia. At intercalata iis sunt alia multa, quæ ex diversis plane fontibus auctor corrasit. Pleraque ætatem redolent infimam, multa ineptissima; ac tanta est scriptoris negligentia, ut non modo pugnantia inter se proferat, sed eadem etiam bis vel ter repetat.

Hactenus in universum de codicibus nostris dictum esto. Jam seriem narrationis per capita ita adumbrabo, ut ea quæ non in omnibus nostris libris græcis et in Valerio leguntur, uncis includam, præfixa nota codicis vel codicum, quibus debentur.

II. ARGUMENTUM HISTORIÆ.

[*AV.* LIBER PRIMUS.]

[*V. Ortus Alexandri.*]

I. [*BC :* Prooemium. Alexander, virtute et fortuna clarissimus, non Philippi sed Nectanebi filius.] [*AV* : Ægyptii sapientia et solertia omnes homines superant. *Hæc A. fusius persequitur.*] Inter eos Nectanebus rex artis magicæ scientia insignis, qua hostium conatus irritos reddere solitus erat.

II. Denuo hostes imminere ei nuntiat famulus de futuris anxius, quem ridet rex arte sua fisus.

III. At ea ipsa docetur jam adversari deos Ægyptiis. Itaque mutata veste ac facie clam aufugit in Macedonium, ubi astrologum Pellæ confitetur. [*ABC :* Quærentibus regem Ægyptiis Serapis respondet eum fugisse, at rediturum pro sene juvenem. Id oraculum statuæ Nectanebi insculpitur.

IV. Olympias ob sterilitatem divortium timens, absente marito astrologum consulit. Is amore mulieris captus, adhibita constellatione prædicit ei filium ex Ammone deo suscipiendum.

(1) Quæ de eo comperta habeo, Geiero debeo, qui de Callisthene historico loquens (Script. Alex. p. 230) in nota affert hæc :

« Nos autem hoc quidem loco ea certe silentio præterire noluimus, quæ quum per *Ferdinandum Rankium* litteris certiores facti essemus, Venetiis nuper editam esse Vitam Alexandri Magni Armenice scriptam, quam ipse vidisset apud *G. Petermannum*, virum doctissimum harumque litterarum peritissimum, ad litteras nostras, quibus rogabamus Petermannum, ut si quid esset, quod in libro isto Armenico ad propositum nostrum spectare videretur, id nobiscum vellet communicare, respondit vir humanissimus. Scribit enim : « Die Armenische Biographie ist, wie Sie ganz richtig vermuthet hatten, der *Pseudo-Callisthenes*, derselbe aber in der æltesten Gestalt, oder wenigstens in derjenigen, welche der æltesten zunæchst steht, ohne die vielen spætern meist widersinnigen Zusætze, ob er gleich auch wie alle andern Recensionen desselben des Wunderbaren Vieles enthælt. Uebrigens ist diese Biographie, wie die armenischen Herausgeber ausdrücklich in der Vorrede bemerken — und wir müssen sie, die gelehrten Mechitaristen (sie erschien Venedig 1842, 8.), als die competentesten Richter in dieser Beziehung anerkennen — schon im 5ten Jahrhundert unserer Zeitrechnung übersetzt worden; auch hegen sie die Vermuthung, dass *Moses Chorenensis*, der berühmteste Armenische Geschichtsschreiber, der Uebersetzer derselben sei, so wie sie meinen, dass ebenderselbe auch die Chronik des Eusebius in das Armenische übertragen haben mœge.— Auf der 73ten Seite (das Ganze hat 198 Seiten) steht als Unterschrift : « Hier ist vollendet die Geburt und die Thaten Alexanders des Macedoniers von dem weisen *Aristoteles;* wir beginnen nun (zu sprechen) auch von seinem Zuge nach Platææ, einer Stadt der Athener. » [Ex his igitur patet librorum divisionem eandem esse quæ est in cod. A. et in Valerio.] Pag. 186 schliesst die eigentliche Biographie, es folgen dann aber noch Lobreden (sic!) auf den Tod Alexanders von *Chatschatur* aus *Ketscharru* (?) enthaltend Klagen des Alexander selbst, dann der Olympias, der Roxane, seiner Feldherrn und Soldaten, und endlich ermahnende Worte Alexanders an seine Freunde Man kœnnte aber auch dies wohl besser deuten als « Reden in Beziehung auf den Tod Alexanders. »

V. — VII. Nectanebus arte magica aliisque machinis efficit, ut primum per somnium regina se Ammonis in complexibus videat, deinde etiam vigilans fruatur deo, quem ab astrologo non diversum esse haud perspexit.

VIII. Ne miretur Philippus uxorem gravidam reperiens, Nectanebus immisso somnio regem de divinitate seminis, quod utero uxor gestet, edocet.

IX. Itaque redux Philippus uxorem erubescentem consolatur, ad deum quæ erant referens.

X. Mox tamen suspectat mulierem; suspicionem novo machinamento Nectanebus diluit.

XI. Ostento Philippus de futuri filii gloria et morte præmatura admonetur.

XII. [*ABC*: Partum edituram Olympiadem inhibet astra consulens Nectanebus, nec eniti fœtum sinit ante horam qua cosmocratorem natum iri sidera nuntiant. *Hæc paucis BC, multis prosequitur cod. A, poema apotelesmaticum exscribens.*] Prolabente puero tremit terra, coruscant fulgura.

XIII. Cur Alexandri nomen puer acceperit. Ejus forma, educatio, magistri. [*V.* Locus Phavorini de majoribus Alexandri.] Philippo affertur Bucephalus carnivorus.

XIV. Nectanebus ab Alexandro in præcipitium detruditur. Moriens se patrem Alexandri confitetur; splendido funere honoratur.

XV. Philippus oraculum Delphicum de successore interrogat. Bucephali domitorem Pythia respondet.

XVI. Alexander puer ingenium prodit responso sapientiæ præcocis.

XVII. Bucephalum per Pellam urbem agit. Gaudet Philippus oraculi memor.

XVIII. Alexander ludos Olympicos adit. Ejus cum Nicolao, Acarnaniæ regulo, jurgium.

XIX. Ludorum descriptio (*Cod. C. uberius hæc describit ex fonte juniore. Quæ ibidem de Laomedonte narrantur, ignorant ABV.*). Perit Nicolaus ab Alexandro devictus. Eam victoriam aliarum multarum fore præludium e nomine victi auguratur sacerdos.

XX. XXI. [*C.* Alexander secum in Macedoniam ducit Laomedontem. Carmen, quod Macedones in honorem Alex. composuerunt.] Domum redux Philippum, repudiata Olympiade, cum Cleopatra nuptias agentem offendit. Alexandri indignatio, cum patre gravis altercatio, in convivas et Lysiam scurram furor.

XXII. In gratiam redit cum patre, cui Olympiadem reconciliat.

XXIII. Contra Methonæos rebellantes mittitur. [*ABV.* Inde reversus, Darii legatos a Philippo tributum annuum exigentes re infecta redire jubet (*Hæc cod. C alio loco et alio modo narrat. Vid. c.* 26). Deinde mittitur contra Thraciæ urbes seditiosas.] [*C :* Contra Scythas, qui Macedoniæ imminebant, proficiscitur; strategemate eos vincit; victos clementer habet.]

XXIV. [*ABV:* Pausanias (Ἀνάξαρχος ὁ καὶ Παυσανίας *cod. C, hoc modo diversas narrationes miscens*) Thessalonicensis Olympiadis amore captus, absente Alexandro, Philippum in theatro confodit. Jamque Olympiadem vi abducturus est, quum redux Alexander spiranti adhuc patri Pausaniam offert trucidandum. Mors Philippi; luctus Alexandri. *Fusius hæc exponit cod. A. Diversam plane de morte Philippi narrationem habet cod. C. Vid. p.* 25.]

XXV. Alexandri concio de bello contra Persas suscipiendo.

XXVI. [*C:* Darii legati re infecta dimittuntur *Cf. cap.* 23]. Copiæ Alexandri recensentur.

[*ABV :* Alexander contra Thraciæ populos, Illyrios, Pæones, Triballos expeditionem suscipit.] [*Pro his C :* Contra Thessalonicenses proficiscitur, quorum tyrannus Polycrates, Anaxarchi (Ἀναξάρχου τοῦ καὶ Παυσανίου *cap.* 24) filius, submittens se Alexandro tradit Charimedem filium.]

XXVII. [*B :* Græcia rebellat; Athenienses excitat Demosthenes; Thebani præsidium urbe ejiciunt; quare Thebæ diruuntur. Flagrante urbe Ismeniam tibiis cecinisse jussu Alexandri ferunt. Tum metuentes sibi reliqui Græci Alexandrum imperatorem creant.]

[*Pro his C :* Rebellante Græcia Alex. primum contra Athenienses proficiscitur; urbem obsidet, capitque; deinde Thebas diruit. Hinc in Italiam transgressus Romanorum obsequia admittit. Auxiliares copias adducit Laomedon, quem Alexander regem subactorum in his regionibus populorum constituit. Dein meridiem versus pergit usque ad oceanum. Monstra quæ ibi viderit (*eadem plane postea in India collocat*). Ad lævam se convertens septentrionem versus in Macedoniam redit.]

XXVIII. XXIX. [*BC :* Alex. e Macedonia in Asiam transgressus ad Granicum vincit; Ioniam, Cariam, Lydiam, subjicit; mare Pamphylium recedit prætereunti. Aspendum venit : hinc solvit in Siciliam; inde in Italiam transit.] Romanorum obsequia et honores in Alexandrum ab iis collati.

XXX. In Africam transgressus a Carthagi-

niensibus tributa accipit. Ammonis templum adiens oraculum petit de loco condendæ urbis ἀειμνήστου. Dei responsum.

XXXI. XXXII. Parætonium condit. In Ægyptum venit. Alexandriæ origines (*locus de Alexandria in BC paucis, fusius in V, uberrime in A tractatur.*)

XXXIII. Serapeum Alexander quærens quomodo invenerit. Datum a deo oraculum.

XXXIV. Memphim venit, ubi more regum Ægyptiorum ἐνθρονιάζεται. Conspicit Nectanebi statuam et inscriptum ei oraculum reditum Nectanebi pro sene juvenis prænuntians. Patrem suum fassus ratum facit vaticinium. Oratio Alexandri ad Memphitas.

XXXV. In Syriam profectus a Tyriis arcetur; Gazam capit; denuo Tyrum aggreditur, de successu conaminis somnio prædoctus; urbem captam exscindit. Tripolim constituit.

XXXVI. [*C:* Duces Alexandri Seleucus et Antiochus Nicatoriam et Antiochiam condunt.] Legati Darii literas afferunt, quibus Alexander puerulus ad matrem redire jubetur.

XXXVII. Concione Alexander animos militum firmat. Legatis ostendit quomodo Græcus rex a Barbarorum tyranno differat. Darium prodituro aures non præbet.

XXXVIII. Responsum ad Darii literas.

XXXIX. Darii literæ ad Satrapas, quibus corripi Alexandrum jubet et verberibus affectum ad matrem remitti. Spinther et Hydaspes satrapæ data ad regem epistola auxilia petunt. Responsum Darii ignaviam eorum castigantis.

XL. Usque progredienti Alexandro denuo literas scribit Darius veniam delictorum promittens, si jussis Alex. obtemperet.

XLI. Quæ omnia quum frustra fuissent, exercitum contra Alexandrum ducit. [*BC:* Alexander in Cydno natans morbum contrahit; a Philippo sanitati restituitur.] Prœlium Issicum. Fugit Darius, cujus curru, armis, familia Alexander potitur.

XLII. Dario novam expeditionem parante, Alexander supplementa copiarum e Macedonia adduci sibi jubet. In Pieriam venit, ubi sudans Orphei statua novas laborum ærumnas portendit. In Phrygia ad Scamandrum fl. alterum Achillem agit. [*V:* Præcipue colit Achillem, cui cognatus erat; apponitur stemma ex Alexandriade nescio qua.]

XLIII. Amphipolim venit, deinde Abderam, quam urbem non ingreditur Abderitis obsecutus.

XLIV. Chalcidensium regionem vastat. Omnes urbes usque ad Pontum Euxinum sibi subjicit Ad Mæotim paludem Neptuno sacra facit. Fame exercitum premente, equos mactare jubet. Quare indignatos milites concione placat.

XLV. [*AV:* Ad Locros venit; Tegyreum oraculum edit.]

XLVI. [*AV:* Thebani resistunt; urbs eorum obsessa et diruta. Excidium describitur (*e fonte poetico*). Ismenias cantilena Alexandrum flectere studet frustra.]

XLVII. [*AV:* Datum Thebanis de urbis restitutione oraculum. Alexander Corinthum proficiscitur, ubi ludis Isthmiis præsidens, Clitomacho Thebano pancratiastæ hanc habuit gratiam, ut Thebas restaurari juberet.]

[*AV.* LIBER SECUNDUS.]

[*V. Actus Alexandri.*]

I. [*AV:* Alexander Platæas venit, ubi a Proserpinæ sacerdote fausto responso excipitur. Stasagoram Platæensium præfectum a munere removet. Ægre id ferunt Athenienses. Alexandri ad Athenienses literæ.]

II. [*AV:* Atheniensium responsum. Rescriptum Alexandri rhetores expostulantis. Atheniensium deliberatio. Cedendum Alexandro suadet Æschines. Contra disputat Demades.]

III. IV. [*AV:* Demadem refellit Demosthenes, cujus sententiam populus ratam habet.]

V. [*AV:* Athenienses legatos mittunt ad Alexandrum. Hujus ad Athenienses epistola.]

VI. [*AV:* Alexander proficiscitur contra Lacedæmonios, qni primum resistere conati mox se dedunt.] Hinc denuo in Asiam transit.

VII. Darii deliberatio. Copiæ.

VIII. Alexander post natationem in Cydno in morbum incidit. A Philippo sanatur (*Cf.* I, 41).

IX. Euphratem transgressus, pontem rescindit. Id haud æque ferentes milites oratione erigit. Insidiis Persæ Macedonica veste induti in vitæ venit discrimen. Persam comprehensum cum laude dimittit.

X. Satrapam, qui Darium proditurus erat, indignatus recedere jubet. Spintheris et Hydaspæ ad Darium literæ. Darii ad Alexandrum, et Alexandri ad Darium literæ.

XI. Darii epistola ad satrapas, et horum responsum.

XII. Darii ad Porum literæ.

XIII. Alexandri strategema. Ammon ei per quietem apparet.

XIV. Dei suasu ipse Mercurii vestitu indu-

rus tamquam nuntius Alexandri ad Darium proficiscitur.

XV. Convivio a Dario adhibitus agnoscitur; fuga feliciter ad suos evadit.

XVI. Prœlium ad Strangam fluvium. Clades Persarum. Darii fuga et lamentatio.

XVII. Darii literæ, quibus regni partem et opes Alexandro offert. Oblata non accipienda esse Alexander censet, contra sententiam Hephæstionis. Arcem Persepolitanam incendit.

XVIII. Nabonassari et Cyri sepulcra visit. Græcos captivos a Persis misere mutilatos generoso animo sublevat.

XIX. Darius novam expeditionem parans a Poro auxilia petit.

XX. Bessus et Artabarzanes Darium necant. Spiranti adhuc supervenit Alexander. Darii morientis verba et mandata.

XXI. Alexander, funerato Dario, res Persarum constituit (*de his uberioris narrationis centones præbet cod. A.*), Darii interfectores punit.

XXII. Alexander Aduliten Persis satrapam dat. Literæ Alex. ad Rodogunen, Statiram et Roxanen; harum responsum. Alteræ literæ Alexandri ad easdem et ad Olympiadem. Nuptias Roxanes celebrat. [*AV:* Deinde in Porum exercitum ducit. *Finis libri secundi.*]

XXIII. [*BC :* Epistola Alexandri ad Olympiadem et Aristotelem, quibus narrat quæ gesserit inde a pugna Issiaca usque ad mortem Darii et suas nuptias. *Hucusque epistola pertinet in cod. C; in cod. B ultra progreditur, in eaque recensentur mirabilia, quæ in ultimis orientis regionibus rex viderit. Hæc eadem iisdem plerumque verbis, epistola in narrationem historici dissoluta, exponit cod. C inde a cap. XXXII.*]

XXIV. [*C :* Alexander in Judæam proficiscitur. Judæos eorumque religionem summopere honorat.

XXV. [*C :* In Ægyptum pergit. E balneo morbum contrahit. Philippi medici historia repetitur.]

XXVI. [*C :* Ægyptii primum resistentes Alexandro mox se dedunt, suadente numine.]

XXVII. [*C :* Nectanebi statua capiti Alexandri coronam imponit, in manus dat globum mundi imaginem.]

XXVIII. [*C :* Alexander urbem eximiam (*Alexandriam*) condit; priscorum deorum cultum antiquat, verum deum unicum, mundi creatorem, venerans.]

XXIX. [*C :* Ad longinquiores populos pergit. Offendit mulieres horrendas, quæ canum ope fugantur. Inde per desertum euntes infestantur formicis miræ magnitudinis. Deinde ad flumen veniunt.]

XXX. [*C :* Flumen istud, modo aquam modo arenam volvens, quomodo ponte Alexander junxerit.]

XXXI. [*C :* Deinde reperit homines staturæ minimæ, et prope lacum Sesonchosis statuam, cui inscriptum erat ultra non posse procedi. Inscriptionem veste tegit, ne legant milites.]

XXXII. [*C :* Boream versus tendit. In silva obviam fiunt homines ingentes.]

XXXIII. [*C :* In planitie reperit homines nigros miræ indolis, quibuscum manum conserunt. Alexandri ad exercitum ultra progredi nolentem cohortatio.]

XXXIV. [*C :* Ad Herculis et Semiramidis stelas veniunt. Homines sex manibus pedibusque instructi igne fugantur. Cynocephalorum terra. Cancri ingentes.]

XXXV. [*C :* Insula Brachmanum sive Oxydracum gymnosophistarum. In eam primus transit Philon, deinde ipse Alexander. *Sequuntur de Brachmanibus eadem omnia quæ in codice A leguntur lib. III,* 5 *sqq.*]

XXXVI. [*C :* Ex insula ad suos reversus iter continuat. Arbores una cum sole orientes et evanescentes. Lapides miræ virtutis; serpentes; pisces non igne, sed aqua frigida coquendi; aves miræ.]

XXXVII. [*C :* Regio tenebrosa; animalia ἑξάποδα, τριόφθαλμα. Regio arenosa; animalia sexocula; Cynocephali ichthyophages; phocæ. Redeundum esse dictitant amici. Alexander usque ad fines terræ penetrandum censet.]

XXXVIII. [*C :* Inde deserta, nullo sole collustrata. Ad maritima cancrum capiunt ingentem, in quo dissecto margaritæ reperiuntur pulcerrimæ. Horum desiderio captus Alexander in maris profunda descendit vano conatu.]

XXXIX. [*C :* Præcipitium structo ponte superat. Senis consilio usus in regionem tenebrosam penetrat. Regionis miracula.]

XL. [*C :* Avium voce monetur, ut jam redeat, quum beatorum terram mortali adire non liceat. Ad lucem revertitur.]

XLI. [*C :* Nova miracula. Historia Andreæ coqui et Cales Alexandri filiæ. Quomodo Alexander per aerem vectus sit.]

XLII. [*C :* Ad lacum venit, cujus aqua melle dulcior. In piscis stomacho lapidem reperit lucentem, quo lampadis loco utitur. Mulieres, quæ noctu e lacu emergunt suavissime canentes. Pugna cum Hippocentauris.]

XLIII. [*C :* Epistola ad Olympiadem et Ari-

stotelem, in qua narrata inde a cap. 24 paucis recensentur.]

XLIV. [*C*: In Indiam tendens venit ad Solis arbores fatidicas, quæ mortem regi prænuntiant. Offendit homines unipedes, pernicissimos.]

[*AV*. LIBER TERTIUS.]

[*V*. *Obitus Alexandri.*]

I. Alexander contra Porum proficiscitur per loca deserta et infesta. Militum animos oratione erigit.

II. Pori literæ ad Alexandrum. Alexandri ad milites concio et ad Porum epistola.

III. Pori exercitus propter elephantum copiam metum Macedonibus injicit. [*BC*: Alexander, mutato vestitu, Pori urbem ingreditur hostis copias exploraturus.] Elephantum impetum strategemate eludit. In pugna cadit Bucephalus. Præ mœrore Alexander bellum negligit. Persarum haud pauci in Pori castra transeunt.

IV. Quapropter Alexander bellum decernendum censet certamine singulari; quo commisso Porum occidit. [*A* : Musicani (*sic leg. pro* Παυσανίου) aliorumque regiones sibi subjicit. Aornum petram expugnat; aliam Indiæ urbem oppugnans e summo vitæ discrimine a Peuceste et Ptolemæo eripitur. *Postrema hæc narrat etiam Valerii cod. Reg.* 4880 *initio cap. XVII.*] — [*ABV*: Deinde ad Brachmanes gymnosophistas visendos proficiscitur.]

V. [*ABV :* Brachmanum ad Alexandrum literæ. Terra eorum et vivendi ratio describuntur.]

VI. [*ABV* : Brachmanum sapientiæ specimina.]

VII.—XVI. [*A* : Interponitur Palladii libellus de situ gentibusque Indiæ et Brachmanibus.] *Codex C ea quæ leguntur in ABC cap. V* et *VI, cum iis quæ cod. A e Palladio apponit inde a cap. XII, commiscuit et in alium locum transposuit. Vide II,* 35.

XVII. [*AV* : Epistola Alexandri ad Aristotelem de Indiæ miraculis (*Hanc epistolam codd. BC in narrationem historicam dissolverunt, omissis tamen compluribus*) : A Brachmanibus veni in Prasiacam urbem. Deinde ad homines molles, Sabæos, ad insulam magicam. Philonis interitus. Hebdomadarium. Redii in Prasiacam. Vidi solis et lunæ eclipsin. Darii regnum perambulavi initio facto a Portis Caspiis. Urbs in fluvio sita. Calami ingentes. Aqua amara. Lacus aquæ dulcissimæ. Sesonchosis titulus. Bestiæ castra infestantes. Redii in Prasiacam. Solis et Lunæ arbores fatidicæ. Oraculum ab iis editum. Jam e Prasiaca pergo ad Semiramidis regiam.]

XVIII. Alexander ad Semiramidis regiam venit. Epistolæ Alexandri ad Candacem, et Candacæ ad Alexandrum.

XIX. Candace Alexandri imaginem clam rege sibi procurat. Candaules, Candaces filius, cui Bebrycum rex uxorem rapuerat, ad castra Alexandri defertur. Ptolemæus regem agens Alexandro tamquam Antigono duci jubet, ut illatam Candaulæ injuriam vindicet.

XX. Alexander-Antigonus Euagridem Bebrycum tyrannum bello petens uxorem Candaulæ restituit.

XXI. Alexander-Antigonus cum Candaule ad Candacem proficiscitur. Loca ἔνθεα.

XXII. Candaces regia describitur. Alexander a regina agnoscitur, nec tamen proditur.

XXIII. Alexander magnum periculum prudentia sua effugit. Muneribus cumulatus ad exercitum redit.

XXIV. In reditu Alexander deorum præsentia et convivio fruitur. Ejus cum Sesonchosi colloquium. Serapidis oraculum. (*Hæc cod. C narravit cap.* 21).

XXV. Alexander ad Amazones pergit. Literæ ad Amazones, harumque responsum.

XXVI. Alteræ literæ ad Amazones; Amazonum rescriptum et obsequium. [*C* : Alexander Eurymithræ Belsyrorum regi bellum infert. Viginti duos populos impuros intra Caspias Portas includit.]

XXVII.—XXIX. [*V*: Iter in Prasiacam molestum. Epistola Aristotelis ad Alexandrum.] — [*VAB* : Epistola Alexandri ad Olympiadem. *Cod. C epistolam dissolvit in narrationem historici; deinde capita hujus narrationis in epistola breviore recenset.* Nostra hæc epistola in aliis codicibus aliter adornata hunc in modum :]

[*B* : Iter ad Hypanim fluv. molestum. *Hæc rectius Valerius præmittit epistolæ.*] — [*ABV*: Herculis stelæ. Mare rubrum. Atlas fluvius. Acephali aliaque monstra. Solis urbs. Tanais fluvius. Cyri et Xerxis regiæ et quæ iis insint miranda.] — [*B* : populi impuri ab Alexandro seclusi.]

XXX. Alexandro Babyloniam ingresso fœtus affertur prodigiosus. Unde imminentem regi mortem vates nuntiant.

XXXI. Antipatri de Alexandro tollendo consilia. In convivio rex haurit poculum venenatum.

XXXII. [*A* : Alexander quin in Euphratem se præcipitet a Roxane impeditur. Testamen-

tum scribit. Quid interea Perdiccas et Ptolemæus inter se pacti sint.] [*BC*: Macedonum exercitus præter lectum regis morientis prætericns.] [*A*: Alexander testamentum apud Rhodios deponendum Orciæ tradit. Testamenti apographum.]

XXXIII. [*C*: Accurrit Bucephalus, lectumque regis lacrimis irrigat.] [*CB*: De provinciarum distributione regis verba paucissima.] [*C*: Bucephalus puerum, qui venenum Alexandro dederat conspicit, comprehensum dilaniat, dein ipse ad pedes regis exspirat.] [*CBV*: Morienti regi signa cœlitus edita.]

XXXIV. [*VCB*: Regem in Perside Persæ, Macedones in Macedonia sepeliendum censent. Rixam componit responsum Jovis Babylonii, quo Memphim corpus deportari jubetur. Eo delatum sacerdos jubet Alexandriam transferri.] [*V*: Ibi corpore in templo Alexandri deposito, Ptolemæus recitat testamentum, *quod eatenus Valerius exhibet quatenus ad provinciarum distributionem pertinet.*]

XXXV. Quot annis Alexander vixerit et regnaverit; quo die sit mortuus, quot vicerit populos. [*AVC*: Alexandriæ urbes ab Alexandro conditæ enumerantur.]

III. DE ORIGINE ET INCREMENTIS HISTORIÆ ALEXANDRI FABULOSÆ.

Accedimus ad eum locum qui est de historiæ nostræ originibus ac incrementis. Hunc autem tutissime et commodissime tractari censeo, si primum eam telæ partem, quam oculis adhuc subjectam habemus, retro resolvamus, ac tum demum conjectando et tenuiora vestigia legendo ad ipsa ascendamus initia. Primum igitur ab antiquissimo codice A et a Valerio proficiscentes paucis exponemus cujusnam generis sint mutationes et additamenta, quæ in codicibus B et C deprehendimus.

Quæ in codice B mutata videmus, maximam partem sunt ejusmodi, ut auctorem prodant, qui fabulosa interdum ad veræ historiæ seriem revocare studuerit. Tribus id exemplis probatur. Ac primum quidem in codice A et apud Valerium expeditio contra Thebas et reliqua quæ in Græcia Alexander egit, eo tempore facta esse narrantur, quo rex ex Italia, Ægypto et a prœlio Issico redux secundam contra Darium expeditionem parabat. Ita autem rem jam ab Alexandrinis auctoribus adornatam esse, inde colligitur, quod Demosthenes, cedendum esse Macedoni civibus persuadens, multis verbis evehit Alexandriam urbem recens conditam et felicitatem Ægyptiorum jussis regis benignissimi lubentissime obtemperantium. Ac probabile est eo ipso consilio Alexandrinum auctorem hanc historiæ partem ad secundæ expeditionis initium ponere maluisse, ut etiam Ægyptiorum exemplo Athenienses ad obsequium Alexandro præstandum inducti esse viderentur. Contra in codice B. statim post debellatos Thraciæ populos Alexander in Græciam proficiscitur, totusque hic locus, in antiquioribus libris uberrime expositus, verbis paucissimis ex veterum historicorum narratione absolvitur, atque adeo criticum se hoc loco auctor ostendit, ut Ismeniæ historiam voce φέρεται in dubium vocaverit.

Deinde codex A et Valerius Alexandrum ex Europa in Italiam transjecisse et in *Lycaoniam sive Lucaniam* appulisse tradunt. Ac hæc quidem ratio, introducta semel expeditione Italica, omnium simplicissima erat. Contra in cod. B (I, 28) Alexander, rebus Græciæ constitutis, in Asiam transit, ad Granicum vincit, Asiamque minorem subigens deducitur usque in Pamphyliam (in regionem *Lycaoniæ* Asiæ proximam). Hinc deinde transfretatur in Lycaoniam sive Lucaniam, ut Valerius dicit, vel uti est in cod. B, primum in Siciliam, deinde in Italiam.

Similiter historiam de Alexandro in Cydno natante codex B (I, 41) cum antiquis historicis ponit ante prœlium Issicum, quum cod. A et Valerius (II, 8) ponant ante pugnam ad Arbela commissam. Sed quoniam posteriore loco cod. B eandem historiam denuo narrat, hinc colligas correctiones illas non ab auctore cod. B, sed ab antiquiore aliquo profectas, deinde ab alio cum prisca adornatione commixtas esse.

Hæc de præcipuis mutationibus, quæ in cod. B occurrunt. Alia quædam minoris momenti silentio prætermitto. Quod deinde additamenta attinet, item seriorem ætatem redolent. Versantur maxime in miraculis Indicis. Hæc enim quum in antiquioribus libris modicis finibus contineantur, posteriorum erant deliciæ, eodemque modo augebantur, quo negligebantur historica illa de originibus Alexandriæ, de rebus Persarum ab Alexandro constitutis, de testamento regis et quæ alia ejusmodi sunt parum jucunda. Etenim quum in codice A et Valerio mirabilia duabus maxime epistolis absolvantur, quæ post narratum bellum Indicum et expeditionem contra Amazones susceptam apponuntur, auctor cod. B jam invenit tertiam epistolam (II, 23 ubi v. not.), quæ quum majorem partem circa gentes orientis ultimi sit, inepto plane loco

statim post narrationem de morte Darii nuptiisque Alexandri intruditur. Ceterum quum in ea complura legerentur eadem atque in prima epistola cod. A, posteriorem hanc deinde in narrationem historicam dissolverunt, omittentes quæ omittenda erant. Porro uti lib. II, 23 nova plane epistola intruditur, sic antiqua illa, quæ legitur II, 27 sqq., in cod. B. augetur narratione de populis impuris (II, 29), quos Alexander munitis Portis Caspiis a reliquis seclusisse dicitur. Apertum hoc Judæi vel Christiani hominis additamentum. Verum etiam in hisce narrationibus omnibus auctor codicis B sobrium se et brevitatis studiosum ostendit: neque enim dubium est quin quæ de iis uberrime tradita acceperit in arctius contraxerit: unde factum, ut narratio sæpe sit obscurior maleque cohæreat.

Videamus deinceps codicem C. Is igitur quum fundum narrationis suæ eandem habeat recensionem quam sequitur cod. B, quæ in hoc mutata vel aliunde assumta diximus, præbet et ipse. Reliqua quæ addit vel mutat ex recensione fluxerunt, tum rerum tractatione tum orationis indole ab altera facile distinguenda. Auctor ejus Judæus vel Syrus Christianus fuisse videtur. Ex hocce fonte petita descriptio ludorum Olympicorum lib. I, 20 et quæ ibi de Laomedonte memorantur, expeditio Alexandri contra Scythas et narratio de morte Philippi. In hac quum interfector Philippi non esset Pausanias, sed Anaxarchus, diversa hæc in cod. C ita conjunguntur, ut homo iste sit Παυσανίας ὁ καὶ Ἀνάξαρχος. Simili modo aliis locis in cod. C introducuntur Φίλων ὁ καὶ Βύζας, Φίλιππος ὁ καὶ Πτολεμαῖος, Ὦχος ὁ καὶ Σεσόγχοσις etc. Oratio in his sicuti in reliquis plurimis verbosa et aniliter garrula. Narratiuncularum, quas *Märchen* Germani vocant, colorem habent quæ c. 26 de Darii legatis leguntur, multum illa ab antiquioris historiæ simplicitate recedentia. Præterea hunc locum ita transposuit, ut legati isti advenisse dicantur jam parante Alexandro expeditionem Persicam, atque eo modo minas Alexandri statim sequatur effectus. — Ex eadem recensione deinde arrepta expeditio contra filium *Anaxarchi* Polycratem. Qui ibi memoratur filius Polycratis *Charmedes*, eundem denuo introduci videmus libro tertio, ubi de morte regis (p. 150) et de statua Alexandri (p. 151, not. 4) sermonem facit, ut dubium non sit, utraque ex eodem fonte afferri. — Similiter *Laomedon*, quem Alexander regionum occidentalium regem constituisse narratur (I, 27, p. 26 sq.), eundem auctorem prodit, ex quo Laomedon ludis Olympiis una cum Alexandro certans memoratur. — Hinc igitur etiam petita sunt quæ de expeditione in Italiam et reliquas occidentis terras ad Oceanum usque leguntur, serioris ævi commenta. Ceterum adeo negligens Noster est, ut subjungat his ea, quæ in codd. ABV. de expeditione Italica exstant, ideoque ex parte bis exponat eadem. — Quæ cap. 36 interseruntur de Nicatoria et Antiochia conditis, haud premerem, nisi hæc quoque prodere viderentur auctorem Syrum, quem aliunde agnoscimus. Præcipuam vero operam auctor cod. C navavit narrationi quæ est de orientis mirabilibus. Supra jam monuimus hanc partem in cod. A et V rudem admodum esse, ac duabus epistolis contineri, in quibus non tam referuntur jam narrata, quam nova exhibentur, ita ut epistolæ in historicæ narrationis locum succedant. Codex B auxerat hæc addita alia epistola sed alieno prorsus loco inculcata. Hæc igitur omnia in ordinem redigit simulque novis divitiis thesaurum jam accumulatum donat codex C. Scilicet epistolas cod. A et Valerii in historiæ formam transducit, prima verbi persona in tertiam mutata, servatisque reliquis. Deinde vero novas epistolas excudit, quæ nonnisi summaria rerum narratarum exhibent. Tertiæ autem epistolæ, quam codex B. habet, initium solum retinet, ut quod retineri absque incommodo poterat; reliqua item in historiam convertit, ejusque epitomen in epistolio ad Olympiadem perferendam curat. Ita igitur ex ordine res procedunt. Additamenta autem in hac parte sunt plurima, adeo ut novam plane faciem historia induat. Nam post mortem Darii Alexander pedem refert in Syriam, unde tantam Judaicæ religionis admirationem aufert, ut deinde denuo in Ægyptum transgressus, iterumque condita Alexandria, paganorum deos foras ejiciat, nec alium quemvis agnoscat præter Jehovam. Hæc Judæum vel Christianum redolent longissime. Aliaque ejusmodi complura, quæ enumerare tædet, passim occurrunt. Unde supra de auctore hujus recensionis conjecturam feci. Deinde postquam, Cydno in lacum Ægyptium transformato, Philippi medici historiam, quam semel ac iterum jam narraverat, denuo auctor exposuerat, orientem nobis reserat, videmusque Alexandrum, antequam ad Porum veniret, jam adiisse limina paradisi. Memorabile inter alia illud est, quod de Brachmanibus in cod. C legitur. Præclarum enim exemplum præbent rationis, qua ea, quæ in antiquioribus libris tamquam documenta quædam ad historiam Alexandri pertinentia narrationi subjecta

vel etiam inserta, nec tamen juncta erant, a serioribus ipsi historiæ Callistheneæ incocta sint. Id enim auctor codicis C fecit Palladii opusculo, quod integrum præbet cod. A.—Denique postremam narrationis partem de morte Alexandri ex eadem recensione fluxisse, unde Polycratis historia in libro primo depromta est, paullo ante jam monui. Ac nemo puto non agnoscet nostrum ineptiarum aucupem in præclaris illis de Bucephalo redivivo, domini vindice, ac demum morte sua beatum Argi canis memoriam refricante. Hactenus de textura codicis C.

His igitur accrementis resectis, videndum est de codice A deque Valerio. Nam hi quoque inter se differunt, nisi quod discrepantiæ tanto rariores, quanto propius auctores ab antiquissima historiæ forma absunt. Mitto eos locos, ubi alter altero uberior est, quod alter altero plura vel accuratiora e communi fonte deprompsit. Quo pertinent v. c. illa, quæ codex A. (I, 12) habet de Nectanebo partum Olympiadis inhibente usque dum fausta luceant sidera. Hæc enim Valerius Ambrosianus omittit. Quamquam ea omissio nonnisi scribæ codicis esse videtur, nam centones quidam hujus loci supersunt in Valerii cod. Reg. 8519 (Vide p. 11, not.). Ac nescio an similiter statuendum sit de aliis locis Valerii, ubi nunc justo breviora legimus, ut de Alexandriæ originibus (II, 31 sqq.) et de rebus Persarum (II, 21). Certe in universum patet, eundem latinorum Pseudocallistheneæ historiæ quam græcorum librorum esse rationem. Ut ut statuas, eximendus ex hoc genus locis sunt ea, quæ Valerius de testamento Alexandri profert. Hæc quoque multo breviora sunt, quam quæ codex A exhibet, sed non Valerii culpa, verum consilio ejus Alexandrini, quem Valerius expressit. Nam totius hujus loci alia adornatio in Valerio, alia in codice A. De quibus fusius dicemus infra. Alius autem generis sunt loci tres, quos habet Valerius, non habet codex A. Eorum primus est de proavis mythicis Alexandri ex Phavorini Historia miscellanea repetitus (I, 13); cui similis argumento est alter, ubi ex Alexandriade nescio qua recensentur majores Alexandri materni inde ab Achille (I, 42, p. 48); tertio denique affertur Aristotelis ad Alexandrum epistola (III, 27). Qui quidem omnes, quum non solum desiderentur in codice A, sed abesse etiam absque ullo historiæ damno possint, seriorum sunt additamenta, quæ jam Valerius in græcis suis repperit. Cum iisque componendus est Palladii libellus in cod. A et Josephi et Orosii loci qui in Valerii codice Reg. 4880 in mediam Pseudo-Callisthenis historiam intruduntur. Nimirum corrasit quisque et adscripsit quæ ad illustrandam vel etiam ad corrigendam Nostri historiam idonea esse censuit. Neque dubium est, quin eodem consilio in codice Ambrosiano Callistheni jungatur Anonymi Itinerarium Alexandri, cujus locum de Halicarnassi obsidione deque Ada regina etiam cod. 4880 ad Valerium I, 42 in margine adscripsit; neque mirarer si in alio libro idem locus in ipsum verborum contextum receptus legeretur.

His subjiciam, quæ leguntur in codice A., non leguntur apud Valerium, de subacto Musicano aliisque Indiæ regulis, de Aorno petra expugnata, et de Alexandri Mallorum urbem obsidentis facinore (1) et periculo (II, 4), deinde vero de Alexandro, qui morbo fatali correptus in Euphratem se dejecturus erat, et de pactis, quæ Perdiccas et Ptolemæus inierint, dum testamentum rex scriberet (III, 32, n. 1).

Igitur hæc quoque seriorum additamenta esse putaveris. Sed quod posteriorem locum attinet, Valerii silentium omnino nihil probat, quoniam postrema hæc historiæ pars vel ab antiquissimis auctoribus vario modo adornata esse videtur, atque alia ejus recensio codici A, alia Valerio subest. Deinde autem ea quæ de Ptolemæo narrantur ejusmodi sunt, ut optime conveniant Alexandrinorum studiis, quæ tanto clarius elucent, quo propius ad initia historiæ nostræ accedas. Etenim ita habet codex A. l. l.: Ὁ δὲ Περδίκκας ὑπονοήσας τὸν Ἀλέξανδρον καταλελοιπέναι τὰ πράγματα τῷ Πτολεμαίῳ διὰ τὸ πολλάκις πρὸς αὐτὸν εἰρηκέναι ὑπὲρ τῆς Πτολεμαίῳ γενέσεως, ἔτι δὲ Ὀλυμπιάδα εἰρηκέναι φοβερὰν, ὡς ἦν ἐκ Φιλίππου, λαβὼν τὸν Πτολεμαῖον κατὰ μόνας ἐξορκίζει, εἰ γίνοιτο Ἀλεξάνδρου πραγμάτων διάδοχος, μερίζειν τὰ πράγματα αὐτῷ τὰ κοινῇ συγκριθέντα. Τὸν ὅρκον ὑπομείνας Πτολεμαῖος καὶ οὐδεμίαν ἔννοιαν ἔχων ὑπὲρ ὧν ὁ Περδίκκας ὑπενόει, καὶ αὐτὸς νομίζων τὸν Περδίκκαν διάδοχον εἶναι τῶν πραγμάτων,... ὁρκίζει αὐτὸν τὸν αὐτὸν ὅρκον ἐν μέρει. Hæc igitur quin jam in antiquissimis nostræ historiæ exemplaribus locum habuerint, nihil obstat. Major dubitatio esse de altero loco potest. Nam quæ de Alexandro apud Mallos

(1) Pag. 99, not. 11, pro ὑπὸ τῶν μαζῶν scribendum putavi ὑπὲρ τὸν μαζὸν; præstat ὑπὸ τὸν μαζὸν; nam sic etiam Diodorus XVII, 99, 3.

vulnerato codex A exhibet, eodem plane modo legis in Itinerario Alexandri c. 115, p. 167, adeo ut aut alter alterum exscripsisse aut uterque ex eodem fonte hausisse debeat. Porro eadem, etsi brevius, Itinerarii verbis, sed alio minusque apto loco præbet etiam Valerii codex Reg. 4880 (1). Attamen græca nostra e latinis fluxisse per se parum est probabile, contra vero scriptorem Itinerarii præter melioris notæ auctores etiam fabulosam Alexandri historiam ante oculos habuisse patet. Nimirum cap. 119 dicit : *Cujus* (Alexandri) *ne casus prius quam laudium memor sim, ea quoque memorem, quæ per diligentiam laboravit.* Narrat deinde quomodo Alexander *diebus nonaginta* (95 Valer. III, p. 141) *continuis emensa via* ad Herculis stelas venerit, earumque pretium terebro exploraverit. Leguntur hæc initio epistolæ ad Olympiadem (III, 27, p. 139 sq.). Deinde in Itinerario sequuntur : *Verum enim revertens prærupta per loca cœlo inlucido ut juxtim se viantes vix mutuo noscerentur, tandem Thermodonta amnem* ** (Reliqua desiderantur). Quæ quidem etiam propius quam latina Valerii accedunt ad ea, quæ deinceps in codice A leguntur : Ἐντεῦθεν δὲ ἀναζευγνύων δι' ἐρήμου καὶ κρημνώδους χώρας ὑπὸ τῆς ὀμίχλης οὐκ ἦν ἰδεῖν τὸν παρεστῶτα ὅστις ποτέ ἐστιν κτλ. Dubium itaque non est, quin reliqua quoque hujus epistolæ auctor Itinerarii narraverit. Suspicorque ipsam hanc epistolam in causa fuisse, ut totum Itinerarium ab aliquo Pseudo-Callistheni jungeretur, et fortasse primum hoc loco historiæ nostræ interponeretur (sicuti in cod. Valerii 4880 eodem loco longissima excerpta Orosii et Josephi afferuntur), deinde vero ab aliis ad calcem relegaretur, quemadmodum etiam epistolæ in cod. 5819 e narrationis contextu ad finem rejecta videmus. Ceterum putari possit Itinerarii auctorem nonnisi epistolam ad Olympiadem ante oculos habuisse, quum ejusmodi epistolæ etiam separatim circumferrentur. Verum id ne nobis persuadeamus, obstant aliæ quædam Itinerarii fabulæ, quas easdem Pseudo-Callisthenes narrat. Sic in utroque legimus Alexandrum venisse ad Paludem Mæotidem (Itin. c. 16, Ps.-Call. I, 44 Val.), porro Olympiadem Amphipolim usque Alexandrum comitatam esse (Itin. c. 18, Ps.-Call. I, 42 Val.). Historia quoque de Aorno petra, cujus proceritudinem fuisse ait stadiorum *quadringentorum* (c. 112), e Pseudo-Callisthene potius quam ex alio quovis auctore fluxerit.

Jam igitur, ubi resecaveris omnia, quæ vel in antiquissimis nostris libris extrinsecus addita esse videntur, sponte nascitur quæstio, num quod restat historiæ corpus tale fere quale habemus inde ab initio fuerit, atque uni eidemque auctori debeatur, necne. Perlustratis autem singulis, eo, puto, adducemur, ut statuamus historiæ nostræ formam antiquissimam, e diversis plane elementis conflatam opus esse Alexandrinorum, apud ipsos vero Alexandrinos complures exstitisse ejus recensiones, quarum vestigia nonnulla etiamnum agnosci possint.

Primum dicamus de variis subsidiorum generibus, quæ auctores nostri in usum suum converterint. — Jam ab antiquissimis rerum Alexandri scriptoribus multa inflatius dicta, multa fabulosa vel narrata vel digito monstrata esse nemo nescit. Verbo memorasse sufficit notissima illa de ortu Alexandri divino, de Amazonibus, de certamine singulari quod cum Poro rex inierit, de Indiæ miraculis, de Antipatri insidiis, de mandatis Cratero datis, de testamento Alexandri et si qua sunt similia. Neque negaverim Pseudocallisthenem nonnulla ex ipso Clitarcho, Onesicrito, Megasthene, similibus depromsisse. Quamquam ea perpauca fuisse puto. Longe plurima atque ea maxime, unde proprium suum historia nostra colorem traxit, ex aliis plane fontibus hausta sunt. Quorum genera distinguere licet quattuor hæc : epistolas, narrationes ἐπιχωρίους quas *locales* dicimus, poemata, declamationes denique rhetorum philosophorumque. De singulis dicam accuratius.

Epistolas clarorum virorum, qui ex antiquitate ad nos pervenerunt, fere omnes supposititias esse, eodemque loco habendas, quo orationes, quæ scriptis historicis inseruntur, satis constat. Fabri vero epistolarum sophistæ dum in eo omnes operam ponunt, ut orationem huic scribendi generi accommodatissimam adhibeant et ingenia eorum, quorum nomine scriptæ epistolæ, recte exprimant, eo tamen differunt, quod alii historiâ tradita presse sequuntur, præsertim si fallere publicum et coemtores propositum erat, alii vero in sophisticis his exercitiis historiam pro consiliis suis ingenue immutant. Illius generis epistolæ sunt, quibus tamquam optimæ notæ fontibus Plutarchus in Vitis uti consuevit, sicut in Alexandri vita epistolis regis ducumque præcipuorum; quas quidem etiam nunc multi genuinas esse dictitant. Alteri generi

(1) Vide p. 120, ubi pro *urgente hoste* lege *vergente die*; deinde pro (l. *dejectis*) scribe (l. *desuper*); et pro *oppugnantes* scr. *repugnantes*. Ita enim *Itin.* Alex., unde locum ductum esse postea demum vidi.

accensendæ sunt, opinor, quæ in nostra historia leguntur epistolæ Darii ad Alexandrum et ad Darium Alexandri. Harum pleræque merito suo minime carent ac meliora utique tempora sapiunt, ut eas ante historiæ nostræ coagmentationem separatim editas esse persuasum sit.

Aliud epistolarum genus ei consilio inserviebat, ut historiæ fictæ et incredibiles familiaritate commercii epistolici reprehensioni publicæ subduceretur. Qua adornatione auctores similiter sibi cavebant atque illi, qui, sicuti Euemerus aliique reconditarum historiarum narratores, stelarum inscriptionibus aliorumque monumentorum auctoritate se muniebant. Pertinet huc epistola de Indiæ miraculis, quæ sub Crateri nomine circumferebatur. Ita enim Strabo XV, p. 702: Ἐκδέδοται δέ τις καὶ Κρατέρου πρὸς τὴν μητέρα Ἀριστοπάτραν ἐπιστολὴ πολλά τε ἄλλα παράδοξα φράζουσα καὶ οὐχ ὁμολογοῦσα οὐδενί, καὶ δὴ καὶ τὸ μέχρι τοῦ Γάγγου προελθεῖν τὸν Ἀλέξανδρον· αὐτός τέ φησιν ἰδεῖν τὸν ποταμὸν καὶ κήτη τὰ ἐν αὐτῷ καὶ μεγέθους καὶ πλάτους καὶ βάθους πόρρω πίστεως μᾶλλον ἢ ἐγγύς (1). Similes epistolæ de eodem argumento in nostram historiam receptæ et in narrationis historicæ locum substitutæ sunt. Vel serioribus temporibus ejusmodi literæ tamquam peculiaria opera Pseudo-Callistheni jungebantur. Quarum quæ dudum edita est, eadem fere continet atque nostræ, sed plenius et distinctius. Fundus earum sunt narrationes Megasthenis aliorumque qui Indica condiderunt; his deinde ex Paradoxôn scriptoribus, e Plinio, Solino et deinde e fabulis Judaicis et Christianis diversicolor farrago addita est. Megasthenis memoriam præ ceteris revocat epistola (lib. II, 17 sqq.), in qua Alexander a Prasiorum urbe (Palimbothris) iterum iterumque excurrens Asiæ regiones explorasse narratur.

Hactenus de epistolis. Multo majoris momenti sunt narrationes quæ ex studiis populorum, quos Alexander sibi subjecerat, profectæ sunt. Quomodo Judæi Alexandrum ita efformaverint, ut ab Israelis filio nihil differret, e codice C intelligere est. Semina narrationis præbuit Josephus. Verum hæc ab antiquissimis nostris aliena sunt. Tanto clarius ibi elucent studia Ægyptiorum, quæ per totum opus adeo regnant, ut Alexandrinum ejus auctorem nemo non agnoscat.

Etsi enim Alexandria urbs ac regis sepulcrum præ ceteris populis Ægyptios Alexandro sociaverant, non tamen hæc exurere ipsis videbantur ignominiam jugi ab alienigena rege impositi. Rationem vero qua mitigari talia vel dilui possent a majoribus acceperant. Nam quum antea Persarum imperata facere coacti fuissent, nihil iniqui se pati dictitabant; videlicet Cambysem matre fuisse Ægyptium. Ac hæc quidem jam Herodoto (III, 2) narrarunt (Cf. Dinon et Lyceas Naucratita ap. Athenæum XIII, p. 560, E). Quid mirum igitur si simili modo in Alexandri affinitatem se traduxerunt, adeo ut Nectanebi successori legitimo parere viderentur. Ansam commento præbuisse vides fabulam de Olympiadis dracone, quo dei attributo fidem asserebant iis, quæ de divina regis origine humana vanitas et servilis oraculorum adulatio sparserant (2). Neque dubium, quin ipsi æquales

(1) Fortasse etiam alia ejusdem Crateri epistola de fabuloso argumento ad Philam uxorem scripta circumferebatur. Quæ suspicio mihi nascitur e Photii Bibl. cod. 166 (p. 111, b. 3, ed. Bekk.), ubi Antonius Diogenes initio operis sui introduxisse narratur Βάλαγρον πρὸς τὴν οἰκείαν γυναῖκα Φίλαν (θυγάτηρ δὲ ἦν Ἀντιπάτρου αὕτη) γράφοντα. Scripsit autem Balager Diniæ et Dercyllidis fata et errores per terras ultimas; quorum historiam consignatam repperit in sepulcris Tyriis quo tempore ibi cum Alexandro versabatur. Jam vero Balagrum (vel rectius Balacrum), nescio quem (conjecturas vid. ap. Droysen. *Hell.* I, p. 98, 207), uxorem habuisse Philam, quam anno 323 Cratero, et post hujus obitum Demetrio nupsisse constat, neque traditur neque probabile est. Itaque censeo Βάλαχρος corruptum esse ex Κράτερος, et figmento Diogenis subesse memoriam epistolæ cujusdam de rebus mirabilibus, quæ Cratero tribuebatur.

(2) Ab altera parte mortalem regis naturam explicasse videntur ex placitis doctrinæ, quam Euhemeristicam vocamus. Inter sectatores ejus Arnobius IV, 29 una cum Nicagora Cyprio, aliis, recenset *Leontem Pellæum.* Scripsisse hunc Leontem de mythologumenis Ægyptiorum constat ex Hygino (Poet. astron. II, 20), Clemente Alexandrino (Strom. 1, 21 p. 139 Sylb.), Tertulliano (De cor. mil. 7). Porro Augustinus (De civ. d. VII, 27) postquam de Iside et Osiride eorumque parentibus utpote mortalibus dixerat, lectorem relegat ad epistolam quandam Alexandri ad Olympiadem scriptam, in qua rex Leontis *sacerdotis* auctoritate probare studuerit, deos olim homines fuisse. Hæc probabiliter eadem est epistola, in qua, referente eodem Augustino (VIII, 5), Alexander Olympiadi scribit *sibi a Leone quodam antistite sacrorum Ægyptiorum metu potestatis suæ proditum esse qui dii vulgo haberentur, eos homines fuisse.* Quod in his Pellæus scriptor dicitur *sacerdos Ægyptius*, id commentum est fabri epistolarum, ut recte monuit Jablonsky (Panth. Prolegg. XXX.). Ceterum uti patet quæstionem de divinitate Alexandri ex Euhemerismi placitis tractatam in his epistolis esse, sic verisimillimum est
fecisse quem laudant Leontem.
posuerim, si verba scholiastæ
ubi de Ægyptiis omnium mo

Alexandri istam fabulam jam venditaverint. Nam Justinus, qui ejus meminit lib. XIII, 16 (cf. IX, 5), Clitarchum exprimere solet. Eratosthenes vero (ap. Plut. Alex. 3) eandem tangit utpote rem omnibus notam. Quonam autem tempore in dei locum substitutus *magus Nectanebus* sit, accuratius dici nequit. Disertam rei mentionem faciunt Moses Chorenensis (II, 12), Syncellus (p. 256 B. ed. Par. p. 487 ed. Bonn.), Cedrenus (p. 264 ed. Bonn.), Malala (p. 241 ed. Ox. p. 189 ed. Bonn.), Glycas (II, p. 141). Quorum vel antiquissimus Moses Chorenensis opus Pseudo-Callisthenis quale nos habemus, novisse putandus est, etiamsi versionem Armenicam alii auctori adjudicare malis. Hinc igitur nihil proficimus. Plutarchus (Alex. c. 2) narrat Philippum per somnum se vidisse ἐπιβάλλοντα σφραγῖδα τῇ γαστρὶ τῆς γυναικός. Quæ narratio per se Ægyptium auctorem redolet, ac Alexandrina ejus origo clarius etiam apparet, si cum Pseudocallisthene (lib. I, 8), qui sigillo isti *leonis* imaginem insculptam fuisse dicit, comparaveris Stephanum Byz. v. Ἀλεξάνδρεια, ubi propter leonis hanc imaginem Alexandria olim *Leontopolis* nuncupata esse refertur (V. Iasonis fr. 2 p. 160, quo auctore in his usus esse Stephanus videtur). Præterea etiam de *magicis præstigiis* Plutarchus loquitur (1), non ita tamen ut hæc ad nostram historiam transferenda esse liqueat. Porro Nectanebus tamquam vir artis magicæ peritus commemoratur in papyris græcis, monente Letronnio (*Statue vocale de Memnon*, p. 80) (2). Sed hæc quoque ad definiendum tempus, quo orta fabula sit, parum idonea. Verum quum eo consilio sit inventa, ut Alexander regibus Ægyptiis jungeretur, Ptolemæi autem successores Alexandri in Ægypti regno haberentur, in eumque finem Ptolemæum I utpote Philippi filium etiam in familiam Alexandri introduxissent : ipsa res clamat excogitatam Nectanebi fabulam esse regnantibus Ptolemæis, sive illis temporibus quibus vim suam exercere adhuc posset. « Je pense, Letronnius l. l. ait, qu'elle remonte à l'époque des Ptolémées, et qu'elle a été imaginée par les Égyptiens eux-mêmes pour rattacher Alexandre à leurs dynasties nationales. » Porro quum Ptolemæo Philippi filio jungatur commentum de pactis Ptolemæi et Perdiccæ (V. supra p. XVII), secundum quæ uterque ex æquo imperare debebat, consilium autem hujus commenti in eo procul dubio positum sit, ut jus Ptolemæi contra Perdiccam arma moventis tuerentur : hæc ejusmodi sunt, ut sub primis potius quam sub ultimis Ptolemæis inventa esse censeantur. Quod denique fabulam de Nectanebi magi et Olympiadis commercio attinet, monuisse sufficiat similes narrationes de mulieribus, quæ magicis præstigiis deceptæ e diis se gravidas factas esse putaverint, jam secundo ante Christum sæculo in compendiis mythologicis exhibitas esse.

Ceterum probabile est auctores nostros etiam tempora rerum conciliare inter se studuisse. Jam quum Alexander natus sit an. 356 a. C., Nectanebus vero Ægyptum reliquerit an. 341 a. C., Nostri fugam Nectanebi in annum 351 removisse, eidemque anno natales Alexandri assignasse videntur. Idque eo facilius locum habere potuit, quum horum temporum rationes apud veteres auctores mirum in modum corruptæ sint; ac nescio an Alexandrinorum maxime opera turbæ istæ sint excitatæ. Utut est, constat Diodorum (XVI, 51) Nectanebi fugam pessime referre ad Ol. 107, 3. 350 a. C. Cum Diodoro facit Eusebius Hieronymi ed. Scaliger; apud Vallarsium e codd. res notatur ad Ol. 107, 1. 352, et iterum ad Ol. 107, 3; in versione Arm. ad Ol. 108, 1, 348. Deinde vero in Pseudocall. cod. A (III, 35, n. 1.) legimus hæc : Ἐβίωσε μὲν οὖν Ἀλέξανδρος ἔτη λ[β'], ἀπὸ ιε' ἐτῶν ἀρξάμενος πολεμεῖν ἐπολέμησεν ἔτη ιζ'. Malala p. 175 ed. Bonn. Pseudocallisthenem exscribens habet : Ἐβίωσε ἔτη λϛ', ἐβασίλευσε τὰ πάντα ἔτη ιζ'. Igitur si in cod. A verba ἀρξάμενος πολεμεῖν

Λέων ἐν πρώτῳ πρὸς μητέρα, cum Lobeckio (Aglaoph, p. 1000) ita intelligenda sunt ut significent : Leon in libro primo mythologiæ Ægyptiacæ, quod opus matri Alexandri Olympiadi dedicavit. Ceterum de Ægyptiis qui Macedonem nostrum in Osiridem mutaverunt, v. cl. Letronnius : *La statue vocale de Memnon*, 1833, p. 81.

(1) Plutarch. Alex. 2 : Ὤφθη δέ ποτε καὶ δράκων κοιμωμένης τῆς Ὀλυμπιάδος παρεκτεταμένος τῷ σώματι· καὶ τοῦτο μάλιστα τοῦ Φιλίππου τὸν ἔρωτα καὶ τὰς φιλοφροσύνας ἀμαυρῶσαι λέγουσιν, ὡς μηδὲ φοιτᾶν ἔτι πολλάκις παρ' αὐτὴν ἀναπαυσόμενον, εἴτε δείσαντά τινας μαγείας ἐπ' αὐτῷ καὶ φάρμακα τῆς γυναικὸς εἴτε τὴν ὁμιλίαν ὡς κρείττονι συνούσῃ ἀφοσιούμενον.

(2) Somnium Nectanebi, quo deos rex ipsi iratos esse cognoscit, atque interitus regni Ægyptii portendebatur, exstat in fragmento papyri græci. V. Leemann. Papyri gr. Mus. Leid. p. 122 sqq. Cf. Bœckh. *Manethon*. p. 373. — Quod Lynceus vel potius Lyceas (uti Bœckhius l. l. p. 374 monet) narrat regem Ægyptium ab Ocho superatum ad convivium ab victore vocatum esse, si ad Nectanebum, uti videtur, referendum est, hinc quoque probatur variis modis Nectanebi historiam adulteratam esse.

ita intelligimus ut significent etiam ἀρξάμενος βασιλεύειν (1), annumque 336 a. C. utpote initium regni retinemus : natales Alexandri incidunt in annum 351, ideoque ex Eusebii calculis cum fuga Nectanebi componi possunt. Igitur inter fugam Nectanebi et regnum Alexandri intercederent anni circiter XV. Quibuscum comparanda quæ affert Syncellus p. 269 D, ubi de Vetere, quod dicunt, Chronico Ægyptio verba faciens, ultimam ejus dynastiam finire dicit an. m. 5147 (354 a. C.), ἤτοι πρὸ τῆς Ἀλεξάνδρου τοῦ Μακεδόνος κοσμοκρατορίας ἔτη που ιε'. Annus primus vero κοσμοκρατορίας Syncello est annus septimus regni Alexandri in Macedonia, sive an. m. 5162 (p. 260 D sq.). Verum cum hoc computo Syncellus l. l. miscet alium a priore distantem annis septem, ex quo Nectanebi finis tribuitur anno m. 5140 (361 a. C.). V. Bœckh. *Manetho* p. 137 sqq., ubi accuratissime hæc exponuntur. Hinc igitur jure colligitur Syncellum accepisse inde a fine regni Ægyptii usque ad regnum Alexandri numerari annos fere XV, dubium autem hæsisse utrum anni isti quindecim usque ad regnum Alexandri Macedonicum an ad κοσμοκρατορίαν ejus pertineant. Quare hæc quoque ad Pseudocallisthenis rationes traduci possent. Hactenus de Nectanebi fabula, cui vereor ne justo diutius immoratus sim.

Alterum caput quod Alexandrinum auctorem luculentissime prodit, de originibus est urbis Alexandriæ. Quod utinam integrum ad nos pervenisset. Nam codex A et Valerius nonnisi uberioris narrationis fragmenta narrationemque a plurimis excerptoribus male contractam exhibent. Quodsi vero apparet primum ejus auctorem fabulosa multa admiscuisse (sicuti illa de ambitu ingenti, quem primo consilio rex urbi condendæ destinasset (2)), porro etymologiarum ineptiis indulsisse, temporaque temere miscuisse : probe nosti hæc quasi innata periegetis atque Κτίσεων scriptoribus esse vitia, quæ arte critica facile absterguntur. Ceterum Alexandrinum se scriptor fatetur I, 31, n. 12 verbis : Καὶ παραγίνεται (Ἀλέξανδρος) ἐπὶ τούτου τοῦ ἐδάφους, et I, 31 extr. ap. Valerium : *Ejusdem mos ad nos usque prolapsus Sacrum inter nostros heroôn dicitur.* Cf. I, 33 p. 33 : Ἐποίησεν ἀπέναντι τοῦ ἡρῴου βωμὸν μέγαν, ὃς νῦν (l. καὶ νῦν, *adhuc* Val.) καλεῖται βωμὸς Ἀλεξάνδρου; III, 42 p. 146 : *erigitur ædes... quod etiam nunc Alexandri vocatur* (3). Pertinent huc etiam mensium nomina Ægyptia (Τυβὶ et Φαρμουθὶ) in cod. A. I, 32 not. 10 et III, 35 not. 2.

Tertium caput, quod ad Alexandriam proxime pertinebat de sepultura Alexandri in nostris libris absolvitur verbis paucis; olim plenius tractatum fuerit. Ceterum loci quos recensuimus tres de ortu Alexandri, de origine Alexandriæ et de sepultura regis, quasi fundum esse uberioris nostræ narrationis facile concedes. Neque improbabile est exstitisse olim minoris ambitus historias, quibus hæc fere sola uberius exponerentur. Attamen μονόβιβλον quod de vita Alexandri sec. Socratem (H. Eccl. III, 23) Adrias quidam vel Andrias, vel secundum Nicephorum (H. Eccl. IX, 4), qui Socratis locum exscripsit, Alexandrinus quidam (οἱ Ἀλεξανδρεῖς) scripsisse narratur, absque causa idonea ad nostram historiam referri censeo (4). Ut ut est, patet nostræ historiæ non ea tantum

---

(1) Apud Valerium Alexander regnum suscipit annos natus XVIII; in cod. B. annos natus XX, uti historia postulat.

(2) Jam si deinceps cod. A (I, 32 n. 45) Alexandriæ ambitum, qualis revera erat, cum aliis urbibus comparans refert Antiochiam fuisse stadiorum 8, Carthaginem stad. 10, Babylonem stad. 12, Romam stad. 14, Alexandriam omnium maximam stad. 16 : tale quid ab Alexandrino scriptore proficisci omnino non potuit (ut etiam de Valerio loquens monuit Letronnius in *Journal des sav.* 1818, p. 618.); e contrario augeri immodice numeros ab Alexandriæ præcone exspectabas. Quare nisi totus hic locus inepti hominis additamentum est, suspicor mensuram Ægyptiam in *stadia* Græcorum abiisse, sicuti mensium nominibus Ægyptiis Romana nomina substituuntur. Probabiliter vero stadiorum loco memorati erant *schœni*, μέτρον ἄστατον, quod alii 60, alii stadiorum 30, alii aliter definiebant. Schœni duodecim stadiorum 30, optime quadrarent in decantata illa Babylonis urbis stadia 360 vel 365. Ceterum vitium græcis inesse jam Valerius sensisse videtur, qui stadiorum numerum de *longitudine* urbium intelligit, id quod græca nostra minime indicant, neque unquam indicasse videntur.

(3) In græcis p. 151 pro σῶμα Ἀλεξάνδρου lege σῆμα Ἀλ.

(4) Scilicet apud Westermannum in *Pauly's Realencyclopædie* v. *Callisthenes*, p. 14 reperio hæc : *Friedlænder* (*Bibliothèque universelle.* 1818 litt. p. 322 ff. Eundem librum laudat Berger de Xivrey, at virum doctum de Pseudocallisthene ibi disserentem appellat *M. Favre.*) *setzt sie* (sc. *die Entstehung des Textes, welcher jetzt noch existirt*) *mit Beziehung auf Socrates* (Hist. Eccl. III, 23) *bis vor das fünfte Jahrhundert.* — Socrates l. l. in Libanium, qui Christianorum religionem riserat, invehens ostendere studet quam inepta et ridicula sint quæ pagani de diis eorumque oraculis tradant. Relegat lectorem ad ineptas deorum historias in compendiis mythologicis, ut in Peplo Aristotelis, in Stephano Dionysii, in Polymnemone Rhegini. Deinde oracula nonnulla, quibus mortalibus divini honores decernuntur in medium

quæ cum Ægyptiorum terra arctius conjuncta sunt, sed etiam reliqua si non omnia, certe plurima ab Alexandrinis profecta esse. Id enim colligis e lib. II, 39, ubi Alexander de agonibus apud Persas instituendis loquens inter alia dicit: Τόσον οἱ τῶν ἀγώνων ἐπίτροποι ἔστωσαν οἱ ἡμέτεροι Ἀλεξανδρεῖς (*ex Alexandria mea viri Ægyptii* Val.). Eodem facit Alexandriæ laus in oratione Demosthenis (II, 4); porro pertinent huc loci, quibus Alexander cum Sesostride vel Sesonchosi componitur, ut III, 34, 1; coll. III, 17, p. 122; II, 31, p. 86; et II, 24, p. 135, e quo loco simul intelligas jam apud Alexandrinos diversas historiæ nostræ recensiones exstitisse. Nam quæ II, 24 de Serapidis oraculo leguntur aperte non ab eodem auctore profecta sunt, qui eandem rem de Ammonis oraculo refert lib. I, 23.

Præter Ægyptiaca, quæ modo recensui, unum superest caput, quod ab Alexandrinis quidem alienius est, sed item debetur consiliis politicis, quæ patriæ historiæ scriptores rebus Alexandri adhibere solebant. Testamentum dico Alexandri. Quod etsi ex antiquo fonte fluxit, in nostram tamen historiam sero demum illatum esse mihi videtur. Id enim colligo comparata narratione codicis A et Valerii. Scilicet auctor codicis A (III, 33, p. 147) Alexandrum moribundum narrat, dimissis reliquis Macedonibus, coram Perdicca, Ptolemæo et Olcia sive Orcia recitari testamentum jussisse. Post hæc, Ἔστι δὲ, pergit, τοῦ μερισμοῦ τῆς διαθήκης ἀντίγραφον τὸ ὑποτεταγμένον, ὃ ἔλαβε παρὰ Ἀλεξάνδρου Ὀλκίας. Deinde, appositis verbis testamenti, subjicit: Οὐ τοσούτους δὲ βασιλεῖς Ἀλέξανδρος πολεμῶν ἐνίκησε, ὅσους τελευτῶν κατέλειψεν. Ἐβίωσε μὲν οὖν Ἀλέξανδρος ἔτη λ' κτλ. Omittit igitur omnia quæ apud reliquos de ipsa morte et sepultura regis narrantur, sive quod ea non repperit, sive potius quod omisit, novi documenti interruptione priscam narrationem turbante. Ipsum vero testamentum advenam peregrinum vel eo sese prodit quod cum reliqua historia non concinit, Thebarumque restaurationem jubet, quæ dudum Pseudo-Callisthenes imperarat. Offendit præterea Olcias, homo plane novus, quem in testamenti historia cum Perdicca et Ptolemæo componi, cuique res maximas a rege commissas esse videmus. Jam comparemus Valerium. Is enim post mortem regis primum exponit Macedonum et Persarum altercationem, quam Jovis Babylonii oraculum composuerit; deinde quomodo corpus Alexandri Memphim, hinc Alexandriam transportatum sit, ac tum demum *Ptolemæum* introducit testamentum regis publice recitantem. Testamentum vero idem atque cod. A exhibet, ita tamen, ut priorem ejus partem, quæ ad Rhodios, Olciam, Thebanos pertinet, omittat, ne scilicet incongrua inter se proferantur.

Testamentum apud Rhodios depositum esse præter Nostrum unus tradit Diodorus, neque tamen libro XVIII, quo de mandatis Cratero

---

profert. Inter ea de Alexandro legitur hocce: Τοῦ δὲ Μακεδόνων βασιλέως Ἀλεξάνδρου ἐπὶ τὴν Ἀσίαν διαβαίνοντος, οἱ Ἀμφικτύονες Ἀλεξάνδρῳ ἐχαρίζοντο, καὶ ἀνεῖλεν ἡ Πυθία ταῦτα·

> Ζῆνα θεῶν ὕπατον καὶ Ἀθηνᾶν τριτογένειαν
> τιμᾶτε βροτέων ἐν σώματι κρυπτὸν ἄνακτα,
> ὃν Ζεὺς ἀρίσταις (ἀρρήτοισι Val.) γοναῖς ἔσπειρεν ἀρωγὸν
> εὐνομίης θνητοῖσιν Ἀλέξανδρον βασιλέα.

Ταῦτα τὸ ἐν Πυθοῖ δαιμόνιον ἐχρημάτισεν, ὃ καὶ αὐτὸ τοῖς δυνάσταις κολακεῦον ἐθεοποίει. Deinde alio simili oraculo de Cleomede pugili relato, addit hæc: Κυζικηνοὶ δὲ τρισκαιδέκατον θεὸν Ἀδριανὸν ἀνηγόρευσαν· αὐτὸς δὲ Ἀδριανὸς Ἀντίνοον τὸν ἑαυτοῦ ἐρώμενον ἀπεθέωσε. Καὶ ταῦτα γέλωτα καὶ φλύαρον οὐκ ὀνομάζει Λιβάνιος, καίτοι καὶ τοὺς χρησμοὺς καὶ τὸ μονόβιβλον ὁ Ἀδρίας (Ἀνδρίας cod. Florent., Ἀλεξανδρεῖς Niceplior. IX, 4) εἰς τὸν Ἀλεξάνδρου βίον ἐπέγραψεν, ἐπιστάμενος· οὐδὲ ἐγκαλύπτεται καὶ αὐτὸν ἀποθεῶν τὸν Πορφύριον, κτλ. Igitur dicit Socrates: « Ista Libanius non censet ridicula esse, quamquam probe novit et oracula modo allata et libellum de vita Alexandri (in quo præter citatum oraculum etiam alia ejusdem in regem adulationis documenta auctor exhibuerit.). Immo tantum abest, ut vilem istam adulationem reprobet, ut ipse potius imitetur eam. » De Alexandro Nectanebi Ammonem mentiti filio et de Pseudocallisthenis historia nostra cogitari omnino nequit. Ceterum qui auctor μονοβίβλου fuerit nescimus. Nicephori lectionem Ἀλεξανδρεῖς rejecerunt omnes; Ἀνδρίας vel Ἀνδρέας nomen non infrequens; novimusque Andream Siculum historicum. Pro Ἀδρίας latinus interpres dedit *Arrianus*, recte fortasse. Nam seriorum libri de Alexandro sæpius Arriano, scriptori notissimo, vindicati esse videntur. Exemplo est opusculum de Alexandro Gymnosophistas adeunte, quod Palladius Arriano Epicteteo tribuit. Ad *Hadrianum*, quem Alexandreidem, poema amplissimum, composuisse scimus, etiam μονόβιβλον referendum censuit Lange ad Niceph. l. l., et Sainte-Croix. *Exam.* p. 162 not., ubi hæc: « Après avoir bien médité, et en m'attachant plus au sens qu'à la lettre, j'y vois qu'Adrien, ayant apothéosé Antinous, chercha à s'en justifier par l'exemple d'Alexandre, dans un livre, où il avait rassemblé tous les oracles concernant la divinité du conquérant macédonien. » Rejicienda etiam sententia Valesii, qui legendum putavit Λουκιανόν. « Intelligit, ait, librum Luciani, qui vulgo Ἀλέξανδρος ἢ ψευδόμαντις inscribitur. Quo in libro fraudem et præstigias Alexandri cujusdam Paphlagonis, qui oraculum callide machinatus fuerat, perstringit. » Quod a nostro loco prorsus alienum est.

datis et de morte Alexandri sermonem facit, sed data occasione in libro XX, 81 (ad. Ol. 108, 4. 305), ubi belli, quod Rhodii contra Antigonum et Demetrium gesserunt, narrationem exorditur. Ducem Diodorus in Diadochorum historia præ ceteris sequi videtur Hieronymum Cardianum, id quod acuta argumentatione evicit Brücknerus (*Zeitsch. f. Alt.* 1842, p. 253 sqq.). Attamen belli Rhodiorum historiam, quam uberrime Diodorus exponit (XX, 81—100), ex eodem auctore depromi neque Brücknerus affirmare ausus est, neque ego probabile esse censeo. Etenim quum Hieronymum ab Antigoni partibus stetisse ac paullo infensiorem reliquis regibus fuisse compertum habeamus, tantum abest ut ejusmodi quid insit narrationi Diodoreæ, ut Rhodium potius scriptorem res patrias tractantem agnoscere mihi videar. Quod si recte sentio, nomen auctoris ipse Diodorus suppeditaverit. Nam lib. V, 55 sqq. antiquiorem Rhodi historiam Diodorus tradit ex *Zenone* Rhodio (v. cap. 56, 7). Quantopere in ea patriæ gloriæ consulere fabulis novis auctor studuerit, testatur Heliopolis in Ægypto a Rhodiis condita, testantur astrologi Ægyptii, qui omnem sapientiam a Rhodiis item acceperunt (c. 57, 2). Neque alium Zenonem se in suæ ætatis historia ostendisse, verbosa diatribe docet æqualis ejus Polybius (Exc. Val. XVI, 14—20). Is enim quum ῥοπὰς διδόναι ταῖς ἑαυτῶν πατρίσι τοὺς συγγραφέας condonet, Zenonem tamen πατρίδος ἕνεκεν contraria plane rebus gestis tradere, et magis orationis rotunditati quam veritati historiæ studere demonstrat. Hunc igitur Zenonem exprimere Diodorum l. l., ubi testamenti Alexandri mentionem facit, existimo. Verba autem ita habent: Ἐπὶ δὲ τούτων Ῥοδίοις ἐνέστη πόλεμος πρὸς Ἀντίγονον διὰ τοιαύτας τινὰς αἰτίας. Ἡ πόλις ἡ τῶν Ῥοδίων ἰσχύουσα ναυτικαῖς δυνάμεσι καὶ πολιτευομένη κάλλιστα τῶν Ἑλλήνων, περιμάχητος τοῖς δυνάσταις καὶ βασιλεῦσιν ἦν, ἑκάστου σπεύδοντος εἰς τὴν αὑτοῦ φιλίαν προσλαμβάνεσθαι. Προορωμένη δὲ πόῤῥωθεν τὸ συμφέρον, καὶ πρὸς ἅπαντας κατ' ἰδίαν συντιθεμένη τὴν φιλίαν, τῶν πρὸς ἀλλήλους τοῖς δυνάσταις πολέμων οὐ μετεῖχε. Διόπερ συνέβαινεν αὐτὴν τιμᾶσθαι μὲν ὑφ' ἑκάστου βασιλικαῖς δωρεαῖς, ἄγουσαν δὲ πολὺν χρόνον εἰρήνην, μεγάλην ἐπίδοσιν λαβεῖν πρὸς αὔξησιν. Ἐπὶ τοσοῦτον γὰρ προεληλύθει δυνάμεως, ὥσθ' ὑπὲρ μὲν τῶν Ἑλλήνων ἰδίᾳ τὸν πρὸς τοὺς πειρατὰς πόλεμον ἐπαναιρεῖσθαι, καὶ καθαρὰν παρέχεσθαι τῶν κακούργων τὴν θάλατταν, τὸν δὲ πλεῖστον ἰσχύσαντα τῶν μνημονευομένων Ἀλέξανδρον προτιμήσαντ' αὐτὴν μάλιστα τῶν πόλεων καὶ τὴν ὑπὲρ ὅλης τῆς βασιλείας διαθήκην ἐκεῖ θέσθαι καὶ τἄλλα θαυμάζειν καὶ προάγειν εἰς ὑπεροχήν. Οἱ δ' οὖν Ῥόδιοι πρὸς ἅπαντας τοὺς δυνάστας συντεθειμένοι τὴν φιλίαν, διετήρουν μὲν ἑαυτοὺς ἐκτὸς ἐγκλήματος δικαίου, ταῖς δ' εὐνοίαις ἔῤῥεπον μάλιστα πρὸς Πτολεμαῖον. Συνέβαινε γὰρ αὐτοῖς τῶν τε προσόδων τὰς πλείστας εἶναι διὰ τοὺς εἰς Αἴγυπτον πλέοντας ἐμπόρους, καὶ τὸ σύνολον τρέφεσθαι τὴν πόλιν ἀπὸ ταύτης τῆς βασιλείας, κτλ. Egregie hæc illustrant testamentum, in quo inter alia ad Rhodum pertinentia, Rhodii ab extero præsidio liberi suique arbitrii esse, verum βραβεύειν εἴ τις τῶν ἐπιμελητῶν ᾖ διαίρεσις jubentur, Ptolemæo autem demandatur ut curam gerat Rhodiorum. Simul autem attendas quam mire hæc cadant in historiam, quam Diodorus l. l. expositurus est. Scilicet quum Antigonus in suas partes trahere Rhodios vellet, hi recusant; dein bello exorto, a Ptolemæo sustentantur servanturque; tandem pace composita impetrant ut αὐτόνομοι sint et ἀφρούρητοι: adeo ut nihil nisi Alexandri mandata reges exsecuti esse videantur. Jam quum severior disquisitio eo nos ducat, ut omnia quæ de testamento Alexandri ferebantur, commenticia esse censeamus (1), nullus dubito, quin Nostra vel circa tempora belli modo memorati a Rhodio aliquo, vel postea ab ipso Zenone sint excogitata.

Missis reliquis, quæ testamentum nostrum misere lacerum disceptanda suppeditat, hoc unum quæro, quinam intelligendus sit *Olcias* ille sive *Orcias*, Cleonices frater, cui testamentum apud Rhodios deponendum Alexander tradisse, et quem Illyriæ regem designasse dicitur. Corruptum esse nomen satis liquet. De Glaucia Illyriæ rege, qui primum in mentem mihi venit, cogitari nequit. Ad verum nomen propius accedere censeo formam Ὀρκίας, i. e. Ἀρχίας. Intel-

(1) Curtius X, 10 : *Credidere quidam testamento Alexandri distributas esse provincias; sed famam ejus rei, quamquam ab auctoribus tradita est, vanam fuisse comperimus.* Sancti-Crucius, p. 573 : « Au contraire, elle était très-fondée; et Quinte-Curce en serait convenu lui-même, s'il eût réfléchi sur l'intérêt qu'eurent les successeurs d'Alexandre à l'étouffer. » At fieri omnino non potuit, quin id ipsum Curtius legeret apud eos, qui mentionem testamenti fecerunt. Sed de his h. l. disputare longum est. Nunc nonnisi apud auctores aut dubiæ aut nullius plane de his rebus auctoritatis mentio testamenti fit, sc. in Maccab. Hist. I, 1; ap. Am. Marcellin. XXIII, 6; Mosem Chorenens. II, 1; Jornandem De reb. Get. c. 10; Malalam VIII, p. 249. Mitto Persas et Arabes. V. Santi-Crucius, p. 575 sq.

ligendus est Archias, Anaxidoti filius, Pellæus, τῶν ἐν αἴνῃ ἑῶν Μακεδόνων. V. Arrian. Ind. 27, 8; 18, 3; 28, 3; 34, 6. Exp. Al. VII, 20, 17; De Succ. Alex. § 20.

Hactenus de iis, quæ ex studiis historicis sive politicis repetenda sunt. Videamus deinceps de carminibus, quorum reliquiæ in narratione supersunt. Ac primum quidem supra jam citavimus versus de majoribus Alexandri maternis; quod Alexandreidis fragmentum, ab uno Valerio servatum, serius demum additum esse statuimus. Cuinam poetæ sit vindicandum, non liquet. Nimirum de auctoribus, sex vel septem numero, quos Alexandri res cecinisse comperimus, nonnisi tenuissima quædam traduntur. Inter comites Alexandri novimus Chœrilum Iasensem (1) atque Agim Argivum, qui *pessimorum carminum post Chœrilum conditor* appellatur apud Curtium (VIII, 5. Cf. Arrian. IV, 9.). Præterea Anaximenis Lampsaceni circumferebantur ἔπη εἰς Ἀλέξανδρον, quæ spuria esse recte procul dubio censuit Pausanias (X, 18, 5. Vid. Anaxim. fr. p. 34). Attalorum temporibus vindicaverim Arrianum (2). Postea Hadrianus (3) exemplo suo illustri alios complures poetas excitasse videtur. Memorantur Nestor Larandensis (4), Severi imp. æqualis, et Soterichus Oasita, Diocletiani coætaneus. Hic si non ipsam Alexandriam urbem inhabitavit (5), certe ignotus esse Alexandrinis nostris scriptoribus non potuit. Dignus igitur sit, cujus memoriam renovemus. Suidas ita habet : Σωτήριχος Ὀασίτης, ἐποποιὸς, γεγονὼς ἐπὶ Διοκλητιανοῦ. Ἐγκώμιον εἰς Διοκλητιανόν, Βασσαρικὰ ἢ Διονυσιακὰ βιβλίοις δ' (Cf. Suid. v. Βασσαρικά), Τὰ κατὰ Πάνθειαν τὴν Βαβυλωνίαν, Τὰ κατ' Ἀριάδνην, Βίον Ἀπολλωνίου τοῦ Τυανέως, Πύθωνα ἢ Ἀλεξανδριακόν (ἔστι δ' ἱστορία Ἀλεξάνδρου τοῦ Μακεδόνος, ὅτε Θήβας παρέλαβε) καὶ ἄλλα. Inter *alia* illa fuere Καλυδωνιακά, uti liquet ex Tzetze ad Lyc. 486: Ἀγκαῖος ἐπὶ τὸν Καλύδωνιον κάπρον ἐξελθὼν ἀνῃρέθη ὑπ' αὐτοῦ· τὸ δὲ πλάτος τῆς ἱστορίας Ὅμηρός φησι, καὶ Σωτήριχος ἐν τοῖς Καλυδωνιακοῖς λέγει· « Ὁ δὲ Καλυδώνιος σῦς πρότερον περὶ τὴν Οἴτην διατρίβων ὕστερον ἦλθεν εἰς Αἰτωλίαν Ἀρτέμιδος μήνιδι, ὅτι οὐχ ἔθυσεν αὐτῇ ὁ Οἰνεύς » (Eadem iterum tangit Tzetzes in Chil. VII, 102 vs. 773 (6). Hæc igitur si auctoris sui verba accurate Tzetzes reddidit, prosa oratione scripta erant. Addendus iis liber *De rebus patriæ*. Ita enim Stephanus Byz. : Ὕασις, πόλις Λιβύης· λέγεται καὶ Ὄασις, καὶ ὁ πολίτης Ὀασίτης. Ὁ ποιητὴς Σωτήριχος ὁ καὶ τὰ πάτρια γεγραφώς.

Jam quod Ἀλεξανδριακόν, sive carmen de Thebarum excidio attinet, nullus dubito quin magnam ejus partem Pseudo-Callisthenes in usus suos converterit. Videlicet ex poemate fluxisse omnia, quæ lib. I, 46 de Thebis eversis leguntur, admonitione non eget; auctorem vero poematis fuisse Soterichum quum per se probabile sit, tum clarius etiam intelligetur, si titulum carminis, Πύθων ἢ Ἀλεξανδριακόν, cum sententiis nonnullis quæ apud Nostrum leguntur, composueris. Etenim p. 51 inter alia exstant hæc : „Πολλῷ δὲ λύθρῳ ἀνθρωπίνῳ κατεβράχη τὰ πρωτοπαγῆ Καδμεῖα θεμέλια... ἔχαιρέ τε Κιθαιρὼν καὶ θρήνοις οἰκείοις καὶ πόνοις ἐπιτερπόμενος. Deinde ubi rex preces Ismeniæ non modo non exaudivit, verum etiam sævis tibicinem verbis increpuit istis : Ὦ παγκάκιστον ἐκλόχευμα Καδμείων,... ὦ τῆς ἐπ' Ἰσμηνοῦ (7) σὺ λείψανον λύπης, atque jussit, ut peragatur excidium, canente tibiis Ismenia : tum vero,

---

(1) De hac v. Næckium in libro De Chœrilo Samio, p. 100 sqq.

(2) Suidas : Ἀρριανός, ἐποποιός, Μετάφρασιν τῶν Γεωργικῶν τοῦ Βεργιλλίου ἐπικῶς ποιήσας· Ἀλεξανδριάδα· ἔστι δὲ [τὰ] κατὰ τὸν Μακεδόνα ἐν ῥαψῳδίαις εἴκοσι καὶ τέτταρσι· Εἰς Ἄτταλον τὸν Περγαμηνὸν ποιήματα. Magnopere vereor ne aliena Suidas miscuerit. Metaphrastes Georgicorum Virgilii haud dubie distinguendus est ab antiquiore qui Attali res cecinit. Huic adscripserim Alexandriadem, quam fortasse Attalo dedicaverat. Ne putes Arrianum confundi cum Adriano, solenni horum nominum confusione, hoc impedit quod Adriani carmen non potuit complecti libros XXIV, quum libro septimo jam de rebus Indicis sermo fuerit. Ceterum ex Westermanno Βιογρ. p. 70 disco Meinekium de hoc Arriano poeta disserere in Anal. Alex. p. 370.

(3) Stephan. Byz. : Ἀστραία, πόλις Ἰλλυρίας. Ἀδριανὸς Ἀλεξανδρειάδος α'. Idem : Σανεία, πόλις Ἰνδική, ὡς Ἀδριανὸς Ἀλεξανδρειάδος ἑβδόμῳ.

(4) Stephan. Byz. Ὑστάσπαι, ἔθνος Περσικόν. Νέστωρ δ' ἐν πρώτῳ τῆς Ἀλεξανδρειάδος **. Intelligo Larandensem poetam, qui scripsit Ἰλιάδα λειπογράμματον et Μεταμορφώσεις φυτῶν καὶ ὀρνέων (Hesychius Mil. et Suidas. v. Νέστωρ; Menander rhet. De encom. II, 4). Ejusdem epigrammata duo exstant. Vid. Jacobs. Anthol. tom. III, p. 54; XIII, p. 9.

(5) Uti Soterichus Alexandrinus, cujus sæpius meminit Plutarchus De mus. p. 1383, 1388, 1401 ed. Didot.

(6) Ad eundem spectare videtur Tzetz. in Prolegg. ad Hes. Opp. p. 13, ubi viros celebres recensens ex humili conditione progressos, postquam Lucianum nominaverat, addit : καὶ οἱ λοιποὶ, ὥσπερ καὶ παρ' ἡμῖν ὁ χρυσογνώμων ἐκεῖνος Σωτήριχος.

(7) Ita enim corrigendum est pro ἐπ' Ἰσμήνης, quod codex præbet.

poeta ait, πάλιν χαίρων ἐπεχόρευε Θηβαίοις Ἰσμηνὸς αὐτὸς αἱματόφυρτος ῥεύσας. Hæc igitur mutuam sibi lucem affundunt. Nimirum Python, ni egregie fallor, Sotericho erat draco, quem in Cithærone ad fontem Ismeni Cadmus olim occiderat. Hanc ob cædem succensebit deus, dolebit eam Cithæron, plorabit Ismenus donec occisor ac prosapia ejus piaculum expiaverint. Quod quomodo sit eventurum nuntiavit procul dubio dei oraculum. Thebas sane, dixerit, condi in fatis est, neque potest impediri quin ad lyræ sonos saxa murorum consurgant. At veniet, etsi sero, ultor injuriæ deique vindex, Alexander, qui muros istos ad musicos item sonos dejiciet; et qui nunc Pythonis cæde pollutus luget Ismenus, tunc gaudio exsultabit sanguine tinctus Cadmeorum. Jam ecce Macedonem, et quæ adventum ejus fatalem portenta multifaria prædixerunt, etc. — Hoc fere modo rem adornaverit Soterichus, fortasse antiquioris poetæ carmen lyricum vel dramaticum imitatus. Semina fabulæ condiderit Clitarchus, quem exprimere solet Justinus, qui lib. XI, 4 Cleadam Thebanum captivum pro civibus orantem introducit. Ibi inter alia leguntur hæc : *Privata etiam regem superstitione deprecatur geniti apud ipsos Herculis : unde originem gens Æacidarum trahat, etc.* Ceterum carmen Ismeniæ, quod in nostris libris mancum et corruptissimum est, supplere et corrigere licebit e codice Laurentiano, in quo (uti refert Montefauconius Bibl. Manuscr. p. 307 A.) hic legitur titulus : *Quibus verbis uteretur Ismenias tibicen coactus ab Alexandro tibiis canere super Thebarum eversione.* Unde simul discimus hæc etiam peculiari libello exhiberi solita esse. Ac talis primum ad nostram historiam accesserit. Ab antiquissimis enim libris poetica hæc aliena fuisse vel eo indicari videtur, quod si nostrum locum exceperis, nusquam poemata in historicæ narrationis locum succedunt. Nam quæ præterea in cod. A poetica leguntur, alius sunt generis, continenturque oraculis atque iis, quæ Nectanebus musa astrologica afflatus canit Olympiadi (I, 12). — Quod historiam de Thebarum restauratione attinet (I, 46), eam a Soterichi carmine alienam fuisse ipsa oratio ad pedestrem exilitatem rediens testatur. Subjecta vero (serius tamen, puto) excidio urbis est, ut conjungerentur quæ ad idem pertinerent argumentum. Unde fit ut Alexander Thebis Corinthum proficiscatur, hinc revertatur in Bœotiam. Scilicet historia in ejusmodi narrationibus ubique locum cedit consiliis poeticis. Iisdem debetur narratio de Alexandri victoria Olympica, ceterarum victoriarum præsagio. Eodem modo Λυσίας, quem tamquam dæmonem malignum nubentes veritæ esse videntur, in scurram mutatur Cleopatræ nuptias turbantem. Sic Pausaniæ facinus ex amoris affectu deducitur, ut romantico, quem dicunt, colore historia ornetur. Alia ejus generis omitto. Simile quiddam subest loco, ubi *M. Æmilius* Romæ in Capitolio Alexandrum coronasse dicitur. Neque enim fasti consulares id nomen suppeditabant, sed a poeta advocatum est, ut Paulo Æmilio, qui Macedones Romanorum imperio subjecit, ex eadem familia consul opponeretur, qui Romanorum nomine olim Macedonum regi jurasset obsequium. Atque hoc quidem commentum sat antiquum esse puto.

Aliud genus fontium, unde nostra historia coaluerit, supra posui declamationes rhetorum philosophorumve, et similia, quæ uno verbo *didactica* dicere licet. Huc pertinent quæ leguntur I, c. 16 de Aristotele discipulos suos interrogante; item quæ (lib. III, c. 6) ab Alexandro Brachmanibus quæstiones propinantur, horumque responsa, quorum nonnulla jam Plutarchus affert (Alex. c. 64), alia complura peculiaribus libellis circumferebantur (V. Ἀποκρίσεις φρονίμων in Fabric. Bibl. gr. XIII, p. 585 sqq. ed. pr.); porro Dandamidis declamationes (III, 11 sqq.), quæ a Christiano aliquo compositæ Arriano Epicteteo tribuebantur. Plura ejusmodi e latinis codicibus una cum Palladio edidit Bissæus. Ac omnino exstitisse apud seriores videntur Alexandri historiæ, in quibus didactica hæc præ ceteris tractarentur, adeo ut totum opus virtutum regiarum quasi speculum esset.

Jam quæ in antecedentibus disputavimus, ita comprehendamus, ut progressus historiæ ad seriem chronologicam revocentur. Ea igitur narrationis pars, quæ ex ambitione Ægyptiorum enata est, jam Ptolemæorum priorum temporibus egit radices. Deinde expeditio Italica e consiliis regis in res gestas translata esse haud ita multo post subactam a Romanis Macedoniam videtur. His vero duabus partibus semel conjunctis, adornatio historiæ, quatenus in duas dispescebatur Alexandri expeditiones, erat delineata. Persica et Indica suppeditarant epistolarum collectiones, quas muco historico conglutinasse sufficiebat. Hæc igitur jam primo ante Christum seculo in unum historiæ corpus conjuncta apud Alexandrinos delitescere poterant. Apud eosdem etiam per sequentia secula duo compages hæc variis modis dilatata est. At quid limi quæque generatio deposuerit dici nequit.

Candaces historiam serius additam esse supra suspicati sumus. Idem fortasse de Amazonum historia valet. Testamentum Alexandri item postea demum receptum est. Quæ deinde a secundo maxime seculo grassari cœperant studia superstitiosa magicæque de lapidibus gemmisque doctrinæ, ad locupletandum miraculorum thesaurum imprimis contulisse consentaneum est. — Initio seculi quarti inseri poterat carmen Soterichi Oasitæ. Iisdemque temporibus fama nostræ historiæ adeo jam percrebuerat, ut fabulas ejus cum severiore historia misceret auctor Itinerarii, æqualis Constantii. Quæ quum ita sint, vix opus est, ut moneamus Alexandrinum, cui si non plurima nostra, certe ea debentur, quæ ad Alexandriam pertinent, omnino non potuisse his temporibus esse posteriorem. Nam supra vidimus ætate ejus adhuc viguisse Alexandriæ templum Serapidis, tumulumque Alexandri superstitem fuisse. « Jam vero constat (Maji verbis utor) Serapeum anno 387 p. C. Theodosii imperatoris edicto solutum esse (Marcellinus Comes in Chronico Timasio et Promoto coss.); divus autem Johannes Chrysostomus (Homil. 26 in epist. II ad Corinth., tom. X, p. 625) Alexandri sepulcrum de medio sublatum ejusque annuam memoriam inter homines exstinctam sua jam ætate testatur. » — Quæ postea inde a Constantii fere ævo nova accesserunt, Byzantinis tribuenda sunt. Inter ea numerandum Palladii opusculum in cod. A, quod versus finem seculi quarti addi potuit. Cur multum ultra hæc tempora removeamus historiæ recensionem quam exhibet codex A, causam non video. Initio seculi quinti Armenius, sive Moses sive alius fuerit, Pseudo-Callisthenem fecisse Armenicum statuitur. Circa eadem fere tempora conditam puto Valerii versionem latinam. De ea Majus (Præfat. ad Valerium) ita : « Omissa græci exemplaris quod periit mentione, si quis interpretis Julii Valerii stilum et quasi formam considerabit, is hunc etiam latinum auctorem intra tertium aut quartum Christiani ævi seculum prorsus continebit. Vocabula enim et elocutio et tota scripti natura (si quid sensu callemus et aure) illam utique ætatem clamitare videntur. » Aliter statuit clarissimus Letronnius (in *Journal des Sav.* 1818, p. 620) : « Il suffit de lire avec attention plusieurs pages de la rhapsodie du faux Callisthène (sc. codicis 1685 sive B), pour s'assurer que le style est très-moderne, et qu'on ne saurait le juger d'une époque plus ancienne que le VIIe ou le VIIIe siècle. Or, s'il est vrai (et nous en doutons à peine) que la version de Julius Valerius soit une traduction libre de l'ouvrage grec, traduction surchargée, comme nous l'avons vu, de quelques circonstances étrangères, il faut bien que cette traduction soit elle-même, non pas, comme l'a cru M. Maï, un ouvrage assez ancien, mais la production pseudonyme de quelque traducteur obscur du moyen âge. Il faut convenir que le style, quoi qu'en dise M. Maï, est presque partout d'une étrangeté très-propre à corroborer cette opinion. » Sane quidem narratio codicis B seculum octavum superare vix potest, immo junior esse mihi videtur. Valerio autem ipsum Letronnium nunc majorem concessurum antiquitatem esse crediderim, quum pateat Valerium non expressisse codicem B, sed græca ante oculos habuisse, iis quæ codici A subsunt simillima. Orationi Valerii fateor multos inhærere nævos, quos in citeriora secula rejiciendos existimaveris; verum si reputes rationem, quæ inter codices Valerii intercedit, facile largieris majorem macularum partem scribarum licentia et negligentia per temporum decursum esse aspersam. Quorum haud paucas vel ejus, quem nos contulimus libri, etsi haud optimi, auctoritate abstergere licuit. Missis autem vocabulorum monstris locisque corruptis vel male contractis, si ad interiorem orationis formam respicis, negari nequit eam et pressam et satis rotundam esse, et rhetoricum quiddam spirare, in iis maxime conspicuum quæ circa epistolas sunt et orationes. Scilicet has aut plane omiserunt seriores aut intactas fere reliquerunt, dum in ipsa rerum enarratione suo quisque ingenio indulgebant. Quapropter nihil adeo impedire videtur, quominus πρωτότυπον, quod latini nostri codices exprimunt, ad finem seculi quarti vel ad sequentis initium referendum esse censeamus. Ceterum quod de versionis depravatione modo diximus, idem multo magis de græcis codicis A valere, tam est manifestum ut demonstratione non egeat.

Superest ut verbo moneamus de auctorum nominibus, quæ inscribere nostris historiis placuit.

Callistheni opus tribuitur in codice B et apud Tzetzem in Hist. I, 323 (de Ismenia tibiis canere jusso); III, 885 (de Candacis historia); III, 550 (de Besso et Ariobarzane Darii percussoribus) (¹). In codice, quem Leon Allatius (*De en-*

(1) Præterea Tzetzes III, 100 narrat quomodo Sesostris ab uno captivorum regum Ægyptiorum de fortunæ in

gastromytho synt. c. 11, p. 423, citante Bergero l. l. p. 190) inspexit, pro Καλλισθένης corrupte scriptum esse videtur Ἀντισθένης. Nam *Pseudo-Antisthenem* auctorem Allatius appellat. Ceterum Callisthenem omnium minime aptum fuisse, cui nostra historia adscribi posset, liquet. At notum Callisthenes et vulgare negotium.

Aristoteles auctor historiæ nominatur in versione Armenica. V. supra p. X not. Ἀριστοτέλης ἐν πέμπτῳ περὶ Ἀλεξάνδρου, qui laudatur ap. Eustath. ad Dion. Per. (V. fragm. rerum Al. præfat. p. V), ab his alienus est; etsi fabulosa Alexandri historia, quæ sub Aristotelis nomine circumferebatur, in causa fuisse potest, cur Arriani nomen l. l. in Aristotelis abiret.

Ptolemæi nomen, si indolem nostræ historiæ spectes, omnium aptissimum erat, quod præfigeretur. Idque factum esse videtur, etsi disertis verbis non traditur. Nimirum in cod. A folium quod initium historiæ præcessit, nunc excisum est. Exhibuisse autem videtur regis Ptolemæi imaginem, quam illustrabant versus qui in antecedente pagina adscripti (non tamen ejus manu, qui codicem exaravit) leguntur hi:

> Οὗτος βασιλεὺς ὁ Πτολεμαῖος, ξένε,
> ὃς εἶχεν ὠσὶ τάσδε προσκαθημένας
> ἄγνοιαν ἀπάτην τε, διττὴν κακίαν (1).

Quæ probabiliter præfixa propterea sunt, quod Ptolemæus auctor habebatur Historiæ Alexandri *fabulosæ et in fraudem hominum confictæ*. Quamquam dici etiam possit versus profectos esse ab Judæo aliquo vel Christiano, qui Ptolemæum suum novit e Chronicis, ubi rex hisce introduci solet verbis: Πτολεμαῖος ὁ Λάγου δόλῳ παραλαβὼν τὴν Ἱερουσαλὴμ, καὶ ἀπάτῃ πολλοὺς ἐκ τῆς Ἰουδαίας μετῴκησεν εἰς Αἴγυπτον (Syncell. p. 271 C. ex Eusebio). — Cum his cf. quæ Bergerus l. l. p. 193 ait: M. Favre (*Bibl. univ.* VIII, *p.* 335) parle d'une autre histoire fabuleuse d'Alexandre en hébreu. « On dit même, ajoute-t-il, qu'elle renferme plus de détails que celle du faux Joseph. Elle porte aussi le titre d'*Histoire des générations d'Alexandre*. Mais quelques rabbins la regardent comme la traduction d'un ouvrage grec, composé par *Ptolémée*, fils de Lagus. »

Quod denique *Æsopum* attinet, qui tamquam Græcus historiæ auctor laudatur in latinis Valerii, acu rem tetigisse censeo Bergerum l. l. p. 190. « Le nom d'Ésope, inquit, pourrait venir simplement de ce que le roman d'Alexandre se trouve joint dans plusieurs manuscrits aux fables d'Ésope, également répandues pendant le moyen âge. Ces deux ouvrages sont réunis dans le manuscrit grec de la Bibliothèque du Roi n° 1685, dans celui de la bibliothèque du cardinal Ridolfi n° 17, dans celui de la bibliothèque de l'université de Leyde n° 93. » — Idem ib.: « M. Hase soupçonne que ce pouvait être quelque *servus literatus*, comme il y en avait dans presque toutes les grandes maisons de Rome. Ils étaient la plupart Grecs, et *Æsopus* est un des noms qu'ils portaient. »

De *Julio Valerio* nihil constat. Fictum item nomen esse suspicatur Letronnius l. l. De aliis quibusdam nominibus, quæ latinis passim præfiguntur, *Eusebii, Ethici Istri, Solini historiographi*, v. Berger. l. l. Ad nos nunc hæc parum pertinent.

---

constantia admonitus sit. Testes vero historiæ laudantur Ctesias (fr. 3, p. 14, ubi locum exscripsi), Herodotus et Diodorus (qui temere citantur), Dion, καὶ Καλλισθένης, Σιμόκαττος καὶ ἄλλοι. At in nostris Callisthenis libris de his nihil legitur. — Callisthenis locus non nominato fonte exscribitur ap. Tzetzem XI, 97:

> Ὁ βασιλεὺς ὁ μέγιστος Ἀλέξανδρος Φιλίππου,
> γλαυκὸν τὸν ἕνα ὀφθαλμὸν ἔχειν θρυλλεῖται πᾶσι,
> μέλανα δὲ τὸν ἕτερον. Τοῖς ὀφθαλμοῖς τοιοῦτος.
> Ἦν δὲ καὶ σιμοτράχηλος καὶ παρατραχηλῶν δὲ,
> ὥστε δοκεῖν πρὸς οὐρανὸν ἐνατενίζειν τοῦτον.
> τοιοῦτον καὶ ὁ Λύσιππος ἐκεῖνον ἐχαλκούργει.

Cf. Pseudo-Call. I, 13, not. 10.

(1) Paullo infra in eadem pagina alterum carmen habes hocce:

> Ὦ 'ναξ ῥωμανὲ τῆς ὅλης οἰκουμένης,
> ἀπῆλθες, ἐστράτευσας, ὡπλίσω πάλιν,
> ἀλλ' ἀντανῆλθεν ἡ στράτευσις εἰς φόνους
> βουλῇ πονηρᾷ τῶν κρατώντων (sic) ἀνθρώπων·
> βέβηλος ὥσπερ ἐστερήθης ὀμμάτων,
> βίου τε τὴν στέρησιν ὑπέστης ἄναξ·
> γελῶσι νῦν ἅπαντες ἐχθροὶ συντόμως
> γέλωτ' ἄθεσμον (γέλωτα θεσμὸν cod.), οὐχ' ὅρον κεκτημένον·
> ὅστις γὰρ οὐκ εἴωθε γεύεσθαι κακῶν
> φέρει μὲν, ἀλγεῖ δ' αὐχέν' ἐντιθεὶς ζυγῷ,
> θανὼν δ' ἂν εἴην μᾶλλον εὐτυχέστερος
> [ἢ ζῶν]· τὸ γὰρ ζῆν μὴ καλῶς μέγας πόνος·
> κἀγὼ γὰρ ἦν ποτ', ἀλλὰ νῦν οὐκ εἰμ' ἔτι (cod. οὐκέτ' εἰμί)·
> τὸν πάντα δ' ὄλβον ἦμαρ ἕν μ' ἀφείλετο.

ANGELI MAII PRÆFATIO
DE ITINERARIO ALEXANDRI.

Quo tempore imperator Constantius, Constantini Magni filius, bellum adversus Persas summis opibus administrabat, quidam ex iis fortunatis, qui remoti a studiis ambitionis atque a militiæ muneribus vacui, otium et tranquillitatem vitæ sequuntur (Itin. 1), rem dextri ominis atque utilis magisterii se facturum putavit componendo duplici Itinerario duorum principum eodem opere gloriosorum, Alexandri Magni videlicet et Trajani. Sic enim Constantio Cæsari præclarissima exempla objiciebat, eumdemque iis vestigiis sistebat, quæ si persequi posset, bellicæ laudis fastigium sine controversia teneret; ipse autem auctor domestico hoc labore publicorum vacationem officiorum compensabat (Itin. 6.). Jam Trajani Itinerarium, egregium ut credo opus et exoptabile, neque in Ambrosianis codicibus superest, atque arsisse communi videtur incendio; Alexandri vero quod mihi se obtulit, non mediocriter gaudeo. Nam primum in genere historico magnopere mihi placet ipsa ratio et titulus Itinerarii. Equidem, si paulo attentius consideres, hæc est primigenia historiæ natura, ut res nimirum gesta nude ordinateque narretur. Revera si orationes et epistolas et consiliorum explicationes locorumque descriptiones latiores tollas, quid aliud superest de Curtio, aut de Arriano, aut de Xenophonte, vel Livio, nisi quædam vel actorum ipsorum vel agentium hominum itineraria? Sane Thucydidem quo loco res gestas in Græcia a Xerxe fugato usque ad bellum Peloponnesiacum summatim persequitur, cui propius compares, quam Itinerario cuidam Atheniensium rerum? Porro ejusmodi brevitatem quis reprehendat, quum in omni scripto magis offendat nimium quam parum? Fuit autem singularis quodammodo potiorque causa, quamobrem facta Alexandri ad Itinerarii rationem describerentur. Etenim *Macedonum spes,* ut meus inquit Fronto (Princip. Hist. fragm. I), *torrentis modo magna vi ortæ, brevi die occiderunt, quorum unius humanæ prolis ætate imperium exstinctum est.* Incredibilis illa celeritas, qua magnus Alexander terrarum orbem percurrit ac domuit, vix aptiore specie potuit exprimi quam Itinerarii. Præterea quum tot ille regiones cum victore exercitu adierit, qui breviter ejus historiam complecti velit, is haud aliter suo fungetur officio, quam diligenti itinerum notatione. Itaque hoc institutum scribendi de Alexandro, non primitus sub Constantio exortum est, sed jam inde a pervetustis temporibus excogitatum. Diodotus Erythræus, Eumenes Cardianus, Strattisque Olynthius, æquales ut creditur Alexandri, ephemeridas ejusdem, quarum et supersunt fragmenta, concinnaverunt. Itinerarium Alexandri scripserunt item Bæton et Diognetus stationum ejus mensores, ejusque operis reliquiæ laudantur a Plinio atque Strabone. Idem scripserat et Archelaus quidam, uti narrat Laertius: denique et ille fortasse Amyntas quem laudat Athenæus. Tum Nearchi, quem Alexander ad cursum maritimum misit, ephemeridas pæne integras in Indica historia Arrianus exhibet. Nunc insigni felicitate contingit, ut Alexandri prodeat Itinerarium ab homine satis antiquo diligentique confectum, cum tot illa monumenta et subsidia, quibus Alexandri historia nitebatur, nondum ætas consumpserat. Et quidem ipse scriptor (c. 2) sancte testatur, se *non de loquacium numero vilibus usum auctoribus, sed quos fidei amicissimos vetus censura pronunciaret.* Itaque perinde fortasse est ac si Diodoti, Eumenis, Strattios, Amyntæ, Archelai, Diogneti atque Bætonis sive compendium, sive excerptum quoddam legamus, nudatum omni ornatu orationis tamquam veste detracta. Et quamquam cum Arriano plerumque consentit Itinerarium, id tamen ipsa rerum potius veritate, quam sequelæ studio aut imitationis conficitur. Nam quum et Arrianus apprime sit φιλαλήθης, et noster item auctor nihil antiquius narrationis fide habeat, necessaria quadam ratione consequitur, ut sæpenumero assentiantur inter se. Alioquin multi sunt loci, qui satis docent, auctori Itinerarii haud

raro Arrianum neque ad exscribendum neque ad imitandum fuisse propositum (1). Cæterum utriusque auctoris hoc est commune institutum, ut circumcisis omnibus, quæ de Alexandri pueritia atque educatione tradita ab aliis fuerant, bellicam tantum ejusdem expeditionem post Philippi necem scriptis exsequantur.

ITINERARII VERACITAS.

Jam vero quum innumeri historici, quod quisque fere voluisset, in vitam Alexandri olim contulissent, noster quidem auctor grave munus et arduum, ut puto, sustinuit tot scripta purgandi, tantamque libidinem resecandi. Onesicritus, Clitarchus, Callisthenes, Chares, Megasthenes, Duris, Daimachus, Memnon, Hegesias, Æsopus aliique perveteres Alexandri scriptores, portenta litteris commendaverunt. Itaque et Cæsar Julianus res Alexandri poetica licentia ab his exornatas existimavit (2). Ipse Aristobulus, quem tamen Arrianus in paucis miratur, Alexandri res eidem viventi legens, ab eo propter fabulas non sine stomacho rejectus traditur. Quid sequiorum temporem credulitatem seu potius figmenta narrem? Opus nostra ætate præclarum molitus est in Gallia doctissimus Sancticrucius qui critica copiosaque de scriptoribus Alexandri quæstione instituta multam fabularum atque errorum illuviem detersit, tempora constituit, geographiam restituit, atque illustrissima luce hanc veteris historiæ partem aspersit. Nunc autem gratissimum eruditis fore auguramur, quod priscus auctor Alexandri historiam omni errore purgatissimam afferat. Sane Anonymus (ut cuique prudenti constabit) studium suum ad id potissimum dirigit quod simillimum veri videtur, tantaque specie veritatis scribit, ut prorsus rapiat legentis assensum. Modestia ipsa et candidi professio animi fidem auctori conciliat (Itin. 2). Quam arroganter Arrianus sub initio historiæ ingenium suum et genus et patriam et honores et litteras jactat! Is quidem ob eam ingenii levitatem omnibus eruditis risui est. Ast Anonymus prooemium suum miro pudore conspergit. Tum quod externi ingenii nitatur viribus, vir sincerus fateri mavult, ne videatur tacitus aliena surripere. Neque tamen se alienis adfirmationibus, etsi probabilibus, passim venditat, sed et assensum interdum sustinet, et prudentiam declarat his fere verbis *fertur*, vel *ferunt*, vel *relatum est*, vel *si quis aurem ad fidem dicentis inclinet*: tantaque semper cautione utitur, quanta si testimonium diceret : scriptor sine arrogantia gravis, sine segnitia verecundus. Et ipse (c. 2 et 7) quidem aperte ait, se de re magis quam de verbis laborare; interim vero non mediocrem sapientiam simulatione rudis stili tegit. Hujus certe simplicitas atque ordinata brevitas imitabilis videatur esse existimanti, sed experienti non item. Quis enim pro dignitate admiretur hominem, qui tantas res paucis explicavit chartis, doctis profecto, ut cum Catullo loquar, et laboriosis? quique in tanta scribentium licentia numquam a veritate se abduci passus est, numquam a fide decessit. Omnino (nisi me inventi mei fallit amor) rerum Alexandri scriptorem hunc laudare possum pæne religiosissimum. Quam nimirum ob laudem præponendum etiam hoc in libro curavi, licet in codice post opus Julii Valerii subjungatur. Mihi enim veritas rei cuivis semper prævertenda videtur.

ITINERARII STILUS.

Nunc etsi difficile est stilum et formam (sive χαρακτῆρα ut Græci loquuntur) exponere auctoris nondum publico voto judicati, tamen ut meo more aliquid timide dicam, is mihi quidem videtur ejusmodi, cujus sive latinitatem sive elocutionem docti homines non contemnant, dignusque scriptor qui in litterarum luce cognoscatur. Linguam quidem hujus nemo barbaram dicat, quoniam sæculi quarti auctores adhuc in exemplis latinitatis laudamus : hic autem ante dimidium ejus sæculi scribendi laude cluebat. Porro etsi latina ingenia pressit in pejus imperii

(1) Nemo Anonymi Itinerarium arbitretur Arriani servile quoddam compendium. Arrianus tres filios Pausaniæ cæsos non narrat, Lacedæmonum in Peloponnesiaco conventu aliud responsum refert, nihil de Mæotide ab Alexandro adita narrat, alium copiarum numerum Alexandro eunti in Asiam adjungit, neque Olympiadem Amphipolim usque ducit, neque septem, sed sex Asiæ satraparum meminit, neque Parmenionem, sed Amyntam præmissum ab Alexandro scribit. Atque has varietates sub ipsis historiæ primordiis notare libuit : reliquas plurimas persequi otiosum est. Obiter tamen moneo, sicui vacat, ut conferat Itinerarii cap. 44, cum Arriani, lib. II, cap. 25; Itin. cap. 53, cum Arr. lib. III, cap. 6; Itin. cap. 66, cum Arr. lib. III, cap. 17; Itin. cap. 70, cum Arr. lib. III, cap. 23; Itin. cap. 83, cum Arr. lib. IV, cap. 3. Soporis item, quo Alexander Itin. lib. 34, ante pugnam gravatus dicitur, nulla ab Arriano mentio fit.

(2) Vide orationem I, in Constant. editam Lipsiæ anno 1696, tom. I, p. 10. B.

que et Paphlagoniam Eumeni gerendam permitti placet. Eos vero qui in insulis sunt liberos suique juris esse præcipio. Antigonus Cariæ præsit, Casanderque Bœotiæ, eisque omnibus præesse Antipatrum oportebit. Uton Syriæ rector esto: Babyloniæ vero et adjacentium regionum perficio Seleucum. Phœnicem ac Syriam Cœlen Meleagro regendam permitti decrevi, Ægyptum Perdiccæ, Libyam Ptolemæo, cui etiam Cleopatram conjugari oportebit sororem meam. Regionum porro quæ supra Babyloniam sunt curam Phanocrati permitti præcepi, eique uxorem Roxanem Bactrianam dari. His igitur omnibus mando repositorium corpori meo fieri auri magnorum talentorum sex. Quicunque autem Macedonum Thessalorumve provectior sit ætate atque ad solum genitale voluerit ire, his fieri facultatem, quibus singulis tria milia drachmarum adnumerari conveniet. Argos autem mitti arma quibus ipse usus sum, et auri signati drachmas L, eaque Herculi consecrari volo. Delphos quoque mitti præcepi eboris quod in aula mea fuit, draconumque terga et pateras aureas XIII, primitias scilicet operum nostrorum. Milesiis etiam ad reformationem oppidi sui dari præcipio auri signati drachmas C et L tantumdemque auri materiæ. Volo autem Perdiccam, quem Ægypto impera-

δρακόντων τὰς δορὰς καὶ φιάλας χρυσᾶς ιγ', ἀκροθίνια τῆς στρατιᾶς. Δοθήτω δὲ καὶ Μιλησίοις εἰς ἐπισκευὴν τῆς πόλεως χρυσίου νενομισμένου τάλαντα ρη'· καὶ Κινδίοις (l. Κνιδίοις) γέατ. Βούλομαι δὲ καὶ Περδίκκαν καταλιπὼν βασιλέα σὺν (ἐν?) τῇ κτιζομένῃ Ἀλεξανδρείᾳ * * ὥστε μένειν μακαρίως μελλομένην τῶν πάντων δεσπόζοντι μεγάλῳ Σεράπιδι καὶ ἀνθρώπων (ἐνιαύσιον?) καταστῆναι ἐπιμελιστὴν τῆς πόλεως· κληθήσεται δὲ ἱερεὺς Ἀλεξάνδρου· καὶ προσελεύσεται μεγίστῃ πόλει (μεγίσταις πόλεως?) δόξαις, κεκοσμημένος χρυσέῳ στεφάνῳ καὶ πορφυρίδι, λαμβάνων ἐνιαύσιον τάλαντον· καὶ οὗτος ἔσται ἀνύβριστος καὶ πάσης λειτουργίας ἀπολυθήσεται. Λήψεται δὲ ὁ τοιοῦτος τὴν τάξιν ταύτην ὁ διαφέρων ἐν γένει τῶν ἄλλων πάντων, καὶ μένει αὕτη ἡ δωρεὰ αὐτοῖς δὲ καὶ ἐγγόνοις. Ἀποδείκνυσι βασιλεὺς Ἀλέξανδρος Ἰνδικῆς βασιλέα τῆς μὲν παρατεινούσης παρὰ τῷ Ὑδάσπῃ ποταμῷ Ταξιάδην (Ταξίλην), [τῆς δὲ] περιεχομένης (ἐπεχ.) ἀπὸ τοῦ Ὑδάσπου ποταμοῦ Πῶρον, [τῆς δὲ] ἐπὶ δαλιδῶν (Παροπαμίσῳ) Ὀξυδράκην (Ὀξυάρτην) τὸν Βακτριανὸν τὸν Ῥωξάνης πατέρα τῆς Ἀλέξανδρου γυναικὸς, τὴν δὲ Δρακουσῖαν (Ἀραχωσίαν) καὶ δραπυάλην (Δραγγήνην) τῇ Βακτριάνῃ (καὶ τὴν Βακτριανὴν) καὶ Σουσιανὴν (Σογδ.) [ἀφίησι] Φιλίππῳ· τὴν δὲ παρουδίαν (Παρθυαίαν) καὶ τὰ ἐχόμενα αὐτῆς Συρταμίαν (τὴν ἐχομένην α. Ὑρκανίαν) Ἀρταφερνήν (Φραταφέρνῃ)· καρδανίαν (Καρμανίαν) δὲ Τληπολέμῳ· τὴν δὲ Περσίδα Πευκέστῃ σατράπῃ· Ὀξύντην (Ὀξυδάτην?) μεταστῆσαι (μεταστῆναι κελεύει) ἐπὶ τῆς Μηδίας. Ἀποδεικνύει βασιλεὺς Ἀλέξανδρος βασιλέα τῆς Ἰλλυρίδος Ὀλκίαν· δίδωσι δὲ ἵππους ἄγεσθαι ἐκ τῆς Ἀσίας φ', τάλαντα ‚γ· ἀπὸ δὲ τούτων κατασκευαζέτω ἱερὸν καὶ ἀναθέτω ἀνδριάντας Ἄμμωνος, Ἡρακλέους, Ἀθηνᾶς, Ὀλυμπιάδος, Φιλίππου· ἀνατέθωσαν δὲ καὶ οἱ τῆς βασιλείας ἐπιμεληταὶ εἰκόνας Ὀλκίου περίμετρον ἐν ἀγγυίρας (sic) καὶ ἀνδριάντας χρυσέας ἐν Δελφοῖς· ἀναθέτω δὲ καὶ Περδίκκας εἰκόνας χαλκᾶς Ἀλεξάνδρου, Ἄμμωνος, Ἡρακλέους, Ὀλυμπιάδος, Φιλίππου. Τούτων δὲ πάντων (οὗτοι δὲ πάντες?) ἔστωσαν θεοὶ, ἐποίει αἱ ὀλυμπίαι ἡρακλῆς (ὁποῖος ὁ Ὀλύμποις Η.?) πρῶτος γεν ἄρης (γενάρχης?) Ἀλεξάνδρου τοῦ βασιλέως. Hactenus testamentum. Addit auctor:

Οὐ τοσούτους δὲ βασιλεῖς Ἀλέξανδρος πολεμῶν ἐνίκησεν ὅσους τελευτῶν κατέλειψεν. Ἐβίωσε μὲν οὖν Ἀλέξανδρος ἔτη λ' etc. quæ item leguntur in B C. cap. 35.

[E CODICE C.]

Γνοὺς δὲ ὁ Ἀλέξανδρος ἑαυτὸν ἤδη τελευτᾶν, ἔδοξεν ἐπιστολὴν γράψαι τῇ μητρὶ αὐτοῦ, ἐπανάληψιν τῶν ἄλλων αὐτοῦ ἐπιστολῶν οὕτως· « Ἀλέξανδρος ὅ ποτε ὢν βασιλεὺς, ὃς πᾶσαν περιενόστησε γαῖαν, καὶ πλείστας χώρας καὶ πόλεις τῷ δόρατι ἐνήλατο· ἀπὸ γὰρ δυσμῶν ἐπὶ ἀνατολῶν ἀγόμενος, οὐκ ἦν τῇ τύχῃ αὐτοῦ ὁ ἀντισταθῆναι βουλόμενος ἐν τῇ ὑφ' ἡλίῳ οἰκουμένῃ· Ἔπειτα τὴν ἀοίκητον ἐπιβὰς πολλοὺς ὑπέστη κινδύνους, χώρας ἀγρίων ἀνθρώπων διερχόμενος. Διῆλθον δὲ Μακάρων χώρας ὡς δι' ἄλλης μου ἐπιστολῆς ἐδήλωσα, καὶ τὴν σκοτεινοτάτην γαῖαν διεπορεύθην, ὡσεὶ πορείας ἡμερῶν τινῶν· καὶ μέχρι θείας τινὸς ὀπτασίας οὐ παρεκελεύσθην ὑποστραφῆναι, ἀλλ' ὁδεύειν ἔμπροσθεν, καὶ θεωρεῖν ἐξαίσια πράγματα. Ἀνθυποστρέψας δὲ ἐκ τούτων καὶ τὴν οἰκουμένην καταλαβὼν, τὰ περὶ Πώρου ἠρξάμην δουλώσασθαι, ὡς προεδήλωσα, ὦ μῆτέρ μου, ἐν τῇ πρώην ἐπιστολῇ. Πλὴν ἀλλὰ καὶ τοῦτον, κἂν ὁπόση δύναμις, ἀπέκτεινα τὸν τῶν Ἰνδῶν βασιλέα. Ἐκεῖσε οὖν διελθὼν μέχρι τῆς ἐσχάτης διώδευσα θαλάσσης, ἔνθα ἡλίου ἐπονομάζεται χώρα. Ἐκεῖθεν δὲ πάλιν ἀνθυποστρέψας, ὡς γέγραφά σοι ἐν τῇ δευτέρᾳ μου ἐπιστολῇ, τὴν παράλιον διώδευσα ὁδόν. Ἐν τούτῳ κατασκοπεῦσαι τὸν τόπον Ἀμαστρίδος τῆς πόλεως ἠθέλησα. Καὶ ἀπεγνώσθην παρὰ τῆς βασιλίσσης Κανδάκης, ἥτις ἵλεός μοι ἐγένετο, καὶ ὡς μήτηρ μου ἀνεδείχθη. Καὶ οὐκ ἀπέδωκέ μοι κακὸν ἡ ὄντως καλὴ ἕνεκεν ἑνὸς μικροῦ ἀγαθοῦ, ὃ ἐποίησα εἰς Κανδαύλην τὸν υἱὸν αὐτῆς, ὅτι ἐρρυσάμην αὐτὸν σὺν γυναικὶ καὶ πλούτῳ καὶ στρατῷ ἐκ χειρὸς Εὐαγρίδου τοῦ τυράννου τῶν Βεβρύκων, καὶ ἡ πολέμιος γυνὴ τὸ ἐν ἐμοὶ ᾤκτειρε νέον. Οἱ δὲ σὺν ἐμοὶ τῶν ἐμῶν ἀπολαβόντες ἀγαθῶν, πικρῷ καὶ ἐνελεεῖ με παραπέμπουσι

---

torem atque Alexandriæ esse jussi, sic uti imperio mandato, ne nomen meum ex oppido transferatur: quæ quidem etiam maximi deorum Serapis est sententia. Fieri porro annuum oppidi sacerdotem, qui sacerdos Alexandri nominetur, eique insignia dari placet coronam auream et purpureum amictum. Is ubi functus fuerit sacerdotio, omni reliquo munere vel inquietudine sit solutus. Sed quisque ita sacerdotium nanciscitur, sit et genere nobilis et existimatione, uti sibi dignitas una cum posteris et ista proficiat. Indicæ regionis ejusque tractus qui ad Hydaspim fluvium pergit Taxiaden mando esse præfectum. Adjacentium vero regionum Apoctronum Roxanes patruum uxoris meæ rectorem constitui placet. Racusiam vero regionem et Bactrianam et Suisiam Philippo remitto, Hyrcaniam Artapherneæ, Persida Peucestæ. Illyriæ vero præficio Orciam, cui quidem ex Asia dari oportebit quingentos equos et auri drachmarum tria milia, e quibus templum constituat, eique templo simulacrum Herculis et Ammonis consecretur, Minervæ etiam et Olympiadis matris meæ, nec non etiam Philippi. Omnes etiam curatores imperii imagines consecrent et signa constituant, aurea quidem apud Delphos, ceteris vero in locis materiæ diversæ. Constitui autem effigies oportebit Perdiccæ Alexandri, Ammonis, Minervæ, Olympiadis, Herculis, Philippi: quæ omnes divinis honoribus consecrabuntur. » Hæc quidem summa voluntatis Alexandri est accepta.

θανάτῳ, μὴ οἰκτειρίσαντές με τὸ σύνολον, μῆτερ ἐμή, καὶ ἐπὰν τῷ πνεύματι τῆς ἄνω προνοίας τὸν σύμπαντα κατεκυρίευσα κόσμον, τανῦν οὐ συγκεχώρημαι παρὰ τῶν ἐμῶν τὴν ἐμὴν καταλαβέσθαι πατρίδα, καὶ (l. ὅπως) σὲ, ὦ μῆτέρ μου, θεασάμενος τὸ λοιπὸν τῆς ζωῆς μου διατελέσωμεν ἄμφω. Λοιπὸν, μῆτερ ἐμή, γνῶθι τοῦ λοιποῦ ἄτεκνον εἶναί σε. Οὐκέτι γάρ με θεωρήσεις οὔτε τῆς φωνῆς μου ἀκούσεις, ἀλλ' οὐδ' ἐπιστολὴν παρὰ Ἀλεξάνδρου δέξῃ· τὸ γὰρ ἀποδημεῖν με ἐφικτὸν ἦν, ἐν δὲ τῇ νῦν ἀποδημίᾳ δυσχεραίνω, ὦ φίλη μοι μῆτερ· πρὸς γὰρ χρονιωτάτην καὶ ἀνήλιον καὶ ἀνυπόστροφον στρατείαν ἀπέρχομαι, καθὼς πᾶσιν ἀσυγχώρητον· λοιπὸν δὲ ἔχε, ὦ μῆτέρ μου, τήνδε τὴν ἐπιστολὴν ἀντὶ ἐμοῦ, καὶ ἀνάγνωθι εἰς τὸ ἐπίλοιπον τῆς ζωῆς σου, καὶ θρήνοις μνημόνευε στρέρησιν τέκνου. »

Εἶθ' οὕτω διανέμει τὴν ἀρχὴν ὁ Ἀλέξανδρος τοῖς ἑαυτοῦ ἄρχουσιν ἤγουν Σελεύκῳ, Πτολεμαίῳ τῷ Φιλίππῳ, Ἀντιόχῳ, Φίλωνι τῷ Βύζᾳ· Σέλευκον μὲν Πέρσαις καὶ Ἰνδοῖς βασιλεύειν, Φίλιππον δὲ τὸν καὶ Πτολεμαῖον Αἰγύπτου ἄρχειν, Ἀντίοχον δὲ τὴν μέσην γαῖαν τῶν Ἀσσυρίων, Φίλωνα δὲ τὸν καὶ Βύζαντα τὴν Μακεδονικὴν διέπειν ἀρχὴν, τὰ περὶ Ὀλυμπιάδος πλεῖστα παραινέσας αὐτῷ· κατασφαλισάμενος αὐτὸν ὅρκοις, εἰς ἅπαν αὐτῆς συμφέρον καὶ θέλησιν ἐπιμελῶς αὐτὸν διακεῖσθαι ὡς υἱὸν αὐτῆς. Δέδωκε δὲ καὶ Ῥωξάνην τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα, εἰπὼν αὐτῷ πρὸς Ὀλυμπιάδα τὴν ἑαυτοῦ μητέρα ταύτην ἀποκομίσαι σὺν τῇ μητρὶ αὐτῆς καὶ παντὶ τῷ πλούτῳ αὐτῶν. Ἐπορκισάμενος οὖν αὐτὸν ἕνεκεν τῆς πρὸς αὐτὸν ἀγάπης μὴ ἀθετῆσαι τὰ διατεταγμένα, ὡς δὲ ἐτέλεσε τοῦ λέγειν, προσκαλεσάμενος ἅμα τὸ Μακεδονικὸν στράτευμα, ἑνὶ ἑκάστῳ μετὰ δακρύων περιπλεκόμενος κατησπάζετο. Ὡς δὲ πάντας ἐτέλεσεν ἀσπαζόμενος, ὁ Πολυκράτους εἰσέρχεται παῖς, ὃς ἦν εὐδοκιμώτατος, καὶ λίαν ἀλκιμώτατος καὶ πολλὰ εὐδοκιμήσας ἐν τοῖς πολέμοις καὶ τῷ Ἀλεξάνδρῳ ποθητὸς τυγχάνων· καὶ περιπλακεὶς τῷ Ἀλεξάνδρῳ, οὐκ ἠβούλετο ἀπ' αὐτοῦ διελθεῖν, δεινῶς ὀλοφυρόμενος, καὶ ᾀσμάτων θρῆνον ποιούμενος· καὶ ὄντως μέλος πένθους γλυκύτατον ἤρξατο, καὶ τὰς καρδίας πάντων δακρύων ἐπλήρωσεν, ὡς ἐδόκει σὺν αὐτῷ καὶ ἡ γῆ πενθεῖν. Μάλιστα δὲ τοῦ παιδὸς πρὸς τὸν Βουκέφαλον ἵππον ἀντιστραφέντος καὶ γοερῶς ἐπιφθεγξαμένου· « Καὶ σὺ δυστυχὴς ὤν, ὡς Πήγασος, Βελλεροφόντην ἀπώλεσας ἄλλον· ἀλλὰ κρείσσων Ἀλέξανδρος Βελλεροφόντου. Οἴμοι, ποίοις ὀφθαλμοῖς τὶς ἐμβλέψαι δυνηθείη Βουκέφαλον ἄλλον ἱππέα ἔχοντα καὶ ἀναβάτην. » Ταῦτα δὲ Χαρμήδης μετ' ὀδυρμῶν ἔλεγε· καὶ ὁ ὄχλος ἐκόπτετο σφόδρα· καὶ ὁ Ἀλέξανδρος τὸν παῖδα ἀπολῦσαι οὐκ ἤθελεν, ἀλλ' ἦν αὐτοῦ ἐπικείμενος τῷ τραχήλῳ. Καὶ μέλλων ἐκπνέειν ὁ Ἀλέξανδρος τόνδε τὸν λόγον ἔφη·

Στίχοι οὓς εἶπεν Ἀλέξανδρος ὅτε ἐξέπνει.

Ὃς τὴν ἅπασαν οἰκουμένην διῆλθον
ἀοίκητόν τε καὶ σκοτεινώδη γαῖαν,
φυγεῖν οὐκ ἐξίσχυσα τὴν εἱμαρμένην·
κύλιξ δὲ μικρὰ τῷ θανάτῳ προδίδοι,
νέκυσι προπέμπουσα φαρμάκου μίξει.
Βλέπων δὲ στρατὸς θανεῖν βιαζόμενον
βοηθῆσαι θέλοντες ἀδυνατοῦσι.
Λοιπὸν ἐν Ἅδῃ κείσομαι τεθαμμένος.

Καὶ ταῦτα εἰπὼν παρεκάλεσε πάντας ἐν τῇ κατ' Αἴγυπτον ταφῆναι Ἀλεξανδρείᾳ καὶ ὑπὸ πάντων τῷ τάφῳ παραπεμφθῆναι, εἶτα μετὰ τὸ ταφῆναι αὐτὸν ἕκαστον ἐν τῇ ἀφορισθείσῃ αὐτῷ ἀπελθεῖν βασιλείᾳ. Παρακαλέσας οὖν ἅπαντας καὶ ἐπορκισάμενος μηδένα τῶν διατεταγμένων ἀθετῆσαι, ὡς τοῖς Μακεδόσιν ἦν περισκοπῶν καὶ πονῶν τὴν ψυχὴν περὶ αὐτῶν· ἐπὶ Χαρμήδους οὖν ἐπικείμενος ἦν τῷ τραχήλῳ, κλαίων καὶ ὀδυρόμενος. Τοῦ δὲ Βουκεφάλου ἵππου πρὸς τοῖς ποσὶν αὐτοῦ ἱσταμένου, ἐφαπλοῖ τὴν χεῖρα Ἀλέξανδρος καὶ φησὶν, « ὡς καὶ σὺ τῇ ἐμῇ τύχῃ ἦσθα γεγεννημένος, ἵνα δι' ἐμοῦ καὶ σὺ δυστυχήσῃς· ἐν γὰρ τοῖς πολέμοις εἶχόν σε συναγωνιζόμενον· τανῦν δὲ ἐν τῷδέ μοι τῷ θανατηφόρῳ οὐ συναγωνίζῃ πολέμῳ. Δοκεῖ δέ μοι ὡς θέλων βοηθῆσαι οὐ δύνασαι. » Ταῦτα τοῦ Ἀλεξάνδρου πρὸς τὸν Βουκέφαλον σὺν δάκρυσι λέγοντος, ὁ σύμπας ἀνῴμωξε στρατὸς, ὥστε μεγίστη γέγονε βοή. Ὁ δὲ τὸ φάρμακον σκευάσας δόλιος δοῦλος καὶ τὴν τῶν πάντων ἐπιβουλευσάμενος ζωὴν, ἔδοξεν ἐν τῇ βοῇ Ἀλέξανδρον τελευτῆσαι, καὶ δρομαῖος ἐπέρχεται θεάσασθαι. Θεασάμενος δὲ τοῦτον ὁ Βουκέφαλος, τὸ κατηφὲς καὶ στυγνὸν εὐθὺς ἀπορριψάμενος, ὥσπερ τις τῶν λογικῶν τε καὶ γνωστικωτάτων ἀνθρώπων, οἶμαι δὲ καὶ παρὰ τῆς ἄνω προνοίας, τὴν τοῦ δεσπότου ἐκδίκησιν ἐποιήσατο. Καὶ μέσον πάντων ἐπιδραμὼν καὶ τὸν δοῦλον ἐκεῖνον δραξάμενος τοῖς ὀδοῦσι καὶ ἄντικρυς Ἀλεξάνδρου τοῦτον ἀγαγὼν καὶ ἐκτινάσσων ἐπὶ τούτῳ φοβερῶς ὠρύετο, ὡς ἐκδικῶν τὸν κύριον αὐτοῦ. Καὶ οὕτως ποιῶν, μεταρσίῳ δὲ πηδήματι εἰς ὕψος ἀρθεὶς, παραχρῆμα δὲ σὺν τῷ δολίῳ δούλῳ καὶ δυσπίστῳ προσρίψας ἑαυτὸν τῇ γῇ, παρευθὺς ὁ μὲν δόλιος δοῦλος διεσκορπίσθη, ὡς ἄν τις εἴπῃ χιὼν νότιος ἀφ' ὑψηλοῦ καταπεσοῦσα στέγους· οὕτως ἐγένετο ἐνώπιον πάντων. Ὁ δὲ ἵππος ἐγερθεὶς καὶ χρεμετίσας μικρὸν ἔμπροσθεν Ἀλεξάνδρου καὶ πεσὼν εὐθέως ἐξεψύξησε [τὴν] πνοὴν ἐπαφήσας, ὥστε τὸν Ἀλέξανδρον ἐπὶ τούτῳ μειδιάσαι. Καὶ σὺν τῷ μειδιάσματι ἐγένετο περὶ τὸν ἀέρα ὀμίχλη etc., ut in cod. B.

ΚΕΦ. ΛΔ'.

Οἱ δὲ Πέρσαι (1) μάχονται μετὰ τῶν Μακεδόνων βουλόμενοι τὸν Ἀλέξανδρον ἀνακομίσασθαι καὶ Μίθραν (2) ἀναγορεῦσαι· οἱ δὲ Μακεδόνες ἀντεποιοῦντο

Cap. XXXIV. 1. Cod. C: Ἔκλαυσαν οὖν αὐτὸν ὡς ἔθος ἦν ἥ τε Ῥωξάνη ἡ γυνὴ αὐτοῦ σὺν τῇ μητρὶ αὐτῆς καὶ οἱ φίλοι αὐτοῦ, ὅ τε Πτολεμαῖος καὶ Σέλευκος, Ἀντίοχός τε καὶ Φίλων καὶ Χαρμήδης ὁ ἠγαπημένος αὐτῷ σὺν παντὶ τῷ Μακεδονικῷ καὶ Περσικῷ στρατῷ. Μετὰ δὲ τὸν κλαυθμὸν οἱ Πέρσαι ἐμάχοντο μετὰ τῶν Μακεδόνων etc. Post vel ante κομίσασθαι regionis vel urbis

βουλόμενοι ἀναλαϐεῖν αὐτὸν εἰς Μακεδονίαν. Λέγει οὖν αὐτοῖς Φίλιππος ὁ Πτολεμαῖος· « Ἔστι μαντεῖον τοῦ Βαϐυλωνίου Διός· παρ' αὐτοῦ οὖν ληψόμεθα χρησμὸν [περὶ] τοῦ σώματος Ἀλεξάνδρου, ποῦ ἂν καταστήσωμεν αὐτόν. » Ἐχρημάτισε δὲ αὐτοῖς ὁ τοῦ Διὸς χρησμὸς οὕτως·

Ἐγὼ ὑμῖν φράσω τὰ συμφέροντα πᾶσιν·
ἔστι πόλις ἐν Αἰγύπτῳ τοὔνομα Μέμφης
κἀκεῖ δεῖ ἐνθρονίσαι τοῦτον (3) **

Τοῦ δὲ χρησμοῦ δοθέντος οὐδεὶς οὐκέτι ἐλάλησε, ἀλλὰ συνεχώρουν τῷ Πτολεμαίῳ βαδίζειν καὶ κομίζειν αὐτὸν ἐν μολυϐδίνῃ λάρνακι εἰς Μέμφιν τὴν πόλιν ἐσμυρνισμένον. Θέμενος δὲ αὐτὸν ὁ Πτολεμαῖος ἐπὶ ἅμαξαν τὴν πορείαν ἐποιεῖτο ἀπὸ Βαϐυλῶνος εἰς Αἴγυπτον. Ἀκούσαντες δὲ οἱ Μεμφῖται ὑπήντησαν τῷ σώματι Ἀλεξάνδρου καὶ εἰσάγουσιν αὐτὸ εἰς Μέμφιν. Εἶπε δὲ ὁ ἀρχιπροφήτης τῆς Μεμφίτου ἱεροῦ· « Ὧδε αὐτὸν μὴ καθυδρίσητε, ἀλλὰ εἰς ἣν ἔκτισεν πόλιν ἐν τῇ Ῥακωτίδι· ὅπου γὰρ ἂν ᾖ τὸ σῶμα τοῦτο, ἀκατάστατος ἡ πόλις ἐκείνη ἔσται, πολέμοις καὶ μάχαις ταραττομένη. Εὐθέως οὖν ὁ Πτολεμαῖος ἄγει αὐτὸν εἰς Ἀλεξάνδρειαν καὶ ποιεῖ τάφον ἐν τῷ ἱερῷ (4) τῷ καλουμένῳ Σῶμα Ἀλεξάνδρου, κἀκεῖ τὸ σῶμα ἤτοι τὸ λείψανον Ἀλεξάνδρου καθίδρυσεν (5).

ΚΕΦ. ΛΕ'.

Ἔζησεν ὁ Ἀλέξανδρος ἔτη τριάκοντα δύο· ἐϐίωσε δὲ οὕτως· ἀπὸ εἴκοσιν ἐτῶν ἐϐασίλευσεν ἔτη ιβ' (1). Πολεμῶν δὲ ἐνίκησεν. Ὑπέταξε δὲ βάρϐαρα ἔθνη κβ'· Ἑλλήνων δὲ φυλὰς ιδ'. Ἐγεννήθη μὲν ὁ Ἀλέξανδρος μηνὸς Ἰαννουαρίου νεομηνίᾳ (2), ἀνατολῆς οὔσης τοῦ ἡλίου· ἐτελεύτησε δὲ μηνὸς Ἀπριλλίου νεομηνίᾳ, δύσεως οὔσης τοῦ ἡλίου, καὶ ἐκάλησαν τὴν ἡμέραν τῆς τελευτῆς αὐτοῦ νεομηνίαν (3) διὰ τὸν Ἀλέξανδρον νέον τετελευτηκέναι (4). Ἐτελεύτησεν ὁ Ἀλέξανδρος ἐν τῷ (lacuna in cod.) ἔτει, ἐν τῷ τέλει τῆς ριγ' Ὀλυμπιάδος. (Ἡ δὲ Ὀλυμπιὰς ἔτη εἰσὶ δ'· τῷ δὲ τετάρτῳ ἔτει τοῦ βασιλέως Ἀχὰρ πρώτη ἡ Ὀλυμπιὰς ἤρξατο.) Ἀπὸ δὲ τῆς τελευτῆς Ἀλεξάνδρου ἕως τῆς τοῦ θεοῦ λόγου ἐκ παρθένου σαρκώσεως ἔτη τκδ'.

ΤΕΛΟΣ.

[E CODICE C.]

['Απ' ἀρχῆς δὲ αὐτῆς τῆς κοσμοποιίας ἕως τῆς τελευτῆς αὐτοῦ ὑπῆρχον ἔτη πεντακισχίλια διακόσια δέκα ἑπτά· ἀπὸ δὲ τῆς τελευτῆς αὐτοῦ ἕως τῆς τοῦ θεοῦ λόγου σαρκώσεως, ἔτη διακόσια ἐνενήκοντα ἐννέα, ὁμοῦ ἔτη ἕως τοῦ Χριστοῦ ἀπ' ἀρχῆς ,εφη'.

ΣΤΙΧΟΙ ΙΑΜΒΙΚΟΙ ΕΙΣ ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΝ.

Οὐδὲν τὰ φαιδρὰ τοῦδε τοῦ κόσμου, φίλε.
Πρὶν γὰρ φανοῦσιν, ἀφανίζονται τάχει,
Ὡς ἄνθος, ὡς ἄγρωστις, ὡς σκιᾶς ὄναρ.
Τὰ χείρονα στέργουσι κρειττόνων πλέον.
Θᾶττον πρὸ ὥρας τὰ καλὰ παρατρέχει.
Οὐδὲν τὸ καινὸν τῆς τροπῆς ταύτης, ξένε·
Ἀνθεῖ μόλις, φθῆσι δὲ, φθάνει ταχέως

nomen exciderit. || 2. ἡμίθεον C. || 3. Versus distinxi etsi mutilos; antiquiorem versuum formam servavit Valerius. || 4. παρὰ τὸ ἱερὸν C. || 5. addit C : Ἐκεῖ οὖν αὐτοῦ καὶ στήλην ἐκ λίθων φεγγίτων ὁ Πτολεμαῖος κελεύσας ἀναστῆσαι, ἀφωμοίωσαν αὐτῷ τὸν ἐν τῷ καιρῷ τοῦ θανάτου αὐτοῦ γέλωτα καὶ Χαρμήδους τῇ χειρὶ ἐπικείμενον, ὥστε τοσοῦτον ἦν αὐτῷ τὸ ὁμοίωμα, ὡς [δοκεῖν] ἐκεῖνον αὐτὸν εἶναι τὸν Ἀλέξανδρον θρήνου καὶ δέους ἐπίδειξιν ἔχοντα. Οὕτως δὴ Ἀλέξανδρος πολεμῶν καὶ μαχώμενος καὶ ἐπαρθεὶς τῇ δόξῃ καὶ τῇ φρονήσει καὶ τῇ ἀνδρείᾳ ὑπὲρ πᾶσαν γενεὰν βασιλέων, οὐκ ἔφθασε διαπεράσας τὸν βίον καὶ τὸ ἀπροσδόκητον τοῦ θανάτου, ἀλλὰ τῆς τοιαύτης βασιλείας ὁ παμμέγιστος βασιλεὺς τὸ τῆς δόξης ἐάσας γέρας ἐξῆλθε τὸν βίον.

Cap. XXXV. 1. Sic etiam C. addens ἐν τῇ περιγείᾳ, omittens ista πολεμῶν δὲ ἐνίκησεν et seqq. usque ad φυλὰς ιδ', pro his ponens : ἔκτισε δὲ πόλεις δώδεκα ταύτας. α' Ἀλεξάνδρειαν τὴν κατ' Αἴγυπτον. β' Ἀλεξάνδρειαν τὴν ἐν Ὄρπῃ οὖσαν. γ' Ἀλ. τὴν εἰς Κράτιστον. δ' Ἀλ. τὴν ἐν Σκυθίᾳ τῇ γῇ. ε' Ἀλ. τὴν ἐπὶ Κρηπῖδος ποταμοῦ. ς' Ἀλ. τὴν ἐπὶ Τρωάδος. ζ' Ἀλ. τὴν ἐν Βαϐυλῶνι. η' Ἀλ. τὴν εἰς Περσίαν. θ' Ἀλ. τὴν ἐπὶ Βουκεφάλῳ ἵππῳ. ι' Ἀλ. τὴν ἐπὶ τῷ Πώρῳ. ια' Ἀλ. τὴν ἐπὶ Τίγριδος ποταμοῦ. ιβ' Ἀλ. τὴν ἐπὶ Μεσεγγίστα (sic). Codex A ita habet : Ἐϐίωσε μὲν οὖν Ἀλέξανδρος ἔτη λ [β'] (*triginta et tres* Val.), ἀπὸ ιε (XVIII Val.) ἐτῶν ἀρξάμενος πολεμεῖν ἐπολέμησεν ἔτη ιζ'. Μέχρις κ' γεγένηται **, τὰ δὲ ἄλλα [ιβ'] ἐν εἰρήνῃ καὶ ἀμεριμνίᾳ καὶ εὐφροσύνῃ ἔζησεν. Ὑπέταξεν ἔθνη βαρϐάρων κβ', Ἑλλήνων ι'. Ἔκτισε πόλεις ιγ', αἵτινες μέχρι τοῦ νῦν κατοικοῦνται καὶ εἰρηνεύονται, Ἀλεξάνδρειαν τὴν ἐπὶ Βουκεφάλῳ ἵππῳ, Ἀλ. τὴν πρὸς Πέρσας, Ἀλ. τὴν ἐπὶ Πώρῳ, Ἀλ. τὴν ἐν Σκυθίᾳ, Ἀλ. τὴν ἐπὶ τοῦ Τίγριδος ποταμοῦ, Ἀλ. τὴν ἐπὶ Βαϐυλῶνος, Ἀλ. τὴν πρὸς Τρωΐδα, Ἀλ. τὴν ἐπὶ Σούσοις, Ἀλ. τὴν πρὸς Αἴγυπτον. Igitur quinque nomina urbium exciderunt. Cf. Malala p. 175 ed. Bonn. : Ἔζησε.. ἔτη λϛ', ἐϐασίλευσε τὰ πάντα ἔτη ιζ', ὁ δὲ πόλεμος αὐτοῦ ἐκράτησεν ἔτη θ', ὑπέταξε δὲ βαρϐάρων ἔθνη κβ', Ἑλλήνων φυλὰς ιγ', καὶ ἔκτισε πόλεις αὐτὸς καὶ ο' μετ' αὐτοῦ πολλάς. || 2. Cod. A : ἐγεννήθη μὲν οὖν Τυϐίου τῇ νεομηνίᾳ, ἀνατολῆς οὔσης· ἐτελεύτησε δὲ Φαρμοῦθι τετράδι, δυσίας ** Postrema desiderantur. Finis codicis. || 3. νεομαχίαν C B.

XXXV. Vixit autem annos triginta et tres. Sed imperium iniit annum agens octavum decimum. Omnes autem difficultates ejus usque ad annos viginti et quinque fuere : reliqua in pace transegit. Gentes barbaras ditioni suæ subjecit numero XX et II, Græcas vero sedecim. Sed civitates condidit XII, omnes nomine suo scilicet nuncupatas, quæ sunt hæ : Alexandria quæ condita est nomine Bucephali equi, Alexandria montuosa, Alexandria apud Porum, Alexandria in Scythia, Alexandria Babylonis, Alexandria apud Massagetas, Alexandria apud Ægyptum, Alexandria apud Origala, Alexandria apud Granicum, Alexandria apud Tigridem fluvium, Alexandria apud Troadam, Alexandria apud Sanctum, (scm. *cod. R.*) * *, cui quinque primorum, ut dictum est, elementorum idcirco sunt data nomina, ut in hisce elementorum nominibus legeretur : ALEXANDER IMPERATOR GENUS IOVIS CONDIDIT. Obitus autem ejus diem etiam nunc Alexandriæ sacratissimum habent.

Ἄκανθα· δυσώδης γὰρ ἡ κεντροφόρος,
Ἐβλάστησε, τέθηλεν αὐτῆς τὸ κλέος.
Ἓν ἦμαρ ἠφάνισε ταῦτα πολλάκις,
Κενούς τε κατέλειψεν αὐτῶν δεσπότας.
Ἓν τυγχάνει μόνιμον, ἄφθιτον κλέος
Ἡ ἀρετὴ, ἧς καὶ χρόνος πανδαμάτωρ
Γνώμην ἀγαθὴν δαμάσαι οὐκ ἰσχύει.
Θέλεις τοιγαροῦν παρ' ἐμοῦ μαθεῖν, ξένε,
Πρὸς τί ταῦτα ἔλεξα πρός σε'; νῦν μάθε.
Βασιλεὺς Ἀλέξανδρος ὁ κοσμοκράτωρ,
Ὀλυμπίας ὁ βλαστὸς, εὐανθὲς ῥόδον,
Ἐκ βασιλικῶν αἱμάτων βεβαμμένον,
Ἥρως βριαρὸς, γεννάδας, θυμολέων,
Οὗ μὴν σπάθην ἔφριξαν ἰταμῶν φῦλα,
Οὗ τὸ δόρ' ἐτρόμαξε περσῶν ἡ φάλαγξ,
Ὃς βαρβάροις ἅπασι πρηστὴρ ἐπῆλθεν,
Τετραμερῆ κλίματα, τὴν γῆν, οἰκοῦσιν·
Οὗτος φαεινὸς ὀφθεὶς τοῖς Μακεδόσι,
Βαβαί! πρὸ ὥρας ἐξέλιπεν, ἐκρύβη,
Ὡς ὑπὸ τὸν μόδιον ἔκλαμπρος λύχνος.

ΤΕΛΟΣ.

Ἀνεκαινίσθη τὸ παρὸν βιβλίον, Ἀλέξανδρος, ἐν ἔτει,: (an. 7075 aer. Constant., ii. e. 1567 a. C.) ἰνδικτιῶν διὰ χειρὸς ἐμοῦ τοῦ ταπεινοῦ Εὐσταθίου ἱεροδιακόνου.

Θεοῦ τὸ δῶρον καὶ διακόνου πόνος
Γαβριὴλ, τοῦ γράψαντος ἐν πολλῷ πόθῳ.
Καὶ οἱ ἀναγινώσκοντες εὔχεσθέ μοι.
Ἀμήν.]

ITINERARIUM
ALEXANDRI.

ITINERARIUM ALEXANDRI.

ARGUMENTUM.

I. Propositio operis. II. Auctor quos historiæ duces sequatur. III. De Itinerarii appellatione. IV. Constantinorum exempla. V. Hortatio in Persas. VI. Auctoris comparatio cum Varrone. VII. Auctoris modestia. VIII. Constantii comparatio cum Alexandro. XII. PROSAPIA ALEXANDRI. Alexandri genus et ad principatum evectio. XIII. Apparatus bellicus. Figura et virtus bellica Alexandri. XVI. Expeditio in barbaros Europæos. XVII. Orphicæ statuæ sudor. Copiæ Alexandri. XVIII. Expeditio in Asiam. XIX. Concurritur cum Persis ad Granicum. XXI. Granicum superant Macedones. XXII. Periculum Alexandri. XXIII. Victoria Macedonum. XXIV. Asiæ minoris civitates et provinciæ domitæ. XXV. Insidias vitat Alexander. XXVI. Idem Asiam minorem victor percurrit. XXVII. Arsamis satrapæ fuga. XXVIII. Alexander natat in Cydno. XXIX. Idem Tarsi ægrotat. XXX. Amicitiæ fidentissimæ specimen. XXXI. Alexander Dario occurrit. XXXII. Concurritur ad Issum. Hortamenta militaria. XXXIII. Copiæ Darii et Alexandri. XXXIV. Alexander ante pugnam somno gravatur. XXXV. Victoria Macedonum. XXXVI. Alexandri humanitas erga milites. XXXVII. Darii familiam captivam invisit Alexander. XXXVIII. Darius ad Euphratem, Alexander in Syriam venit. XXXIX. Darii litteræ ad Alexandrum. XL. Alexandri responsum. XLI. Alexander Damascum et legatos Græcorum capit. XLII. Idem Tyrum obsidet captamque vastat. XLIII. Darii legatio altera ad Alexandrum. XLIV. Alexandri responsum. XLV. Gaza obsidetur. XLVI. Prodigium. XLVII. Gaza capitur. XLVIII. Alexander venit in Ægyptum. XLIX. Alexandria conditur in Ægypto. L. Peregrinatio ad Hammonem. LI. Fani Hammoniaci situs amœnissimus. LII. Fontes apud Hammonem. Sal fossilis. LIII. Oraculum redditum Alexandro. LIV. Alexander it rursus contra Darium. LV. Alexander Tigrim transmittit. LVI. Velitatio cum Persis. Copiæ Persarum quantæ. LVII. Darius copias instruit ad pugnam prope Arbelum. LVIII. Deliberationes Alexandri. Copiæ Macedonum quæ. LIX. Pugna ad Arbelum. LXI. Currus falcati. LXII. Fuga Darii. LXIII. Alexander suis laborantibus suppetiatur. LXIV. Infinita victoria Macedonum. LXV. Alexander Babylonem occupat. LXVI. Susas item et Uxiorum regionem. LXVII. Persepolim diripit. LXVIII. Persequitur Darium. LXIX. Darius a Beso captivatur et interficitur. LXX. Alexander Besum insequitur. LXXI. Mardos subigit. LXXII. Hyrcanos item, Parthos et Arianos. LXXIII. Satibarzanis defectio. LXXIV. Plurimæ gentes domitæ ab Alexandro. LXXV. Alexander Caucasum superat. LXXVI. Vana fuga Besi. LXXVII. Alexander Oxum transmittit. LXXVIII. Besus capitur. LXXIX. Sogdiana provincia occupatur. LXXX. Macedonum antecursores cæduntur. LXXXI. Abiorum Scytharum legatio. LXXXII. Septem urbes rebellant. LXXXIII. Cyropolis expugnatur. LXXXIV. Alexandriæ ad Tanaim ædificatio absolvitur. LXXXV. Expeditio in Scythas trans Tanaim. LXXXVI. Clades Macedonum. LXXXVI. Vindicta Alexandri. Flumina evanescentia. XXXVIII. Besi supplicium. LXXXIX. Alexandri luxus et arrogantia. XC. Convivium. XCI. Cliti mors. XCII. Callisthenis monita. XCIII. Hermolaus puer verberatur ab Alexandro XCIV. Hermolai conjuratio. XCV. Abiorum mores. XCVI. Pharasmenes et Amazones. XCVII. Fontes olei et vini. XCVIII. Spitamenes opprimitur. XCIX. Petra munitissima C. Capitur. CI. Alexandri nuptiæ cum Roxane. CII Chorieni castellum deditum. CIII. Alexander denique totum Persarum imperium sibi acquirit. CIV. Taxilis regis Indi deditio. CV. Plures Alexandri victoriæ in India. CVI. Accæ domiti. CVII. Baziphara et Hora urbes captæ. CVIII. Arx munitissima capitur. CIX. Alexander venit ad flumen Indum. CX. Indiæ descriptio brevis. CXI. Porus vincitur. CXII. Petra Aornis CXIII. Macedonici exercitus querelæ. CXIV. Alexander oceanum explorat. CXV. Alexandri immensa audacia. CXVI. Alexander summum patitur vitæ discrimen. CXVII. Alexander redit Babylonem. CXVIII. Caussam morti suæ præbet. CXIX. Alexandri iter ad Herculis columnas.

I. DEXTRUM admodum sciens et omini (1) tibi et magisterio futurorum, DOMINE CONSTANTI, bonis melior imperator, si orso feliciter jam accinctoque Persicam expeditionem ITINERARIUM principum eodem opere gloriosorum, Alexandri scilicet Magni Trajanique, componerem : libens sane et laboris cum amore succubui : quodque meum velle enimvero id exigit suspensioque (2), quodque regentium prospera in partem subditos vocant.

II. Ac si quid ex eo juverim vel præiverim, vicem sciam in me etiam redundaturam : quoniam quisque mortalium jure naturæ in eo se plus diligit, a quo ipse defenditur. Sed enim quamvis factorum egregiorum inops lingua testis ignobilis, ego tamen audacter id humeris (1) subeo, non meis fretus, verum externi ingenii viribus. Nec de loquacium numero vilibus usus auctoribus, sed quos fidei amicissimos vetus censura pronunciat, quosque istic qua potui tibi circumcisa satis curiositate collegi, adhibito sane verborum cultu restrictius, quoniam voti communis utilitas, non privatæ jactantiæ gloria petebatur.

III. ITINERARIUM denique pro Breviario superscripsi, castigans operis ejus etiam nomine facultatem, scilicet uti centrum (1) virtutibus tuis. Animo (2) quippe sitienti laudis irritamento est, in causa olim pari scire obsecutam rationi fortunam. Præsertim quum illinc tu res martias auspicere, ubi quemque fidentiorem merita imperia sublimarint : triumphorumque tu exim stipendiis imbuere, ubi quisque felicior pro gestis apicem posivere. Scilicet ut dum juventæ conatus paternis maturitatibus admoliris, inclytorum quam maxime principum merita supervadas : quorum protinus tete in omni hac parilitate nec consilii pæniteat, nec pudeat vero fortunæ.

I, 1. *omine* codex. || 2. *quoque id mm vel enim id exigit suspensique* Cod.

II, 1. *innumeris* C.

III, 1. *cent.* addita linea supra lit. *t.* C. || 2. *cum animo* C.

IV. Quamquam scio (1) majora longe felicioraque quæ profecto sint vobis exempla de maximis Constantinis patre et fratre; certe (quæ priora sunt tempora etiamsi meritis secunda tu feceris) ipsos illis, si quis functis (2) est sensus, voto accessuros existimo.

V. Tibi in Persas hereditarium munus est, ut qui Romana tamdiu arma tremuerint, per te tandem ad nostratium nomen recepti, interque provincias vestras civitate romana donati, discant esse beneficio vincentium (1) liberi, qui omnes illic fastibus regiis milites bello, servi pace censentur.

VI. Igitur si Terentius Varro Gneo Pompeio olim per Hispanias militaturo librum illum Ephemeridos sub nomine laboravit, ut in habiles res eidem gressuro scire esset ex facili inclinationem oceani, atque omnes reliquos motus aerios præscientiæ fide peteret, ut declinaret; cur ego (1) tibi rem nostræ salutis adgresso non ut ex bona flamma virtutum hanc facem præferam? quoniam quantum ingenio minor, tantum hoc voto Varrone sum potior : uti vel inde, quamquam corporis liber, animi tamen vobis militem viribus.

VII. Modo indicio sim, quam illi viam fortitudini straverint, quæ tibi nunc pro omnium salute carpenda est. Neque enim ego hic elegantiam sermonis affecto, cui de commodo usus ipsius laboratur : eum sit felicitas major tali in opere versanti, præisse quod prosit, quam conposuisse quod placeat : ut quo segnitior fuerit dicti simplicitas, hoc et fidei plus et luminis habeat enarratio; quippe quoniam in talibus veritas palmam rapuerit eloquentiæ : quæ ubi arte protegitur, scriptor pro actore laudatur.

VIII. Sed mihi hic et materiæ parilitas blanda est et germanitas spei de te scripturo potiora tum Alexandri gloriis, tum Trajani, quibuscum tibi sane commune est fatalem hanc belli lineam tangere : quoniam ætas quoque alterius nunc penes te est, alterius vero consilium, quo vincis ætatem.

IX. Quippe Alexandro illi interim sic æquabere : magnus ille cognomine, tu vero maximi filius : eadem fere natus terræ sub parte, eodem atque ille (1) ducis exercitum numero militum par, sed melior examine : eandem ulturus injuriam es, sed disparis contumeliæ.

X. Ex quo jure sane sit præsumendum, quod æquali omine militans pari potiare fortuna : hactenus socius exemplo, ceterum pro merito felicior. Siquidem (1) deo præsidi acceptiora sunt vota quæ fas et modestia concepit, quam quæ efferis moribus inconsulta arrogantia rapit.

XI. Ille sibi soli vicisse gloriatus factusque in amicos sævior, quo felicior fructu victoriæ, calluit ob id tumultuatos (1); saluti vero Romanæ tu militans, ei mox imperio contendens ætate, cujus te gloriæ inmortalitas comitabitur. Etenim ne tibi tantis ac talibus occupato ultra obloquar, hinc exordium faciam.

PROSAPIA ALEXANDRI.

XII. Alexander, natus Olympiade, generis Æacidarum, patre ambiguus fuit, Jove Hammone tali de sobole et (1) Heraclide Philippo conpetente. Sed ubi Philippo successit, eumque ultus est, Pausania cæso cum tribus filiis, quod hi præsidentem Ægensi theatro Philippum interemissent; fundato protinus imperio Macedoniæ, omnique in jus suum artibus (2) regiis Peloponneso quæsita, consensu cunctorum in Persas ducere exercitum meruit, solis id modo Lacedæmoniis rennuentibus, non merito indigni, verum pudore posthabiti (3) sui nominis (4) : quoniam imperium sola res est, cujus pretium periculis æstimatur.

XIII. Quibus Alexander deditus ætatis anno vicesimo, ut se tanto apparatui idoneum faceret, legit militem voluntarium ac sibi voto conpetentem : non numero uberi, verum viribus alacritatisque usibus animatissimum. Etenim quoniam id esset commodius, sese in exemplo ponebat. Quippe ipse visu arguto naribusque subaquilinis fuit, fronte omni nuda plerumque, quamvis pinguius fimbriata de exercitio ob vehementiam equitandi, cujus id arbitrio dabat, ex quo reclinam comam jacere sibi in contrarium fecerat : idque agebat decorius militi, quam si deflueret.

XIV. Statura juvenis medioeris, membris exsuccior, sed quæ nullas ferventi moras adferret : quod plus usui quam contemptui lenocinaretur. Crebrioribus quippe musculis tuberascens, miris nervorum cœtibus intendebatur. Pernix cursu quo vellet, et vehemens impetu quo minaretur (1); nimius tormento jaculandi, conlineare (2) quem destinasset peritus, fervens irruere quo audendum, constans excipere qui confideret, eminus certus, comminus violentus, eques improvidus turbidusque, pedes interritus pervicaxque.

XV. Multus ad imperia difficultatum, onerosior tamen exempli proprii irritamentis : quoniam bono opere præveniri pudibile ducebat, juventæ munus e corpore alacriter petens. Ipse barbæ acutæ durior et cetera candidus, et quæ sibi sane quisque rectius consulat, aut ipsi certe imperatori vel militi velit. Quippe ego tibi Alexandrum dixerim, tu te video. Nam nec blandiri proposui, et nolo videri auribus gratiosus, ubi oculis judicare de te tuis omnibus licet (1).

XVI. Is igitur magnus usu sibi Peloponnesi vires

IV. *jussio* C. || 2. *functus* C.
V. 1. *viventium* C.
VI. 1. *ergo* C.
IX. 1. *inde* C.
X. 1. *siquidem quoniam* C.

XI. 1. *tumultuatus* C.
XII. 1. *aut de* C. || 2. *arcibus* C. || 3. *posthabitum* C. || 4. *numinis* C.
XIV. 1. *miraretur* C. || 2. *continari* C.
XV. 1. *lucet* C.

viritim oppidatimque multa benivolentia pigneratus est. Thracas quoque animo variantes impigre subegit ab Orbelo monte qui imminet Philippis urbi Philippeæ (1), Hæmo continuus ad Istri ostia : eximque cum, mari dextro perque Euxinum militans, Mæoti transmissa, jam remeans Gothos irruisset, eos quoque superat bello, die eadem regressus ad suos : tum Dacas (2) Mœsosque et Illyrios Dalmatasque omnes justis prœliis superat componitque, et Thebas Bœotias diruit tumultuatas.

XVII. Itaque iter in Asiam auspicanti nuntiatur Orpheos musici statuam plurimum sudavisse : idque laboris fore ingentis indicium (1) litteratis laudes ejus cantantibus dictum. Quo magis ortu veris Hellespontum proficiscitur, mandata imperii Macedonici tum Peloponnesi Antipatro procuratione sub sui nomine : nec plus suorum quam peditum X equitumque comitatus V milibus proficiscitur.

XVIII. Agmen vero ceterum et auxilia circa gentium classi vehebantur belli usibus divite, quæ Amphipoli in Strymone in ancoris (1) erat. Eo usque a matre deductus acuitur ad gloriam. Ita nobilitas et in feminis periculis est amica. Igitur ipse per Abderam Maroniamque tum Hebrum et Melanam amnes, classis vero circuitu omni XX die Seston uterque adpulere, Abydumque transmittunt, et diis heroibus, qui apud Ilium, litant, ubi hasta humi fixa omen sibi facit Asiæ bello quærendæ quam Persa miles ea tempestate possidebat.

XIX. Exim præmittit Parmenionem et Attalum duces, qui satrapas VII omnem Asiam prætendentes irritamentis a sese diducerent spargerentque : quoniam primo conflictu de summa belli decernere, priusquam suos in hoc erudisset, Alexander declinabat. Sed enim satrapæ notam ignaviæ declinantes quam in se scirent a rege supplicio punitum iri, ubi de Alexandri adventu comperere, apud flumen Granicum congreges locant castra : quod is Granicus Idæis (1) conriviis repens præcipitio montano descendens ruensque impetu plusquam agmen navale : quo (2) sperato segnius venerat eminus (3) Macedo.

XX. Res vero erat Barbaris ceu secura, Græcis ardua, amnem tantæ latitudinis et torrentis profundi, abruptis utrimque ripis, adversum aciem evadere, quæ multiplici numero gregatim sparsis obsisteret. Nihilominus ubi suos quoque Alexander velut ex pari obviaturos sub luce conposuit, paulisper moratus, itidem ut digesta acies erat æquali fronte, vadum evincere incitat.

XXI. Ita res belli audaciane an vero fortuna plus sua *peragatur*, haud pronunties exemplo præsentium. Ubi ordo quippe tot alvei milibus obtentus armatis, incerta sub soli validitate (1), divina (2) fortuna vix tamen profundo sese vultu liberi (3) dexterisque emersissent mutuo adminiculabundi : mox eis erat scutum levare, tela imminentium fundere (4), prærupta littoris complanare, trudere infestantes. Tum quisque evaserat prior, vim cavere, sequentes educere, ordines struere laborabat.

XXII. Satis tamen constat, hic quoque laudis palmam penes regem fuisse. Dirigens quippe Alexander ante omnis cornu dextrum scandensque littus obviam, cum in sese duces hostium excivisset, ferventius bello usus, dampno militiæ periclitabatur. Namque ubi ei hasta præfracta est, dum circumspectat suos dumque sibi porrigi aliam petit, irruenti Mithridati, qui gener Dario regi erat, telum quod accepit intorsit. Quo protinus strato, etiam tunc et in hæc intento a tergo supervolat Spyridates, libraveratque jam acinacem post galeam cæsam brachium bellantis Alexandri petiturus; ni viso Clitus id faceret quod minabatur.

XXIII. Eis cæsis, aditus bellantibus datus et virtutis exemplum reliquis insequentibus. Nec (1) denique fuit mora transitui, prœlio (2) ita non multo post debellato, internicione hostibus cæsis (nisi pauci qui studio fugæ arma propere abjecerant) captisque (3) aliis, quorum plerique Athenienses Persis precio militabant : quos quidem ferro vinctos Macedoniæ rura *colere* jubet. Utrimque cæsos humat (4). Prædæ pleraque jactans gloriæ matri transmittit.

XXIV. Igitur hac belli fortuna in confidentiam consequentium (1) eruditus, Lydiæ Sardis et reliquas recepit Asiæ civitates aditu indemni, Persis navale bellum frustra temptantibus, quoniam terrestribus undique sumptibus aut præsidiis arcebantur. Fuit tamen Alexandro etiam Halicarnassi anceps bellum, quam, obsidione vix cœpit et diruit : propiciatus hinc [post] reginæ, cui mox reddidit regnum ejus urbis, ab eaque se filium dici dignantissime pactus est (2).

XXV. Exim Lyciam ac Phrygiam suas facit : cumque ageret Phaselide, audit Aeropi filium novare adversum se res velle, hortatu Darii, Asinæ internuntio, ut si is magnum Alexandrum oppressisset, regno ejus uteretur, additis sibi auri talentis mille et amicitia Persarum : quod is Alexander Aeropi, interfectoribus Philippi conscius, heredis ejus clementiam callidam suspectaret : et est creditu facile quod conscientia opinatur ad sui meritum. Ea ergo

XVI. 1. *urbe Philippea* C. || 2. *Dahas* C.

XVII. 1. *inditis* aut *inclitis* C.

XVIII. 1. *in Strimone incoris* C; *Strymonis in litore* correxit Majus. *Strymone ancoris* Letronnius.

XIX. 1. *Granicusa dœis* C. || 2. *in quo* C. || 3. num *exercitus?* Majus.

XXI. 1. *validi* C. || 2. *divinæ* C. || 3 *vultu liberi idexterisque* cod.; *vultu modo liberi* dedit Majus, quo nil sanatur; *vultu* fortasse erat *vortice*, aut latet *suffultu corporum* vel tale quid. || 4. *retundere?* Maj.

XXIII. 1. *hæc* C. || 2. *quæ prœlio* C. || 3. *captisve* C. || 4. *utrique cæsos humant* C.

XXIV. 1. *inconsequentium* C. || 2. Verba *Fuit tamen Alexandro... pactus est* scriba cod. Reg. 4880 in margine ad Julii Valerii lib. I. c. 42. (p. 48 ed. nostr., ubi vid. not.) notavit. Pro *hinc post reginæ* ibi est *hinc reginæ, pus* (*pius?*). *Adæ* nomen desideramus.

reprobata, ex consilio hominem amolitur, Pergenque Pamphyliæ protinus transit.

XXVI. Hinc Aspendiis condicione imperata, cum Side tenderet, neque Aspendios obsequentes jussis audisset, regressus eos captivavit transitorie. Tum itinere mutato Pisidiam (1) una cum exercitu repedans, reniti ausam invitamque obsequiis Sagalassum expugnat urbem monte munitam : perque Sagarim Phrygiæ amnem Euxinum venit. Eoque de Macedonia sibi eques pedesque miles adhærescit viribus quam numero magis : quo auctus protinus per Bithyniam et Galatiam tum Cappadociam, superato Tauro Tarsum Ciliciæ venit *multo* labore (2), urbem sibi pæne fatalem ex hac periculi facultate.

XXVII. Arsames satrapa magna cum manu bello in se etiam tunc paratus ferebatur, adhuc (1) Ciliciæ potens. Eo usque (2) Alexander, ut ei mos erat, armis gravis peditem suum pedes ipse in acie comitabatur. Sed enim aufugerant qui armabantur *ab* Arsame.

XXVIII. Ipse ubi Tarson invehitur, sudore et pulvere miles decens, labore et honore regali, Cydnum amnem videt urbis ejus media pervadere, cœtu civium coronatum, mundum facie, acutum frigore, nimium agmine, festinummeatus, ripis virentem (1) : delectatusque tali elemento seu fluento, victus æstu ac desiderans frigoris, an ut fortitudinem sui intuentium civium theatro lactaret, saltu pontem fluminis scandit, una clypeo loricaque et (2) telo cum casside, inque amnem sese translatus alacri saltu præcipitat, ejusque omnem, retentans arma, latitudinem natat. Ita interpretatus (3) est regiæ fortitudinis formam ex se militi dare qui sese jactaverint.

XXIX. Sed minores animo corporis ei vires fuere sustinendæ injuriæ. Calens quippe omnis ac vaporatus, hausto fluminis frigore penetrabilius utique quo rarior (1), tantos febrium sibi contractu nervorum vapores excivit (2), ipsis vitalibus vi frigoris ebriatis, ut spe bona medici laberentur, ni amore in eum diligentiores fuissent.

XXX. Tum quidem fertur illud specimen extitisse Alexandri virtutum ad amicitiam memorabile. Philippus medicus alvo ejus incitandæ potum parabat. Id Parmenion æmulus Philippo venenum noxium dicens, litteris regem uti letali prohibebat. Quas ubi Alexander hausturus excucurrit, chartam medico legendam dans, ilico ipse poculum stringit, unaque vitium morbi et calumniæ diluit : docuitque, amicitias probatas secundam non recipere deliberationem.

XXXI. Post id magnæ curæ Alexandro fuit Ciliciam quoque omni hostium interpellatu purgare. Jamque Mallon urbem adpulerat Ciliciæ non ignobilem, cum Darius ei adnuntiatur omni cum belli apparatu abesse bidui viam (1). Quæ res Macedonas itinere præversos tantum in belli ardorem spe præsumptæ victoriæ levat, ut ipso biduo gravarentur mora et tædio.

XXXII. Issum denique uterque concurrunt, aciemque angustis loci faucibus struunt. Atque hic sane operæ pretium foret, si modo suscepta opera pateretur, referre in milites utrimque regalia incitamenta : ut hinc Græcis ultionis necessitas dicta sit et sui dignitas et præjudicia fortunæ ; at contra Persis adrogantia ventilata : cum summa utrubi fuerit, vitam illic relinquendam unde non victoria sequeretur.

XXXIII. Quamvis Alexander Hammonis numine, ut paterna sui procuratione, in spem uteretur militis creduli : quoniam res (1) securis dei altero tanto justius antistat, et eruditio fit audaciæ confidentia præjudicii, accedente (2) ad commodum sui quod hosti illic de loci lege ad emolumentum peribat, cujus DC milia bellatorum in parte vigesima numerabantur : verum conditio situs vires æquaverat, in faucibus loci æquis frontibus concurrentibus.

XXXIV. Hic ego (1) facinus auditu dignum non prætermittam in loco ponere. Quippe Alexandrum ferunt, ubi pernox aciem suam voto conposuit stipavitque securior laterum; adeo post id pingui somno soporatum, ut adulto jam die hosteque propinquante vix ducibus excitaretur. Quæsitumque ab eo et quid causæ esset, quod sub illo discriminis tempore curæ plenus adeo solito diutius ac profundius cubitavisset ? eumque dixisse lætiorem : Sane non frustra, quod insperata sit copia sibi hostium data, securum factum acie disposita pro sententia.

XXXV. Postque id ipsum dextrum cornu duxisse in confertissimos Persas : et Thessalos equites mox insecutos ac minaces maxime hostium globos ilico discidisse, acrique impetu agmen ad amnem Pinarum trusum in terga vertisse : plus multitudine sui hostibus quam metu fugave turbantibus. Ipse denique mox Darius curru relicto et in curru insignibus regiis, ægre illi fortunæ eximitur. Affectibus (2) quoque in tentoriis regiis hosti relictis : dolori dedecorique *quæ* spolia tam fœda quam bello non necessaria : matre et conjuge comitantibus filiabusque duabus et filio. Opum tamen ejus minus opinione illic inventum, quoniam pleraque festinans Damasci commendaverat. Alexander tandem (3) victor ad Darii epulam et tentorium subit : isque finis bello fuit.

XXXVI. Insequenti Alexander die, etsi gravi femoris saucius vulnere, obiit tamen cunctos, et quisque desideratus uti sepeliretur et Persa ex pari jubet : quisque vulneratus ut curaretur, donatis his regie, quorum in bello ipse commilitio fortitudinis testis erat aut socius difficultatis.

XXVI. 1. *Pisidia* C. || 2. *laborem* C.
XXVII. 1. *ad hæc* C. || 2. *eosque* C.
XXVIII. 1. *ipsis virenie* || 2 *vel* C. || 3. *interastes* C.
XXIX. 1. *ratior* C. || 2. *exivit* C.
XXXI. 1. *via* C.
XXXIII. 1. *re* C. || 2. *accente* C.
XXXIV. 1. *ergo* C.
XXXV. 1. *ægregiæ* C. || 2. *effectibus* C. || 3. *tamen* C.

XXXVII. Audito tamen captarum Darii mulierum (1) ululatu, quibus visa arma Darii vel currus opinionem cæsi regis adferebant, exisse ad eas (2) fertur et honorifice vidisse, regieque observari jussisse. Ubi additur, Hephæstiona una cum vidissent indiscretius cultum (3), de auctu corporis melius opinatas, ipsum pro Alexandro salutasse. Sed enim errorem hunc matre Darii erubescente, dixisse regem, nihil eam erroris ejus pænitere debere : in utroque enim se Alexandrum salutatum.

XXXVIII. Darius tamen collectis ex fuga ferme ad IIII milibus equitum, Euphratem petit insequentibus interponendum. At enim Alexander præcoque properans, Cœle conposita ejusque urbibus confirmatis, Pœnicis quoque Syriæ res invisit, et Stratona Gerostrati filium qui Persis navalibus præerat, supplicem recipit libenti cum venia suum factum. Ab eo aurea corona coronatus Aradum (1) multasque sibi alias adhibet civitates.

XXXIX. Ibi Darii sumit supplices litteras se culpa purgantis, neque belli causas ab se ortas, verum lacessitum obviasse. Quæ utcumque res fuerit sese nunc quæsere matrem sibi affectionesque restituat, quarum pretium facere auri talenta X milia.

XL. Verum Alexander refert : Si præcedentium memor sit, belli fortunam Persarum merito inclinasse : frustraque nunc offerri sibi ceu si sint dubia quæ jure Martis jam sua sint una ipso qui largiatur. Darius vero si velit reabse fortunæ parere victorisque nosse clementiam, quid quæso interest ut manu ita et moribus sponte se (1) dedat? Neque pæniteat sui ni bellum mavelit.

XLI. Hisce responsis, Damascum capit obnisu levi opum conditorium Persicarum. Tum legatos intercipit Thebanorum et Spartanorum (1) Dario blandientes, sibi iniquos. Neque in eos inmitius consulit gentium jure, sed dans modestiam tempori.

XLII. Tyrum tandem (1) veniens, sacrificare Herculi voluit, quod secus incolæ æstimantes, internuntiis cæsis, causas belli sibi et excidii peperere. Arceri quippe rex aditu dolens, urbem obsidere instituit. Ea Tyros insula etiam tunc erat haud procul continente, adeo ut facile sibi Alexander vindicaret, quod adgestu jacto eam urbem terræ continuet. Inque id protinus e Sidone naves acciuntur, unaque his Gerostratus rex Aradi venit, relicto satrapa Autophradate et Medica amicitia : Pœnices quoque et Rhodii Soliique vecti classibus suis et una Mallonii Cypriique utiles bello navali Lyciique (2) adfuere, adgregatis etiam ex Macedonia navibus ac militibus. Justo jam denique apparatu opus cœpit : triduo facile laboratur. Hinc (3) machinamentis admotis disjectisque muris et internicione incolis cæsis, obtimates tamen pauci in Herculis templo reperti honore numinis sospitantur.

XLIII. Hæc dum Tyri geruntur, Darii legatio revenit ceu si auctione regni pausam malis præsentibus petens pretii delinimento lucrique additamentis livens gloriæ conpetitioni, quo pars major mortalium vincitur : nam virtus in paucis est. Quippe ad decem milia talentum auri pro matre et filiis uxoreque sponsa jam pridem addebat quidquid utrique regno possidendum limes Euphratis dispesceret (1) ac muniret a se datum iri cum filiarum una quam sibi victor nuptiis delegisset ad fidei religionem.

XLIV. Hæc adeo ampla videbantur, ut Parmeniona sit relatum, se sane dixisse si ipsus (1) Alexander foret, oblata petiturum : responsumque a rege, se quoque si Parmenion foret oblaturum. Renuntiari denique Dario jubet inscientiam sui (2) ridere, quæ omnis est sua, partem malle (3) quam universitatem. Nam de ejus filia, ni temperare sit pulchrius, copiam non morari : sibique ipse si consulat, sensurum (4) coram nosse victoriæ modum quisque noverit vincere. Hic Darius pace desponsa parando rursus bello incubuit cunctis suis viribus.

XLV. At vero Alexander Palæstina sibi integrata, ire Ægyptum destinat. Sed enim Gazan Batis Eunuchus advorsum transiturum armaverat, quod ea urbs suggestu ardua, harenis circa perpinguibus, ut humectis satis subsidiis, vallaretur : valida muris, difficilis accessu, ambitu maxima. Quare quoniam ad gloriam arduis res amicior quo (1) difficilior spes, hoc ardescere rex inpensius, rimarique laudem de moliminis difficultate.

XLVI. Igitur et accessus adgestu solidatur, et bellum jam sacrificio commendabat; cum ales quæpiam aræ lapidem supermittit. Quæ vates et quisquis hæc conjectare in artibus habent, et excidium urbi portendere et ruinam, et regi periculum præmonent, ni caveret. Neque res ultra differtur : eruptio quippe irruens indigestum etiam tunc militem turbat.

XLVII. Quem ubi Alexander viritim accitum obvium confirmatumque ratione quantocius ipse prævius ducit, nil prædictorum (1) memor aut magis imperii quam sui; catapulta humerum vulneratur graviter quidem : sed enim animo vim corporis sarciens, capiendæ urbis spem vaticinii fide de suo periculo ratam sentit : et posthabito vulnere ut perdurat, admotisque obsidialibus machinamentis cum cuniculis insertis, idque assidue ac profundius, quarta demum die irruit Gazam ac diripit, colique in posterum sinit, usus ejus studio et opportunitatis, ut qui hæc talia sibi vinceret.

XLVIII. Hinc septima die Pelusium et opima

XXXVII. 1. *multorum* C. || 2 *eos* C. || 3. *cultu* C.
XXXVIII. 1. *Arabium* C.
XL. 1. *sponte sedebat* C.
XLI. 1. *et partem unam* C.
XLII. 1. *tamen* C. || 2. *navalidii* C. || 3. *hic* C.

XLIII. 1. *Euphratre displiceret* C.
XLIV. 1. *ipsius* C. || 2. *inscientie visui* C. || 3. *male* C. || 4 *consulam sensulum* C.
XLV. 1. *quare quodam ad gloriam arduis res amica quod* C.
XLVII. 1. *prædictum* C.

Ægypti venit, jam classe præmissa, nihil sibi Mazace satrape ejus loci audente subsistere. Quare inde naves Memphim per Nilum suburgueri jubet, ipse per Heliopolim pedes eodem occursurus : ibique diis Ægypti sacra facit et sacros agonas exsequitur. Exim (1) Memphi defluente exercitu Canopum descendit. Quam circa, loci facie delectatus, condendæ urbis desiderio occupatur : Divum ævo re (2) proxima mortalibus insciens in opere pulchro perpetuari nomen auctoris.

XLIX. Igitur ubi solum describi conveniret, ejus scientiæ artificibus, quos architectonas vocant, limitandæ humo ferunt pulverem defuisse : eoque milites jussos, quisque secum alphita esui potuive gestitaret, ea cuncti conferrent : eximque illos solo pingendo paruisse. Sed enim mox in cetera providentia rege distento, adlapsas alites depastasque edulium aspergine liniamenti. Quod portenti conjectatores cum secus ducerent, Alexandrum sermo est pronunciavisse, eam urbem multis circa palantibus vicinisve gentibus altricem futuram. Hæc molienti omnis quisque faverant Persis, relictis satrapis, Alexandro accessere : coramque pro merito aut voluntate laudantur.

L. Ipse Hammonis sacrum longe in desertis situm, ut illa sibi opinio patris staret, itinere incerto et inlimitatis locis magno dierum plurium labore contendit, quoniam harenis æqualibus diu non dinoscibile est. Denique duos corvos draconesve prævios ivisse aiunt inimici fabularum donicum locum sacri appulit ire, sane secretum deo et ad mira quæque credendum.

LI. Quippe per immensum illud pelagus harenarum loci facies offertur consita, arborum virens, nemoribus umbrosa, inhospita solibus, fontis affluens, tam deo quam copiis dives. Hic pratis mollis, hic floribus picta, glauca hic oleis, hic ebria Libero, hic palmis arboribus grandifera et cæsariata, interscatentibus nymphis et interloquentibus rivulis.

LII. Nec tamen illi ex ingenio nostratium fontium sunt. Quippe præcalidi noctis e medio sensim meridie frigent ad nivem gelidi : eximque tepentes in noctis medium convalescunt. Salem (1) quoque offendunt nitore quo purior crystallus, et sapore gravissimo ceu si arte condiatur, forma terete qua ovum est, paulo majus quam ovum ex ansere, longius, crassitudine tote pervium lumine. Denique exim mola sacrificanti pro thure est odoribus efficacior.

LIII. Hinc patris dei oraculis confirmatus Memphim redit, quo sibi legationes Græcæ convenerant. Et eæ referunt cupita nihilo minus voto lætiores. Athenienses quoque captos Granici suos impetrant.

LIV. Enimvero ipse cognominis sibi urbis jam condita adolescente, surgentibus mœnibus, tum belli rebus civibus formatis, Tyrum redit, classe præmissa : imminentemque (1) *Euphrati* receptus in urbem, mox duobus pontibus amnem eum transit, quamvis Mazæus (2) missus Darii interturbaret. Eximque læva habito Euphrate montibusque Armeniæ, pro utensilium commodo itinere quæsito, Babyloniam tendebat.

LV. Ibi speculatore forte intercepto Alexander, quem in hos usus sibi Darius armaverat, noscit eum jam Tigreta (1) amnem appulisse, obstiturum scilicet transmissuris ibi longe auctiore exercitu animo numeroque. Verum cum is consilio mutato pedem de amne retulisset a tergo hosti venturus, Alexander protinus eum alveum transit præruptis difficile superabilem.

LVI. Ibi suorum viribus fotis (1) et ad futura prædoctis, agmen jam acie composita ducebat. Quarta denique die eminus e celsioribus speculis equitibus palabundis, ut sese videre, concursu protinus habito pars aut cæduntur aut fugantur. Sed enim (2) agminis pondus Dario ipso duce omnisque belli apparatus haud procul indidem habebatur, una omnibus gentibus barbaris, quæ nominis alienæ nostratium, sibi mutuo peramicæ sunt; erantque eis numerus in XL equitum milibus munitissimus, pedites (3) vero his tricies tantum; falcati currus ducenti et elephanti turriti, quæ (4) illis est pompa jactantiæ.

LVII. Hisque cum copiis castra conlocant juxta (1) Bumelum (2) amnem Arbelo urbe non procul, vel quod alii mavolunt in Gausamelis (3), id loci nomen est. Illic fertur orso Dario (4) suos in bellum adhortari visum eunuchum, qui una affectibus captus refugerat, commodum dixisse quo castitatis honore utque regie sui haberentur : *tunc illum* petiisse (5) divinitus pro concione, *si* sibi jam fato non liceat, Persis Alexandrum imperare. Tum locum deligit (6) tendendo *ubi* hostis visabundus erat. Id æquor inoffensius equitabile, et Issico bello (7) conditio diversa : ut (8) quod illic animi virtute provisum est, magna hic corporis rursus fortitudine peteret.

LVIII. Igitur omni quatriduo viribus suorum refectus, exploratoque belli loco, ne qua Persarum insidiæ, sarcinis Alexander relegatis, oratione incitat suos : itaque provehit aciem silentio imperato, ut repens fragor fieret terribilior. At enim ea omni die uterque trepidi et circumspectantes, itidem ut constiterant, in acie quievere; utendumque noctis adjutu Parmenioni consilium erat : quod Alexander dissicit specie victoriæ indecentis, reabse quia noctis fortuna confidere, ubi nihil cautioni licet, et imprudentiæ est et inscientiæ, quoniam consilia bellica longe tutius oculi metantur. Quamvis ipsi haud amplius

XLVIII. 1. *ac sim* C. || 2. *rem* C.

LII. 1. *sal* postularent seqq.

LIV. 1. Pro *imminentemque* Majus dedit *Thapsacumque;* ego addidi fluvii mentionem; etsi Thapsaci quoque nomen excidisse videtur. *eminentemque* (sc. Tygrum) receptus *amnem Euphratem transit.* Letronnius. || 2. *Mazucus* C.

LV. 1. i. e. Τίγρητα, *Tigrim;* codex *Pigreta.*

LVI. 1. *fortis* C. || 2. *sedens* C. || 3. pedes. || 4. turrique.

LVII. 1. *junctum* C. || 2. *Bulemum* C. || 3. *Causamelis* C. || 4. *Darius* C. || 5. *nullius absque ejus græcæ reumpetisse* C. || 6. *diligit* C. || 7. *bellico* C. || 8. *aut* C.

equitum VII milia, id vero peditum quod Persis equitum.

LIX. Quare in hunc modum nocte superata, ubi cum die equites Scythas dextrum cornu suum irruere velle et circumplecti Alexander videt, obvius tendit; diuque ancipiti fortuna tandem tamen trusus hostis multo obdurantium dampno in terga convertit. Ultra jam Macedonum pervicacia iverat: at enim Bactris pæne frontis in medio numero claudentibus (1), convertit Alexandrum nuntius suppetiatum suis post fugientibus, qui sibi (2) imminebat. Ac sic Scythæ quoque levati insecutore, ubi a tergo vacant, integrant vires reversi, Bactrisque congregantur, spe audaciam nutrientes.

LX. Fitque pugna acerrima jactatuum crebritate. Quippe Pannoniis (1) alacritas est amica more gentis suæ, vel obtinendum * expeditius prœliantibus, quod præter scuti usum loricæ, ut oneris, neglegunt: contra hosti, quamvis gravis, impenetrabilis tamen ac satis firma corpus omne munitio clauderet et tueretur. Verum sic quoque inter eos * (2) Pannoniis, nunc impete retrudentibus aut concitantibus (3) diuque æstu martio fatigantibus, inmitti currus jubentur.

LXI. Eaque res et fraudi Persis *fuit* et spiramento (1) quippe curulium falcium, discedentibus his qui imminebant Scythis (2), *Macedones* prædocti, pone ubi (3) inruere cursus intuentur, sensim in latera demissi (4) aditum quidem transituris dabant, utrimque tamen equos bigas aurigantesque facile confixerant; idque adhuc Persis equestre tantum prœlium videbatur ac velitatio levis armatorum.

LXII. Quare Darius movet phalanga in Alexandri dextrum cornu quod ejus præsentia præponderabat, sensim tendens suos ut pauciores circumveniret. Sed ferventius obvians, re provisa, plerosque Alexander dissicit, nec obsequi consilio sinit, adeo torrenti turbine et alacritate, uti Darius ipse, exemplo hostis et pudore ignitior (1), etiam tunc agminis sui in medio naviter bellans, ubi incondite suos turbare videt, studio salutis neglegens existimationis in fugam verteret, idque curru, quod nobilius decebat. Neque difficile ceteri pedibus in sententiam secuti (2) regis exemplum, paria consultant, dum Cadusii (3), pars multitudinis Persicæ, rupta Macedonum acie in sarcinis prædarentur: qui tamen mox suorum comperta fortuna, qua via tutior, fugientibus competunt deminutionem (4).

LXIII. Sed hæc in Alexandri sane dextris agebantur. Lævum vero, quod Darii cornu dextro obviabat, ægre satis cura Parmenionis tuebatur: repensarentque Persæ dampna prædicta, ni Darium Alexander insequens per internuntium nosceret Parmenionis res vergere dampno haud levi: eoque comperto et ancipiti satis bello eminus viso, regressus eidem subpetiaretur (1). Neque enim mora bello fuit a tergo hostium venienti, quin viso tali auxiliatore cuncti protinus laberentur, ut spes fugæ blandior cuique.

LXIV. Quare ipse Alexander Darium insequi statuit: agmen vero transmisso Lyco flumine, quod ultrorsum est, castra vallo munire, ibique quam queant ocius refectioni consulere jubet, secundis intentos. Igitur Parmenion spoliis hostium et opibus coactis opperiri Alexandrum statuit etiam ultra progressum: qui ubi Arbelum venit, quæ prior civitas stadiis belli de loco ferme sexcentis sit, Darium quidem nullum videt, ita volucer prætervolarat: opes tamen ejus et arma tum cidar, apicem regium, curru una et insignibus retrahit universis. Eo bello Macedonum desiderati sunt viri centum, equi mille, quorum pars major insequendo Dario defecerat (1); Persarum (2) vero trecenta haud minus millia, totidem captis, spoliatis universis.

LXV. Darius tamen paucis una Mediam petit, Babylone Susisque vitatis, quod eas urbes inlectu nobiles victorem avide petiturum (1) protinus sibi gloriæ opinaretur, et id conjectare perfacile erat. Denique Alexander contendens cura et facie bellatoris terribilis, in acie agens militem acuminatum (2) Babyloniam accessit minax motu quantum visi eminus queat. Omnes protinus incolæ cultu nil tristi, enim lætitiæ simulamento obviam una muneribus effunduntur (3): eoque genere universi ad meritum recepti, metum obsequio mutavere, gratantes sibi, nec victore secus ad modestiam credito.

LXVI. Illic igitur primum Persarum omni regno disposito suis legibus, et ejus administratoribus datis, Susas quoque majore longe victoris (1) specie proficiscitur. Exim Tigri transmisso Uxios pergit, efferum hominum genus, quorum quique campestres dicto (2) audientes fuere: montium vero incolæ de soli ingenio ferociores obstituros sese obnuntiabant, ni more Darii mercedem sibi transitus dependisset. Enimvero tunc Uxiis (3) supervenit improvisus, stratisque obviis celsiora montium scandit. Mutata denique adrogantiæ vice Uxii vectigales sese eidem profitentur.

LXVII. Exim relictis qui gravius armabantur, Pylas petit fauces montium Persicorum, ibique offendit Ariobarzanen in se armatum Darii nomine studioque XL milibus peditum et equitum septingentis obviasse. Ubi tamen sibi ingenium loci, quam

LIX. 1. Manca hæc. Bactri ἐκθλίβουσιν ὀλίγους ὄντας πολλῷ πλείονες Arrian. III, 13. || 2. *quis imminebat* C.

LX. 1. deb. *Pæonibus*. || 2. supple *stragem edentibus* vel tale quid. In cod. lacuna unius vocabuli. || 3. *concinantibus* C.

LXI. 1. num *experimento?* || 2. *Scythæ* C. || 3. *insuere* C. || 4. *deniseti* C.

LXII. 1. *agricior* C. conjeceram *calidior*; at unice vera quam dedimus correctio clarissimi Letronnii || 2. *secutus* C. || 3. *consultans quasivis a* C. || 4. sic C.

LXIII. *suppetitaretur* C.

LXIV. 1. *fecerat* C. || 2. *Persis* C.

LXV. 1. *inlectu nobile sere avideque petiturum* C. || 2. *astuminatus* C. || 3. *offenduntur* C.

LXVI. 1. *longes victum* C. || 2. *dictu* C. || 3. *jussis.*

manus hostium plus obsistit; docent captivi circuitu posse consuli difficultati : quibus auscultans, fid dicti prævisa, emensis nocte stadiis LX supervenit Persis interritis aditu suique securis. Cæsis denique obstinatioribus fugatisve, ultra inoffensus (1) transit Persepolim (2), divitiis invitantibus : Cyri denique atque Xersii illic, ceu si tutius sitis, thesauris potitur (3) et amœnitatibus aulicis : quamvis regia igni abolita, odio (4) Xersii injuriæ, tum regis voluptatibus (5), etsi jam suis, abolendis : scilicet ut vicem damni ac labis meritum, quam ille invexerat Græcis, repensaret.

LXVIII. Hinc Mediam dirigit studio Darii capiendi, qui, si ulterius urgueretur insectantium pervicacia, transire decreverat ad Hyrcaniam. Quippe Darius Bactra populatus, tum omnibus adpetendis corruptis aut amandatis (1), dampno regionis (2) contra insequentes cavebat. Ac si quid sibi regium aut de affectu regio supersederat, id omne jam Pylas Caspias relegarat (3), unaque comitantibus et utilitate devotis ut opinabatur, quos se sequi (4) coegerat, morabatur.

LXIX. Qua re conperta, duodecima demum die Mediam Alexander advolat, quod exim ultra abiturus Darius ferebatur. Sed jam digressum una thesauris insequitur unius diei reliquo intervallo : rescitque a transfuga, pertæsos comites fugæ ejus, ceu si in gratiam potioris, Darium habere sub vinculis : Besum vero, satellitem regis, ejus insignia recepisse, Igitur voto pennatior et spe voti ignitior (1) et viæ usus asperiore conpendio id elaborare ad pretium moræ abscindendæ : inopinus (2) supervenit Beso, confligentemque dampno non levi dispergit et dissicit per vim clam fuga de medio (3) dilapsum. Ibique reperiunt Darium *interfectum a* suis (4) qui Beso una fugissent. Quare corpus quidem honore regali majorum ejus sepulcris inferri jubet.

LXX. Ipse vero, Hyrcanis quibus (1) visum ad ingenium loci ac temporis reversionisque commodum superpositis, Besum insequitur, sic animo firmatus, ut quadrifariam fugiens vallaretur. Denique ubi campos ingressus est, victori se dedunt Abraxares una Phratapherne satrapa : Besus elabitur. Qua cura deposita seu dilata, suos per loca belli, si quos reliquerat, congregari jubet, refectisque his quatridui mora Xazacerta ire decernit (2) urbem illic nihil optimæ posthabendam, quam præmissi in hoc ab Alexandro moderabantur. Sed concurrunt prius etiam impedimenta agminis universi (3) loco belli relicta accitaque post id. Sic enim regia jussa præscripserant. Ac si qui (4) ab se distracti fortunam belli meritumve victoris elegerunt, vel si qui ad ejus judicium provocarunt (5) venia donati omnes : Græci quoque mille quingenti qui Dario mercede militabant : eosque suos facit.

LXXI. Interim tamen Mardos excurrit, et captos bello redigit in obsequium nihil omnium rennuentes (sed enim Mardis, præter arma viresque, nulla sua res est) opum cura posthabita perdurans, quæ ceteros hominum exercitos habet. Exim revertenti Spartani se offerunt, qui Darii amicitiam petierant : sed custodiri mandantur suspecti simplicis confidentiæ

LXXII. Tum moratus Xazacertæ in Hyrcania dies quindecim, Parthos Arionosque proficiscitur, et Susiam civitatem, quod Besum illic bello studere conperisset, non regni modo, verum nominis (2) etiam Artaxersii (3) veluti ad reverentiam sibi vanitate quæsita : quoniam multi refugæ Bactriani in ejus satellicium confluxissent electi mente jactantiæ.

LXXIII. Inque id destinanti Satibarzanes Ariorum satrapa nuntiatur, interfectis Macedonum urbis ejus ad custodiam quos acceperat, Arios pro Beso armare. Illo igitur prævertens sexcentis biduo stadiis urbem Artacoenta (1) Ariorum regiam venit. Quo viso Satibarzanes una paucis conscius meriti fugit : ceteri puniuntur mali consilii vel obsequii (2) mercede. Quis gestis, Xazacertam (3) Alexandro revertenti offertur unus Darii interfectorum, afficiturque serviliter verberibus ac morte : edoctusque ab eo super consciis in Besum ducit exercitum.

LXXIV. Eo vero itinere gentes subjugat plurimas : tum Dracas, tum Arachotas barbaros vicinos Indis (1), mari Rubro imminentes : Arios quoque qui nuper obsequio defecerant : idque hieme multa iniquum militibus inpeditis. Enim vero in hos ducibus inmissis, ipse Causasum tendit amore vincendæ difficultatis, et illic quoque Alexandriam sibi ad fidem laboris instituit (2).

LXXV. Quam molienti nuntiatur, Besum ultra transgressum Oxum flumen navibus superavisse, quas omnes incenderit, ne persequendi (1) sit libido. Igitur nihil moratus ipse quoque audet in Caucasum longitudine sui Tauro continuum, saxis incondite arduum, neque gradibilem, ut videbatur, intersitumque parvis (2) arboribus. Cetera terebinthum (3) illic aiunt *et* silphium gigni : quo facile adpasci (4) oves floris ejus *esu* et usu frugis et radicium delectatas : eoque et hominibus gaudet carne sola con-

LXVII. 1. *inoffendius* C || 2. *pde* C. || 3. sequitur spatium unius vocabuli. || 4. *abolica odito* C. || 5. *voluntatibus* C.

LXVIII. 1. *emendatis* C. || 2. *regi* C. || 3. *relegerat* C. || 4. *quæ secatene* C.

LXIX. 1. *ignotior* C. || 2. *inopin.* C || 3. *perbis clam fugere medio* C. || 4. *ibique reperiunt in armasuis* C.

LXX. 1. *Hyrcaniæ qs* C. || 2. *discernit* C. || 3. *versi* C. || 4. *ac si quis ad se* C || 5. *vel qui adjuvum judicium putant* C.

LXXII. 1. sic C. || 2. *nomine* C. || 3. Artaxersi C. ||

LXXIII. 1. Ἀρτακόανα Arrian., *Artacacna* Curtius. || 2. *obsequio* C. || 4. *Xazacurtam* (Ζευδράκαρτα Arrian.) h. l. C.

LXXIV. 1. *Tum Dracastrum Aracholas barbaras barbarorum vicinas Indiis* C. || 2. *ad fidem laboris institutæ nominis difficultate* C.

LXXV. 1. *par sequentis* C. « quod fortasse ferri potest. » || 2. *paris* C || 3. *celeraque vilio bonum illic* C. || 4. *ad pari* C.

tentis, martiis prorsus et belli usibus amicissimis.

LXXVI. Quippe hinc Besus non modo gentem (1) optaverat, verum quidquid suppetule insequentibus foret, id omne corrumpens abolensque (2) incendio, geminaverat difficultatem paria temtantibus. Sed enim frustra id quidem. Ita omnibus superatis, quod se suosque Alexander docuerat (3) fama Aorni primum, tum penes Bactra viatica esse (4), ipse quoque Oxum jam superaverat.

LXXVII. Ubi cum facultas transitui nulla esset, probat nihil ita mortalibus arduum, cui non viam perfacile sapientia straverit. Quod enim alias (1) præsenti usui suppetiari adverterat, promere suos pelles jubet, quibus subtendere (2) gignentium frivola aridaque constringi quam maxime in vinculis crebrioribus docet. His quippe pactis, substratu levium densarumque itidem et superjectu trabicularum (3) calcatu tabulandarum conexa utrimquesecus pellium pragmenta usum ratium integraverant sibique pecorique. In hunc modum sarcinis transportatis, non superstantibus tantum fida militibus, sed annantibus quoque animandis, si statio horruisset, opinione facilior transmissio fuit, cum stadiis latitudinis alveus Oxi amnis pateret.

LXXVIII. Nec tamen quisquam ausus obsistere est, quin etiam nuntiatur jam planiora perviantibus (1) Besum ibi (2) vinctum a suis communi pretium culpæ servari pro his, quibuscum fugerat, reum. Quare exim iter solito patientius (3) facit. Ptolomæum vero Lagi præire susceptum Besum ad seque perducere antemittit. Nec mora, vinctus offertur, unaque flamma (4) iræ ejus extincta. Ita increpitum perfidiæ servilis, eoque (5) nomine verberatum, ad pœnæ conperendinationem custodiri in tempora mandat. In ceteros venia liberalis.

LXXIX. Hisque in hunc modum gestis, exim sibi equorum numerum integrat, qui admodum plurimi omni genere difficultatum varie defecerant. Ipse ire Maracunda contendit, quæ Sogdianis est regia. Tanaimque exim qui subortus e Caucaso ingressurusque Hyrcanum mare Asiam Europamque dispertit (1). Ejus pars fertur Tanaidos humo Asia paludibus Mæotis emergere denuo, causasque Euxino dare, ut cursu, quo volvitur, urgeatur.

LXXX. Eo itinere tamen præmissos Macedonum castra metatum, improviso offusi paucis indigenæ, opprimunt obtruncantque, qui in triginta haud minus milibus Alexandro venienti obversari decreverant. Enim mox Alexandro ingruente, ad montium celsiora concrepant. Sed ubi eis primo conflictu fortuna blandita est, Alexandro crus sagitta transjecto, ulterius ausi eo usque cæduntur, ut vix octo de triginta milibus laberentur.

LXXXI. Quibus gestis, Abii Scythæ ab Homero justitiæ laudati legatione se dedunt, moremque gesturos victori profitentur, quantum solis corporibus queant, quoniam quisque pauperior liberior infestatore. Eorum denique moribus delectatus remissis adjungit, studio veri (1) discendi, qui quid (2) colerent, aut viverent, renuntiarent. Ipse progressus ad Tanaim illic quoque urbem sibi instituit haud disparem magnitudine cognominem Alexandriis: idque usui cavens, si quando post in eadem militaretur.

LXXXII. Sed inconciliantibus Besi sociis, jugumque gentium nominantibus, metu pœnæ septem urbes consulto pari græcos custodes interimunt. Quarum quæ Cyri civitas dicta Craterus multa cum militum manu mittitur obsessurus, neu quid ultra liberius queant. Ipse Gazam primo congressu aliasque quattuor biduo capit.

LXXXIII. Tum Cyri adgreditur situ murisque firmissimam, quam XV scilicet armatorum milia tuerentur, nulla victualium (1) indigentia: jamque machinis in id admotis (2), repente amnem, ut prius animo præsumserat, qui eam urbem agmine turbido (3) interfluit, transit Alexander nihilque opinantes obtruncat. Tunc secure urbis ejus potitum se ratus animo deferverat. Neque inpune id, aut modestiæ merito: acriter enim incolæ congregati inter primos qui inruperant Alexandrum quoque saxo caput graviter vulnerant. Sed non eo secius (4) inritatis protinus Græcis capitur civitas vastaturque, nihilo minus rege in opere fervente. Quæ vero septima civitas exempli metu ad modestiam ducta est.

LXXXIV. Verum sic quoque Maracundam contendit, ubi sui obsideri nuntiatur, et prætera Scythæ trans Tanaim obturbabant. Quare suis legat propere suppetias. Ipse vicesima die urbem, quam præcœpit, substruit (2) pœna captivorum usus ad operis festinationem tali in tempore necessarii: datis incolis quos ætas aut vulnera deprecabantur, item (3) militiam nolentibus, aut etiam nequeuntibus et in id idoneis peritia necessariorum.

LXXXV. Verum imminentibus Scythis superbe, is (sæpe (1) conatum cum sacrificia cohiberent, idque creberrime) vincit imperatoria indignatione, vinceret ratio quæ fato obviabat (2). Ac nocte Tanai transmisso tam facile quam audacter hostes primo incursu fugat cæditque palantes. Eos vero intemperantius persequens siti æstivæ succumbit. Neque aqua utibilis reperta. Quidquid de fluviis aut rivis ab æstivo in lacunis erat, eo proni ac lingua lambentes hausto ceu necessario, latente ejus peste corrupti sunt.

LXXVI. 1. *gente* C. || 2. *corrupta amolitasve* C. || 3. *docte* C. || 4. *viaticasset* C.

LXXVII. 1. *aliud* C. || 2. *promere suos pelles, quibus sublendere jubet eis* C. || 3. « *trabilacularum* C.

LXXVIII. 1. Sic Letronnius; *perinantibus* cod. || 2. *ubi* C. || 3. *patientibus* C. || 4. *offerunt una seu flammo.* C. || 5. *proque eoque.* C.

LXXIX. 1. *dispergit.* C

LXXXI. 1. *vero* C. || 2. *quidquid* C.

LXXXIII. 1. *nulli victualibus* C. || 2. *amotis* C. || 3. *turbi* C. || 4. sed *nos eos etius* C.

LXXXIV. 1. *si* C. || 2. *subruit* C. || 3. *idem* C.

LXXXV. 1. *hisæpe* C. || 2. corrupta V. Arrian. IV, 4. 3. *vacuale gestu* C. || 4. *hostilis vitio* C,

Quippe ea qualitas alvo laxandæ efficacissima. Ita omnes viribus vacuati æstu (3) intestino caloris, ut minus nonnulli hoste *quam* vitio (4) prævenirentur. Insecuti nihilominus eorum legati veniam erratis post victoriam retulerunt.

LXXXVI. Ii porro Macedones qui in arce Maracundæ obsidebantur, ante adventum auxilii eruptione facta disjecerant hostes ac fugarant. Longius tamen eos in (1) Sogdianos insecuti, ubi de reditu consulunt amnemque Polytimetum (2) adfuere, sensim prosequentibus Scythis inexploratam adorti (3) alvei partem, limo profundius retentantur (4). Idque ubi hostis gnarus (5) locorum videt, prævenit, adortique (6) rerum imperitos ac male cedentes (7), comminus conficiunt (8) omnes, nisi quis prævenisset pedum aut visuum (9) potens. Neque amplius equitibus semiermibus XL, peditibus (10) CCC fugere.

LXXXVII. Quibus Alexander nuntiatis, Maracunda contendit, auctoremque ejus sceleris Spitamenem (1) fugientem secutus omni cum socio interfecit. Suos sepelit, vastatque regiones quas Polytimetus amnis ambit aut rigat, qui progressus ulterius harenis bibitur et receptatur, facitque invia cuncta, subsidiis colentium (2) nullis : quoniam illic et alii famosi amnes hauriantur, Pardis (3) qui Mardos, Ariusque qui Hunnos (4) interfluit, et Estumandrus veniens per Evergetas. Hi omnes illic sepulti vanescunt.

LXXXVIII. Hieme igitur apud Arimaspos declinata, dat sese legationibus obsequentium aut paciscentium quod (1) usus aut quies vellet : Besumque accitum et rursus increpitum, et verberibus punit et gloria, mutilatis tamen prius et naribus auribusque : idque supplicii genus durius visum quam severitas Græca est.

LXXXIX. Nam et cetera ejus cultus et affluentiæ, more Medorum, suorum plerique jam sedulo aversabantur, cum luxu mores adrogantiaque mutasset : tum mensæ modo, tum vestium pretio, tum apicis vanitate is qui utroque de latere Heraclidas sibi Æacidasque censeret, Arsacidum tamen æmulationi concesserit, victi rem passus (1), quorum moribus obsecundabat : idque ei omnes animi glorias obumbrabat.

XC. Præsertim ubi amicissimum sibi Clitum illum Granici propugnatorem ex causa convivii incitus interfecerit (die sacro quo pro (1) Libero Castoribus fecerat) qui (2) epulo accubabat una blanditoribus regis. Tum supra ipsos fortitudinis deos laudari ab adsentatoribus cœptus, patri quoque se Philippo anteferri delectabatur.

XCI. Enimvero Clitus uti Alexandrum amicum restitueret in viam, neque concederet ei malam morum adrogantiam coalescere, cui modestia et verecundia plus laudis adferret, amico liber, religiosus in Philippum, eum vero se anteferre respondit, qui hos fecerit suos animi viribus corporisque (1) cum quibus vicerit, non eum (2) qui talibus gaudeat. Quæ ubi ultra, nec pudet regem vino calentem; Cliti (3) verbis gladio respondetur. Sed enim mox in id recidit pænitudinis, ut eum vitæ pigeret adeo inpigre intemperantis : ni amici magis id offensæ dei Liberi, quam ejus moribus darent; qui sic posthabitum (4) sollemne suum ultus furore putaretur : aut invidentia laudum earum æmulus (5).

XCII. Quare tum quidem curam corporis recipit, vitium tamen gliscit. Quippe jam adoratum se volens, salutari more mortalium neglegebat. Verum sapiens Callisthenes comes et amicus (1) arcere hominem et deducere palpo temptabat : eo quoque addito, quod quam justum sit infestari eum qui insignia regni quæ sua *non* sunt usurparit (2), tam a diis posse puniri abjurationis qui sibi adeo faveant (3) honore jactantiæ. Sed neque proficit Callisthenes, et mox inter proditores relatus ex causa tali morte punitus est.

XCIII. Mos erat, regibus optimatium liberos ministrare (1), ad custodiam scilicet regiam et obsequia liberalia. E quis Hermolaus quoque Sopolidis (2) erat bonis moribus roboreque, quorum utrobique studens, regi de corpore, animo tamen ac disciplinis militans Callistheni, ubi eum quæreres sat placebat. Is venante (3) Alexandro in aprum exspectabilis formæ, ipse prior bestiam sternit, et strata gloriatur, utque immodestæ fortitudinis ab rege verberatur.

XCIV. Quod cum acrius merito sed ingenue doluisset Hermolaus, conjurat in regem cum Sostrato et Amynta et Antipatro Asclepiodori, tum Epimene et Anticle et Philota. His amicis in sua injuria fervescentibus, pactum fit, nocte Antipatri conclavi regis irruerent; neque id quitum. Ita pernox rex convivio perdurarat. Sunt qui etiam prohibitum ire vatis *voce*, ne quidquam esset in aula multis præmonitis ratæ. Itaque Ptolomæum rem sibi proditam detulisse, Callisthenisque sententiam in discipuli facinore suspectatam, de prioris inefficacia libertatis : cum Hermolaus tamen acri in opere tormentorum præter sui verbera nihil questus sit aut confessus.

XCV. Sed reverentiam legatio Scythica de Abiis *iterum attulit*, dictoque audientes fore se muneribus

LXXXVI. 1. *eos qui* C. ‖ 2. *Polymetum. C.* ‖ 3. *adortari.* C. ‖ 4. *rere tantur* C. ‖ 5. *ignarus* C. ‖ 6. *adortatique* C. ‖ 7. *credentes* C. ‖ 8. *fugiunt* C. ‖ 9. *visum* C. ‖ 10. *peditum* C.

LXXXVII. 1. *Spitantem* C. ‖ 2. *et colentium* C. ‖ 3 *Epardus* ap Arrian. IV, 6. ‖ 4. *Darius qui unos* (deb. *Arios*) C. ‖

LXXXVIII. 1. *quo* C.

LXXXIX. 1. *passum. His* C.

XC. 1. *quod* C. ‖ 2. *et quæ* C.

XCI. 1. *corporibusque* C. ‖ 2. *nunc his* C. ‖ 3. *dati* C. ‖ 4. *post obitum solemnem* C. ‖ 5. *laudantium earum æmuli* C.

XCII. 1. *ei amice* C. ‖ 2. usurpari ad C. ‖ 3. *ad eos faverant* C.

XCIII. 1. *ministrari* C. ‖ 2. *Selpolidus* C. ‖ 3. *venatu* C.

attestabantur. Quæ munera erant filiæ regales pulchræ (1) ingenio vel cultu naturæ ejus, si suis vellet pignore fidei. Namque ad reliqua sat divites (2), sunt Abii libertatis pariter et paupertatis. Adstare (3) vero vel regem ut coram jussis auscultet. Nam et (4) missis in hoc referre volentibus erat mores abios et munditias paupertatis utque (5) sit eorum invidia potioribus de plus nihil habendo. Enim arcus Abiis (6) et sagitta (quod eis totum est) et vitæ quæstus et hereditas : sola sagitta venantibus, carne altis abunde et lacte, et munitis pellibus ad tolerantiam : cetera pro opibus hospitales et loqui blanda cum moribus.

XCVI. Sed Pharasmenes quoque Chorasmiorum rex equites adduxerat Alexandro militatum, vicinus Scythicis Unimammis, in quas sibi hostes præiret si juberetur, supra viros ut sciat martias. Alexander vero his Indos præoptans (1), se ait redire in Græcias ut exim reliqua ejus belli agat. Oxum igitur et Sogdianos retractat turbare.

XCVII. Nuntiati (1) ibi Alexandro duo fontes futuri præsagio suborti, horrori fuere præ admiratione : quorum qui olei erat, laboris atque sudoris index æstimabatur, quis mederi valet olivi unguentum (2) : qui vero vini, lasciviæ et lætitiæ de dei munere. Hæc quippe in id demonstrata de post gestis adsertio est.

XCVIII. Dimissis ergo qui præsentia tuerentur, Maracunda ipse festinat. Spitamenes (1) quippe, qui inde desciverat Massagetis congregatus justi belli facie jam agere nuntiabatur. Sed invaso castello potitum præda per Sogdianos, Phiton et Aristobolus (1) cytharœdus, qui una aulico ministerio illic agebant, egressi cum equitibus octoginta naviter satis et inpigre incursarant quæ ducebantur. Mox tamen excepti insidiis a Spitamene plerique eorum et una Aristobolus oppetivere. Spitamenes vero post id fugiens conscientia sceleris in desertis cæditur Cratero insecuto. Ipse quoque a suis captus ut auctor culpæ arguitur, tumque Alexandro ad supplicium datur jure plectendus.

XCIX. Sed enim hac cura deposita Indos nihil sibi noxios intentus animo petram adgreditur re et nomine arduam. Id vero castellum est præruptis admodum inpositum inaccessisque (1) rupibus montium, quo plebs multa convenerat Sogdianorum, nullo indigentiæ metu, copiis ante congestis. Ubi ergo oblata sibi venia non cessere, magnum præmium publicat ausuris ejus saxi inscensionem auri talentum primo, tunc precium secuturis.

C. Reperti omnes quadringenti viri, qui patravere rem in hunc modum. Paxillis ferreis (1) quibus pelles intendunt, prætenta face, ea parte prærupti qua fieri posset aut gelu cederet, mutuo innixi fiebant : eisque subvecti paulatim omnis (2) sub nocte tandem evadunt armis una, cumque luce inopini inruunt securos et inermes barbaros ac semisomnes, inpeditosque mulierculis et infantibus præcipites agunt, nihil eorum paucitatis scientes donicum reliqui sese dederant, et aditu reserato quem inserabiliter obstruxerant, Alexander receptaretur et (3) copiæ. Nec tamen amplius viris XX desiderati, quos ascensionem molientes, ubi loci conditio fefellisset, dejectos (4) in præceps ne sepulturæ quidem nisi nivium profunditate servarat casus aut fatum.

CI. Igitur his victor copiis fotus auctusque, quomodo si arte (1) Bactrianorum regis affectus opesque illic repperisset, ejus virginem filiam, Roxanem nomine, magno formæ merito et nobilitatis sibi conjungit. Is ille scilicet, quem Darii uxor veneriæ sane pulchritudinis femina non evicerit. Denique Oxyarten debito sibi soceri honore dignatur.

CII. Hinc ducit in aliam petram celsam stadiis viginti, sed sexaginta *ad* ambiendam faciem sunt (1), ad viabilem calli, superne æquoream virentemque, soli ubere et mollitudinis divitem. Chorieni (2) id castellum vocabant, regis nomine, qui illuc (3) confugerat, Chorieni. Verum quod ejus saxi calcem naturali vallo munitam intueretur, id primum explet cæsu (4) frondium et adgestu humi saxorumque opere pervicaci. Jam denique labore provecto scalisque admotis, Chorienus, internuntio Oxyarta, pretium veniæ victori se suosque transcribit. Eodem merito procurationem sibi accepit quod regnum habebat, quoniam victorem exercitum non labore militiæ modo adeo conperendinatæ, verum hiemis quoque vi et indigentia fatigatum apparatus sui largis opibus refovisset, nec decima quidem parte totius affluentiæ dispensata.

CIII. Ad hæc, si qui rebellium reliqui, omnibus perditis subjugatisve repedata Bactra tempore quo Callisthenes una cum insidiatoribus regis suspectatus, est. Hac (1) sub fine Alexandro Persarum imperium integratum est, quo tuendo Amyntæ dato, Bactris ipse profectus retransmittit protinus Caucasum quem eumdem Taurum (2) diximus, nomine modo de continuatione mutato.

CIV Undecima die quam super molitus est illic Alexandriam venit. Transmissis inde regionibus

XCV. 1. *fila regalia pulcra* C. || 2. *ad reliqua ut alias addivites* C. || 3. *adstire* C. || 4. *et nam* C. || 5. *atque* C. || 6. *Abios* C.

XCVI. 1. *præoptatumque* C.

XCVII. 1. *nuntiato sibi* C. || 2. *unguento* C.

XCVIII. 1. *Pistamenes* C. || 2. *Aristonicus* ap. Arrian. IV, 16.

XCIX. 1. *incassis quæ* C.

C. 1. *paxillos ferreos* C. || 2. *omni* C. || 3. *ut* C. || 4. *dejectis* C.

CI. 1. « Ita cod. Sed enim videbatur scribendum : *quomodo si in arce Bactrianorum, regis* (Persarum) *affectus opesque reperisset.* Sic enim narratio congrueret cum Arriano IV, 19. »

CII. 1. « Haud scio an scribendum *facienda sunt.* » || 2. « Cod. *Chorienis*, at mox bis *Chorienus.* » || 4. *illi* cod. || 4. *esu* C.

CIII. 1. *hæc* C. || 2. *Caucasuque inremin Taurum* C.

Parapapisamidium (1), perque Nicæam oppidum et Cophœna flumen Indum petere contendit, Taxile sibi munifico, qui partes, quibus viandum, primas Indiæ tunc tenebat, eumque præmittit (2) una suis paratum Indi transmissionem conatum. Denique datum hostium ducem viantibus intercedere capiunt (3) : itaque perviant, multis aliis gentibus cæsis et oppidis captis.

CV. Nec minus Alexander agens, siquis obturbet insequentis sagitta etiam humerum superscribitur : Choeque (1) amni transmisso quisquis obvius sternitur : et Argacum (2) urbem incensam desperatamque a civibus instaurari procurat merito opportunitatis. Tum reperta hostium multitudine, trifariam superat justis omnibus prœliis. Ducenta denique triginta boum milia illic capta formæ merito destinat una captivis Macedoniæ cultum agros suorum et suosce. (3)

CVI. Tum conperto gentes Accas quadraginta milia armavisse, per amnem Guræum in eos (1) ire festinat : iique in oppida discessere in id longe ante munita. Sed enim castra eminus molientes inruunt Græcos : hique (2) astu cedere simulant : converso deinde (3) agmine sternuntur : pars muro clauduntur omni præsidio munitissimo. Sed enim res haud in facili erat duplici septu munitos accedere : et ibi denique Alexander crus sagitta vulneratur. Sed die quarta belli in opere præ muro interfecto rege se dedunt. Idque Alexandro volenti admodum fuit, ut conmilitio accederent. Sed ubi producti fidem mutant, vallati cæduntur.

CVII. Hinc Cœnona ducem mittit Baziphara obsidere, Attalumque Hora urbem, ratus casu Accarum eas ad obsequium ductum iri. Sed his loco magis quam exemplo fidentibus, ipse utramque urbem, quamvis inpigre obluctatas, Baziphara sive Hora (1) nullo negotio transiens capit : quamquam Bazipharæ viri contemptu paucorum advenas irruissent. Ubi tamen plerique cecidere, quisque evaserat petram munitissimam confluunt.

CVIII. Is locus petræ ducentis stadiis circumitur, erigitur decem, aditu tenui, mollis in culmine, et fontium scatens, patiensque industriam mille hominum ruricolarum (1). Igitur eo veniens capit plurimas civitates. Tum petram adgresso obsidionemque molienti transfugæ duces cœpti moliminis viam præeunt ei inscensus. Itaque capti deductique prædæ fuere qui bello restiterant.

CIX. At enim nuntiato rursum Accas muros (1) Indos armis oppressisse studio fidentiore, et elephantes suos per silvestria amandasse ; ubi eo venit, muros desertos incensamque urbem videt, et dilapsos omnes qua tutius lateant. Quare aliis persecutione legata, quæsitisque eorum elephantis et captis, Indum cum exercitu venit, et his quæ longius sunt necessaria copiis reperta transitui substantia (2) non sera transmittit.

CX. India omnis orsa e septentrione, amplexaque omne quidquid est Persicum (1), Ægyptum usque Æthiopasque continuat. Ipsa vero extrinsecus ubique oceano munitur, interfluo mari Hippalo (2), cujus sinus Persas includit. Sed enim nomen hoc Indiæ late dispersum multarum admodum gentium est ferax præcipue beluarum inter odora gignentium (3) quam sunt elephanti draconesque jugerales : nam pardi leonesve vel tigres juxtim hæc cicures fuant.

CXI. Ea vero tempestate quam loquor potens Indiæ Porus erat, stupendus satis supra hominum magnitudines, neque vero ingenio inferior quam artubus (1). Is ubi scit, Alexandrum ad sese moliri iter (2), absit obnuntiat : sed incitat mage, acrique bello superatur et capitur. Receptus tamen ad amicos Alexandri merito virtutium procurare quod erat rex recepit. Ita pars est virtutis, ea (3) quibus præfueris ut potior (4), æque sane nunc mox cessisse potiori : quoniam quisque mediocritatis est agnitor satis fecerit sese noscendo.

CXII. Exim magnas Pecanum et Musicanum regiones exsequitur, ac sibi congregat. Petram quoque quæ Aornis vocatur affectat, cujus proceritudo sunt stadii quadringenti, supra cultoribus dives haud minus locupletibus quam securis : et est ei nomen ex celsitudine, quam nec alites supervolitent. Sed enim hanc (1) quoque optinet fixu vectium (2) via scansili ac insidiis appetitam (3).

CXIII. Jam (1) *de* magnitudine belli *ortus est questus* cum primatibus, quod ultra gentes bello idoneas coegisset experiri. Quo (2) adversum eas animo arderet? Milites vero ad hæc ultra laborem et pericula deprecabantur : annos XII, vulnera et suorum desideria numerantes. Data igitur fessis quiete, volentibus utitur. Succenturiari tamen dimissis alios e patria jubet. Itaque victoriæ avaritia usus oceanum venit.

CXIV. Ibi quoque inmodicus cupiditatis, quoniam (1) in navibus textis periculum vellet facere naturæ, et quid sibi vel quisque id vellet ultra liceret.

CIV. 1. Sic C. || 2. *prætermittit* C. || 3. « Videtur sententia : Denique hostium ducem missum ad intercedendum capiunt. Suspicabar etiam locum esse corruptum intelligendumque *Astem* unum e præsidibus Indicis, quem præmissi cum Taxile Macedones quadam in urbe obsessum interfecerunt, uti narrat Arrianus IV, 22. »

CV. 1. *Civiaque* C. || 2. Sic cod. Erat *Andacum*, ut videtur. V. Arrian. IV, 23. Curt. VIII, 10. || 3. *Machedio cultum. Agros suorum et suaci* C.

CVI. 1. *Poturæum eos* C. || 2. *hincce* C. || 3. denique C.

CVII. 1. *Horam* C.

CVIII. 1. *ruscularum* cod.

CIX. 1. *Sacamuros* C. || 2. *substantiam* C.

CX. 1. *Persicam* C. || 2. *Hipallo* C. || 3 locus turbatus. Num : *inter ceteras ingentium?* Pro *quam* Majus dedit *qui*.

CXI. 1. *artuatus* C. || 2. *molinire* C. || 3. *his* C. || 4. *patior* C.

CXII, 1. *hic* C. || 2. *veccium* C. || 3. *acsididaspentitam* C.

CXIII. 1. *nam* C. || 2. *conperisset experire quæ* ||

CXIV. 1. *quonam* C. || 2. i. e. *Onesicritum et Nearchum.*

rum repente cum flatu violento rediens haustus oceani solito vehementior *ad* hoc paratos inter naves confligit et mergit. Neque agnitu difficile id erat, deos voto refragari, quibus quamvis ipse obniti *negat*, nequid impium audeat temptare; mittit tamen promptos audaciæ, nihilque regi audentes negare Onomarchum et Neona (1) (congestis navi quæ cuique sic volenti in longum usui necessaria) uti circumputato oceano comperta nuntiarent.

CXV. Quippe Alexandrum (1) animo fuisse ad appetentias rigido et indomito, hic quoque considerandum reliquit. Erat civitas Indiæ, quam multi confugerant, magnitudine nimia et firmitudine inexpugnabili. Quam ubi Alexander obsidione adoritur, jubet fieri scalas pro muro præcelsas : easque admotas cum grandibus saxis desuper frangerent repugnantes, sola perdurat qua rex una duobus satellitibus evicerat : ipsum quoque multis desuper ut qua quisque poterat retrudentibus. Et quamvis scalas omnis suorum comminui vidisset, neque ullo sese idoneo (2) auxilio periclitaturum, irruit tamen unus omnia hostium milia, una prædictis (Peuceste (3) scilicet et Ptolomæo) qui cunctam (4) multitudinem protinus urbis ejus in sese convertit.

CXVI. Perdius igitur diu secum satellitibus conspirantibus rem pleni exercitus agitabat, ni vergente jam die a (1) latere summo vulneraretur, et recepto altius ferro defici (2) viribus occœpisset. Id Macedones conjectati qui foris rem agebant, metu nequid ulterius (occupatis in regem intramuranis universis nec desuper prohibentibus siquis irrueret) vi claustra effringunt, suppetiatique in tempore jam regem sui recipiunt diffidentem. Facti denique mox ex indignatione sæviores indiscretius dextris in ætates et sexus vires optinent internicione omnibus cæsis.

CXVII. Exim constanter suadere milites regi conspirant, ne sese ulterius periculi vilitate dampno tamen in præliis abuteretur tanti prodigus (1) sanguinis : obtinentque ne ultra, verum Babylona ut redeat : Babyloniique multo cum honore suscipiunt. Per septem denique dies Alexander eo regressus diis sacrificio operatur, quos fortunæ gratus (2) repensaret.

CXVIII. Post id conviviis et voluptatibus comioribus (1) causam morti hinc dedit. Morem sibi proceres exercitus fecerant, uti mutuis sese conviviis acciperent. Enim cum forte apud Medium convivarent comessatione se illis convivam (2) Alexander facit. Statim deinde (3) Herculis Medius scyphum offert ad vina : neque is honorem dei nomine aspernatus, poculum complet stringitque continuum : eaque tantarum virtutum viro causa ad mortem fuit : ut quem tot bellis adversa vulnera non vicerant, sub fati invidia juvenilis confidentia solveret.

CXIX. Cujus ne casus priusquam laudum memor sim, ea quoque ponam hic quæ per diligentiam laboravit; quippe quamvis bellorum ultra pertæsus consulenti per se exercitui concederet, bono tamen labori nihilum pepercit. Electo denique sibi ad ejusmodi patientiam comitatu, ad Herculis stelas famæ jactantia persecutus est diebus nonaginta continuis emensa via (1).

CXX. Dignam quidem illam rem pretio tanti laboris, si quis aurem ad fidem dicentis inclinet. Ii quippe tituli alter auro pingui, alter argento proceritudinis erant XII cubitorum, crassi vero per quadrum cubitis binis : adeo inmenso pondere, ut ejus periculum ipse rex fecerit terebrata crassitudine auri ejus, cujus dampnum mille quingentis mox aureis inferciverit. Verum exim revertens prærupta per loca cælo inlucido ut juxtim se viantes vix mutuo noscerentur, tandem Thermodonta amnem....

(*Reliqua desiderantur.*)

CXV. 1. Cf. Pseudocallisth. III, 4: not. 12 p. 99 : Ἦν δὲ ὁ Ἀλέξανδρος τολμηρότερος καὶ παραβουλότερος. Ἔνθεν τις καταμάθῃ τὴν εὐτολμίαν μάλιστα αὐτοῦ. Ἦν πόλις τῆς Ἰνδικῆς, εἰς ἣν πολλοὶ πεφευγότες τῶν ἄλλων πολεμίων ἐληλύθεισαν ὡς ἂν (fort. οὖσαν) μεγίστην καὶ ὀχυρωτάτην. Προσεβάλλετο οὖν [προσεβάλλοντο. Ὁ οὖν cod.] Ἀλέξανδρος καὶ ταύτην ἐπολέμει, ἐπειδὴ δὲ προσετέθησαν κλίμακες, ἐκλάσθησαν (ἐπλήσθησαν cod.), καὶ ἐκολύθησαν οἱ Μακεδόνες ὑπερβῆναι εἰς τὴν πόλιν. Μόνη δὲ σῶα (μονᾶσαι δὲ cod.) ἔμενεν ἡ τοῦ Ἀλεξάνδρου. Συνιδὼν δὲ ὁ Ἀλέξανδρος τὸ γενόμενον εἰσῆλθεν εἰς τὴν πόλιν μετὰ δύο φίλων Πευκέστου καὶ Πτολεμαίου. Οἱ δὲ ἐν τῇ πόλει θεωρήσαντες ὥρμησαν πρὸς αὐτόν. etc. etc. Latina Nostri contractius dat cod. Reg. 4880 (v. pag. 120) : « Interim cum unam civitatem Indiæ obsideret, scalas muro percelsas admoveri jubet. Quibus admotis. cum prægrandibus saxis desuper (*de saxis* cod.) frangerent repugnantes (*oppugnantes* cod.), sola qua rex pugnavit duravit. Et cum nullo idoneo auxilio socios subvenire posse videret, irruit solus omnia hostium millia, multitudinemque urbis in se convertit; jamque vergente die a latere summo vulneratur, et recepto altius ferro defici (*decipi* cod.) occœpit. Id Macedones conjectati vi claustra effrangunt, regemque sui (*suum* cod.) diffidentem recipiunt. » || 2. *ideo* cod. correxi e cod. Reg. || 3. *Peuce* cod. || 4. *cunctantem* cod.

CXVI, 1. *die et* cod.; corr. ex cod. Reg. || 2. *decipi* cod., quod fort. retinendum.

CXVII. 1. *tanta prodigii* cod. || 2. *gramen* C.

CXVIII. 1. *comitioribus* C. || 2. *convivio* C. || 3. *denique* C.

CXIX. Hæc et sequentia fluxerunt ex Alexandri epistola ad Olympiadem, quam vide in Pseudocallisthene III, cap. 27, not. 1, p. 139.

INDEX NOMINUM

IN

FRAGMENTA SCRIPTORUM RERUM ALEXANDRI, PSEUDO-CALLISTHENEM ET ITINERARIUM ALEXANDRI.

A.

B.

D.

E.

F.

G.

H.

J.

R.

S.

T.

